SANCTI THOMAE DE AQUINO

OPERA OMNIA

IUSSU LEONIS XIII P. M. EDITA

TOMUS XXII

QUAESTIONES DISPUTATAE DE VERITATE

CURA ET STUDIO
FRATRUM PRAEDICATORUM

VOLUMEN I. FASC. 2
QQ. 1-7

ROMAE AD SANCTAE SABINAE
1970

QUAESTIONES DISPUTATAE
DE VERITATE

XXII - I. 1

QUAESTIO PRIMA

De veritate

1. *Quid est veritas.*
2. *Utrum veritas principalius inveniatur in intellectu quam in rebus.*
3. *Utrum veritas sit tantum in intellectu componente et dividente.*
4. *Utrum sit tantum una veritas qua omnia sunt vera.*
5. *Utrum aliqua alia veritas praeter primam veritatem sit aeterna.*
6. *An veritas creata sit immutabilis.*
7. *Utrum veritas in divinis dicatur essentialiter vel personaliter.*
8. *Utrum omnis veritas alia sit a veritate prima.*
9. *Utrum veritas sit in sensu.*
10. *Utrum res aliqua sit falsa.*
11. *Utrum falsitas sit in sensibus.*
12. *Utrum falsitas sit in intellectu.*

Articulus primus

42ra

Quaestio est de veritate. Et primo quaeritur quid est veritas? Videtur autem quod verum sit omnino idem quod ens: Augustinus in libro Soliloquiorum dicit quod « verum est id quod est »; sed id quod est nihil est nisi ens; ergo verum significat omnino idem quod ens.

2. Respondens dicebat quod sunt idem secundum supposita, sed ratione differunt. — Contra, ratio cuiuslibet rei est id quod significatur per suam diffinitionem; sed id quod est assignatur ab Augustino ut diffinitio veri, quibusdam aliis diffinitionibus reprobatis; cum ergo secundum id quod est conveniant verum et ens, videtur quod sint idem ratione.

3. Praeterea, quaecumque differunt ratione ita se habent quod unum illorum potest intelligi sine altero: unde Boetius in libro De hebdomadibus dicit quod potest intelligi Deus esse si separetur per intellectum paulisper bonitas eius; ens autem nullo modo potest intelligi si separetur verum quia per hoc intelligitur quod verum est; ergo verum et ens non differunt ratione.

4. Praeterea, si verum non est idem quod ens oportet quod sit entis dispositio; sed non potest esse entis dispositio: non enim est dispositio totaliter corrumpens, alias sequeretur ' est verum, ergo est non ens ', sicut sequitur ' est homo mortuus, ergo non est homo '; similiter non est dispositio diminuens, alias non sequeretur ' est verum, ergo est ', sicut non sequitur ' est albus dentes, ergo est albus '; similiter non est dispositio contrahens vel specificans,

Testes B (A) P T E V^5 Φ (Φ = α β γ δ; Σ = α γ δ; δ = δ^1 δ^2) 2 veritas] et quid est verum *add.* T 6 verum] nichil *add.* E nichil aliud *add.* V^5 6 idem] nisi *praem.* E *ante* significat Φ *om.* V^5 8 quod] verum et ens *add.* E V^5 Φ 9 ratione differunt] differunt secundum rationem Φ 14 conveniant] communicet pB P T communiter β 17 illorum] eorum E V^5 Φ 18-19 De hebdomadibus...esse *om.* T 18 hebdomadibus] trinitate P 20 separetur] separaretur B γ paulisper] *om.* V^5 *ante* per intellectum Φ (-δ) 27 entis] *post* dispositio P E V^5 eius *post* dispositio Φ (-δ) *om.* δ^1 (*def.* δ^2) non enim] nisi autem pB P 29 est[1]] *post* non pT V^5 *del.* sT est[2] *om.* B 33 dentes] dente P T E β dentem V^5 Σ 34 specificans] ens *add.* E V^5 Φ

1 Parall.: *I Pars* q. 16 a. 3; *Super Sent. I* d. 19 q. 5 a. 1. 2 Videtur...: idem fere argumentum invenies in *Summa fr. Alexandri* I pars n. 88 (p. 139). 4 II c. 5 (PL 32, 889). Hanc auctoritatem ad verbum iam proferunt Philippus Cancellarius *Summa de bono* (ms. Vat. lat. 7669, f. 1^{vb}) et *Summa fr. Alexandri* I pars n. 88 (p. 139). 8 sunt idem...differunt: eandem distinctionem proferunt Philippus Cancellarius *Summa de bono* (ms. Vat. lat. 7669, f. 2^{rb}) et Albertus *De bono* I q. 1 a. 8 (ed. Col. XXVIII p. 15). 10 ratio...diffinitionem: Arist. *Metaph.* IV 16 (1012 a 23) ut refert Thomas infra q. 2 a. 1 341, cf. Petrus Hispan. *Summulae logicales* tr. 5 n. 1. 12 Hic supra 4. 19 Ed. Peiper, p. 171,85. 25 Praeterea...: de paralogismis in hoc argumento allegatis cf. Petrus Hispan. *Summulae logicales* tr. 7 n. 47. 33 ' est albus...albus ': exemplum Arist. *De soph. elench.* cap. 5 (167 a 8 et 11).

quia sic non converteretur cum ente. Ergo verum et ens omnino sunt idem.

5. Praeterea, illa quorum est una dispositio sunt eadem; sed veri et entis est eadem dispositio; ergo sunt eadem. Dicitur enim in II Metaphysicae « Dispositio rei in esse est sicut sua dispositio in veritate »; ergo verum et ens sunt omnino idem.

6. Praeterea, quaecumque non sunt idem aliquo modo differunt; sed verum et ens nullo modo differunt, quia non differunt per essentiam cum omne ens per essentiam suam sit verum, nec differunt per aliquas differentias quia oporteret quod in aliquo communi genere convenirent; ergo sunt omnino idem.

7. Item, si non sunt omnino idem oportet quod verum aliquid super ens addat; sed nihil addit verum super ens cum sit etiam in plus quam ens. Quod patet per Philosophum in IV Metaphysicae, ubi dicit quod verum diffinientes dicimus, ' quod dicimus esse quod est aut non esse quod non est ', et sic verum includit ens et non ens; ergo verum non addit aliquid super ens, et sic videtur omnino idem esse verum quod ens.

SED CONTRA, ' nugatio est eiusdem inutilis repetitio '; si ergo verum esset idem quod ens, esset nugatio dum dicitur ens verum, quod falsum est; ergo non sunt idem.

2. Item, ens et bonum convertuntur; sed verum non convertitur cum bono: aliquod est enim verum quod non est bonum, sicut aliquem fornicari; ergo nec verum cum ente convertitur, et ita non sunt idem.

3. Praeterea, secundum Boetium in libro De hebdomadibus in omnibus creaturis « diversum est esse et quod est »; sed verum significat esse rei; ergo verum est diversum a quod est in creatis. Sed quod est est idem quod ens; ergo verum in creaturis est diversum ab ente.

4. Praeterea, quaecumque se habent ut prius et posterius oportet esse diversa; sed verum et ens modo praedicto se habent quia, ut in libro De causis dicitur, « prima rerum creatarum est esse », et commentator in eodem libro dicit quod omnia alia dicuntur per informationem de ente, et sic ente posteriora sunt; ergo verum et ens sunt diversa.

5. Praeterea, quae communiter dicuntur de causa et causatis, magis sunt unum in causa quam in causatis et praecipue in Deo quam in creaturis. Sed in Deo ista quatuor ens, unum, verum et bonum hoc modo appropriantur ut ens ad essentiam pertineat, unum ad personam Patris, verum ad personam Filii, bonum ad personam Spiritus Sancti; personae autem divinae non solum ratione sed etiam re distinguuntur, unde de invicem non praedicantur; ergo multo fortius in creaturis praedicta quatuor debent amplius quam ratione differre.

RESPONSIO. Dicendum quod sicut in demonstrabilibus oportet fieri reductionem in aliqua principia per se intellectui nota ita investigando quid est unumquodque, alias utrobi-

45 quia non differunt *hom. om.* P 46 essentiam suam] *inv.* T γ essentiam V^5 47 nec] re *add.* B P E, *et delevimus* etiam *add.* V^5 Φ 47 aliquas] alias V^5 Φ 48 oporteret] *om.* T oportet pE V^5 quod in] quod pB P V^5 *om.* T 53 in *om.* P T V^5 α δ 54 ubi...quod] ubi dicitur quod E ubi dicit V^5 dicentem Φ 55 quod dicimus] cum dicimus T *om.* E Φ quod V^5 58-59 et sic...quod ens *om.* B γ 58 esse] *ante* omnino Φ (-γ) *def.* B γ 59 verum] *ante* omnino V^5 *om.* Φ (-γ) *def.* B γ 60 Sed contra] In contrarium T contra V^5 eiusdem (*cf. apparatus fontium*)] *post* inutilis P T E V^5 β *post* repetitio γ *om.* α δ 62 dum] *om.* V^5 cum T E Φ ens] esse P est *add.* V^5 Φ (-δ) verum est *add.* δ 64 Item] preterea T Φ 65 aliquod] aliqui pT aliquid E V^5 Φ (-γ) 65 est enim *inv.* T E V^5 Φ 66 aliquem] illum pE V^5 istum α δ istum *add.* γ 68 et...idem *om.* Σ 69 Praeterea] Item E V^5 secundum Boetium] boetius Φ 70 in...creaturis *om.* pB P T γ 71 significat] sequitur E V^5 Σ 72 rei] rerum Φ est diversum (*cf. lin.* 74)] *inv.* P T E Φ quod *scrips. cum* T δ] quo B P E V^5 Φ (-δ) 73 creatis] –turis E V^5 Φ 77 modo...habent] sunt huiusmodi Φ 78 dicitur *ante* in libro P Φ creatarum *scrips. cum* P sT] –turarum B pT E V^5 Φ 79 et *scrips. cum* E V^5 Φ] cum B P T (*cf. nota ad* dicit[79]) commentator] commentor pB commentum P T V^5 79 in] super E Φ eodem libro] eundem librum Φ dicit] dicat pB P T *post* commentator E dicitur V^5 *om.* Φ 80 quod *om.* Φ 81 sunt *ante* ente P T E V^5 Φ 83 Praeterea] ea *add.* P E Σ 84 unum *om.* B 87 hoc modo] ita T sic Φ 92 de] se *add.* T se E ad Φ *om.* V^5 95 Responsio] Solutio T 97 principia] prima *praem.* E V^5 98 quid] *om.* T quod V^5 Φ

40 Cap. 1 (993 b 30) sec. transl. *Novae Metaph.* (ed. Averroes VIII,29 M). 54 *Metaph.* IV 16 (1011 b 25). 60 ' nugatio...: Guill. de Shyresw. *Introductiones in logicam* (ed. Grabmann, Sitzungsber. d. Bayer. Akad. der Wiss. Philos. hist. Abt. 1937, Heft 10, München 1937, p. 86,24), cf. Arist. *Topic.* V c. 2 (130 a 34) et *De soph. elench.* cap. 3 (165 b 15). 64 ens et bonum convertuntur: cf. Arist. *Ethic.* I 6 (1096 a 23). 65 aliquod...fornicari: eandem sententiam invenies apud Philippum Cancellarium *Summa de bono* (ms. Vat. lat. 7669, f. 2^{vb}). 70 Ed. Peiper, p. 169,26. 78 Prop. 4. 79 Comm. 18 (17). 95 in demonstrabilibus...rerum: cf. Arist. *Anal. post.* I 35 (84 a 8 sqq.).

que in infinitum iretur, et sic periret omnino scientia et cognitio rerum; illud autem quod primo intellectus concipit quasi notissimum et in quod conceptiones omnes resolvit est ens, ut Avicenna dicit in principio suae Metaphysicae; unde oportet quod omnes aliae conceptiones intellectus accipiantur ex additione ad ens. Sed enti non possunt addi aliqua quasi extranea per modum quo differentia additur generi vel accidens subiecto, quia quaelibet natura est essentialiter ens, unde probat etiam Philosophus in III Metaphysicae quod ens non potest esse genus; sed secundum hoc aliqua dicuntur addere super ens in quantum exprimunt modum ipsius entis qui nomine entis non exprimitur, quod dupliciter contingit. Uno modo ut modus expressus sit aliquis specialis modus entis; sunt enim diversi gradus entitatis secundum quos accipiuntur diversi modi essendi et iuxta hos modos accipiuntur diversa rerum genera: substantia enim non | addit super ens 42rb aliquam differentiam quae designet aliquam naturam superadditam enti sed nomine substantiae exprimitur specialis quidam modus essendi, scilicet per se ens, et ita est in aliis generibus.

Alio modo ita quod modus expressus sit modus generalis consequens omne ens, et hic modus dupliciter accipi potest: uno modo secundum quod consequitur unumquodque ens in se, alio modo secundum quod consequitur unum ens in ordine ad aliud. Si primo modo, hoc est dupliciter quia vel exprimitur in ente aliquid affirmative vel negative; non autem invenitur aliquid affirmative dictum absolute quod possit accipi in omni ente nisi essentia eius secundum quam esse dicitur, et sic imponitur hoc nomen res, quod in hoc differt ab ente, secundum Avicennam in principio Metaphysicae, quod ens sumitur ab actu essendi sed nomen rei exprimit quiditatem vel essentiam entis; negatio autem consequens omne ens absolute est indivisio, et hanc exprimit hoc nomen unum: nihil aliud enim est unum quam ens indivisum. Si autem modus entis accipiatur secundo modo, scilicet secundum ordinem unius ad alterum, hoc potest esse dupliciter. Uno modo secundum divisionem unius ab altero et hoc exprimit hoc nomen aliquid: dicitur enim aliquid quasi aliud quid, unde sicut ens dicitur unum in quantum est indivisum in se ita dicitur aliquid in quantum est ab aliis divisum. Alio modo secundum convenientiam unius entis ad aliud, et hoc quidem non potest esse nisi accipiatur aliquid quod natum sit convenire cum omni ente; hoc autem est anima, quae « quodam modo est omnia », ut dicitur in III De anima: in anima autem est vis cognitiva et appetitiva; convenientiam ergo entis ad appetitum exprimit hoc nomen bonum, unde in principio Ethicorum dicitur quod « bonum est quod omnia appetunt », convenientiam vero entis ad intellectum exprimit hoc nomen verum.

Omnis autem cognitio perficitur per assimilationem cognoscentis ad rem cognitam, ita quod assimilatio dicta est causa cognitionis, sicut visus per hoc quod disponitur secundum speciem coloris cognoscit colorem: prima ergo

101 primo] *post* intellectus T V^5 prius E 102 quod] quo Φ 103 suae Metaphysicae *inv.* Φ 106 possunt] potest E V^5 Φ 106 extranea] natura *add.* V^5 Φ (-δ) extrinseca natura E extraneum nec δ 108 est essentialiter *inv.* P T E V^5 Φ 109 probat etiam *inv.* E V^5 Φ 112 super] supra Φ 113 qui] quod Φ entis²] ipsius *praem.* Φ 119 super] supra Φ 120 designet] significet Φ 122 specialis quidam *inv.* Φ 125 generalis] generaliter E V^5 Φ 129 unum *scrips. cum* E β] unde *potius* B omne P unumquodque T V^5 Σ 130 hoc est] adhuc T hoc V^5 Φ vel] *ante* quia P γ *om.* α δ 131 autem] *om.* T enim E 135 quod] quia T V^5 138 nomen] nomine B 139 autem] que est *add.* Φ 141 aliud] *post* enim P V^5 *post* est T E Φ 144 unius] ab altero vel (*cf. nota insequens*) *add.* γ 145 ab altero] vel ad alterum *add.* B P T sE β, *et delevimus* ad alterum pE V^5 Σ 155 ut] sicut Φ 156 appetitiva] scilicet *add.* pB P secundum *add.* β 158 quod *om.* P T sE V^5 Φ (*def.* pE)

104 *Metaph.* I c. 6 (f. 72rb A). 110 *Metaph.* III 8 (998 b 22). 123 scilicet per se ens: cf. Arist. *Metaph.* V 19 (1022 a 35) et *Anal. post.* I 10 (73 b 5 sqq.). 137 *Metaph.* I c. 6 (f. 72va C). 141 nihil...indivisum: Arist. *Metaph.* X 4 (1054 a 23) ut refert Thomas *Super Boet. De Trin.* q. 4 a. 1 sed c. 3. 147 aliquid...quid: cf. Huguccio *Liber derivationum* s. v. alius: ' et alius componitur cum quis et fit aliquis aliqua aliquod ' (ms. Paris B. N. lat. 7625 A, f. 7rb). 155 Cap. 8 (431 b 21) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 351,5). 158 *Ethic.* I c. 1 (1094 a 3) sec. transl. Lincolniensis (ms. Vat. lat. 2171, ff. 1vb-2ra). 162 Omnis...cognitam: hanc propositionem Philosophis tribuit communiter Thomas e. g. *Super Sent. I* d. 34 q. 3 a. 1 arg. 4, ibid. d. 35 a. 1 arg. 4. Fortasse respiciuntur sive Arist. *Ethic.* VI 1 (1139 a 10) sive Isaac *Liber de Definicionibus* (ed. Muckle, pp. 303 et 330). Cf. tamen ipse Thomas *Super Boet. De Trin.* q. 5 a. 3 (inter lituras, ed. Decker, p. 231) ubi expresse habetur ' Unde dicit Algazel quod scientia est assimilatio scientis ad rem scitam, et Philosophus in XI Metaphysicae quod intellectus intelligit secundum transumptionem intelligibilis '. Cf. Algazel *Metaph.* p. I tr. 3 sent. 2 (ed. Muckle, p. 64), Arist. *Metaph.* XII 8 (1072 b 20).

comparatio entis ad intellectum est ut ens intellectui concordet, quae quidem concordia adaequatio intellectus et rei dicitur, et in hoc formaliter ratio veri perficitur. Hoc est ergo quod addit verum super ens, scilicet conformitatem sive adaequationem rei et intellectus, ad quam conformitatem, ut dictum est, sequitur cognitio rei: sic ergo entitas rei praecedit rationem veritatis sed cognitio est quidam veritatis effectus. Secundum hoc ergo veritas sive verum tripliciter invenitur diffiniri. Uno modo secundum illud quod praecedit rationem veritatis et in quo verum fundatur, et sic Augustinus diffinit in libro Soliloquiorum « Verum est id quod est », et Avicenna in sua Metaphysica « Veritas cuiusque rei est proprietas sui esse quod stabilitum est ei », et quidam sic « Verum est indivisio esse et quod est ». Alio modo diffinitur secundum id in quo formaliter ratio veri perficitur, et sic dicit Ysaac quod « Veritas est adaequatio rei et intellectus », et Anselmus in libro De veritate « Veritas est rectitudo sola mente perceptibilis », – rectitudo enim ista secundum adaequationem quandam dicitur –; et Philosophus dicit IV Metaphysicae quod diffinientes verum dicimus ' cum dicitur esse quod est aut non esse quod non est '. Tertio modo diffinitur verum secundum effectum consequentem, et sic dicit Hilarius quod « Verum est declarativum et manifestativum esse », et Augustinus in libro De vera religione « Veritas est qua ostenditur id quod est », et in eodem libro « Veritas est secundum quam de inferioribus iudicamus ».

1. Ad primum ergo dicendum quod diffnitio illa Augustini datur de veritate secundum quod habet fundamentum in re et non secundum id quod ratio veri completur in adaequatione rei ad intellectum. — Vel dicendum quod cum dicitur verum est id quod est, li est non accipitur ibi secundum quod significat actum essendi sed secundum quod est nota intellectus componentis, prout scilicet affirmationem propositionis significat, ut sit sensus: verum est id quod est, id est cum dicitur esse de aliquo quod est, ut sic in idem redeat diffinitio Augustini cum diffinitione Philosophi supra inducta.

2. Ad secundum patet solutio ex dictis.

3. Ad tertium dicendum quod aliquid intelligi sine altero potest accipi dupliciter. Uno modo quod intelligatur aliquid altero non intellecto, et sic ea quae ratione differunt ita se habent quod unum sine altero intelligi potest. Alio modo potest accipi aliquid intelligi sine altero, quod intelligitur eo non existente, et

169 intellectus et rei (*cf. Cont. Gent.* I 59, *litt. autographae*)] rei et intellectus T V^5 Φ 171 super] supra Φ 175 sed...veritatis[178] *hom. om.* pB 177 tripliciter *ante* veritas P T sV^5 Φ (*def.* pB) invenitur *post* diffiniri P T V^5 Φ (*def.* pB) diffiniri] diffinitum P T differri Φ (*def.* pB) 178 illud] *om.* P T β id E V^5 δ quod id α γ (*def.* pB) 181 sua Metaphysica] secundo metaphysice Φ (-γ) 182 cuiusque] cuiuslibet Φ 183 quod] quo pB P que T stabilitum] stabilit pB P T est] esse pB P T *om.* β 183 ei] rei pB 184 et] eius *add.* sE Φ 185 in quo] quod Φ 186 perficitur] perficit Φ 189 enim] *om.* P quoniam T 191 et] quia Φ dicit *post* Metaphysicae T V^5 Φ IV] in *praem.* E V^5 Φ 192 dicimus] dicens pB cum dicitur] cum dicimus pB β γ *om.* E V^5 193 Tertio] et *praem.* Φ (-δ^1) autem *add.* T 196 declarativum et manifestativum *inv.* Φ 199 libro *om.* Φ 202 veritate] vero E V^5 Φ 203 quod] id quod E V^5 Φ (-δ) 204 id *om.* P T ratio veri *inv.* Φ 204 completur] complectitur Φ (-α) complectit α 210 significat *ante* scilicet[209] P T E V^5 Φ 211 esse *om.* pB P T β 216 accipi (*cf. lin.* 220)] *om.* B *post* dupliciter V^5 δ^1 217 modo] ita *add.* V^5 Φ intelligatur aliquid] *inv.* T E Φ unum intelligatur V^5 218-219 et sic...potest *om.* pB P T β

169 dicitur: Isaac ut refert Thomas, vide infra lin. 186 in nota. 180 II c. 5 (PL 32, 889), vide supra lin. 4 in nota. 181 *Metaph.* VIII c. 6 (f. 100ra A). 183 quidam: cf. Philippus Cancellarius *Summa de bono* ' trahitur et ista a metaphysicis veritas est indivisio esse et eius quod est ' (ms. Vat. lat. 7669, f. 1^{vb}), Albertus *De bono* I q. 1 a. 8 arg. 1 (ed. Col. XXVIII p. 15) fortasse respiciens dictum locum notat ' dicitur quod trahitur a metaphysicis sed non perspicue invenitur in libro '; in *Summa Alberti* I tr. 6 q. 25 m. 2 eadem diffinitio Avicennae ascribitur. Thomas *Super Sent. I* d. 19 q. 5 a. 1 eam magistralem appellat quia ponitur a Magistris, cf. e. g. *Summa fr. Alexandri* I pars n. 89 (p. 142). 186 Diffinitionem istam philosopho Iudaeo Isaac perperam ascribit Thomas cum aliis Scholasticis. Cf. Muckle, *Isaac Israeli's Definition of Truth*, in AHDLM 8 (1933) pp. 5-8; rectius colligitur ex Avicennae *Metaph.* I c. 9 (f. 74ra A) ut expresse dicunt Guill. Alvern. *De universo* I 3 c. 26 (ed. Opera omnia, Parisiis 1674, p. 795) et Albertus *Super Sent. I* d. 46 a. 11. 188 Cap. 11 (PL 158, 480 A). 191 *Metaph.* IV 16 (1011 b 25). 195 *De Trin.* V 3 (PL 10, 131 C), verbatim habetur apud Philippum Cancellarium *Summa de bono* (ms. Vat. lat. 7669, f. 1^{vb}) et in *Summa fr. Alexandri* I pars n. 89 (p. 142). 197 Cap. 36 (PL 34, 151), verbotenus invenitur in *Summa fr. Alexandri* I pars n. 88 (p. 139). 199 Cap. 31 (PL 34, 147), ad verbum habetur in *Summa fr. Alexandri* l. c. 206 li: de usu huius articuli qui ex lingua gallica in latinam introductus est, vide A. Landgraf, *Die Sprache der Frühscholastischen Theologie*, in *Dogmengeschichte der Frühscholastik*, Erster Teil Band I, Regensburg 1952, pp. 20-29, vide etiam Alan. de Insulis *Regulae de sacra theologia* 25 (PL 210, 633 B); li est... componentis: Arist. *Metaph.* V 9 (1017 a 22 et 31) ut refert Thomas *Super Sent. III* d. 6 q. 2 a. 2. 208 intellectus componentis: cf. Arist. *De anima* III 11 (430 a 27).

sic ens non potest intelligi sine vero, quia ens non potest intelligi sine hoc quod concordet vel adaequetur intellectui; sed non tamen oportet ut quicumque intelligit rationem entis intelligat veri rationem, sicut nec quicumque intelligit ens intelligit intellectum agentem, et tamen sine intellectu agente nihil intelligi potest.

4. Ad quartum dicendum quod verum est dispositio entis non quasi addens aliquam naturam nec quasi exprimens aliquem specialem modum entis sed aliquid quod generaliter invenitur in omni ente, quod tamen nomine entis non exprimitur; unde non oportet quod sit dispositio vel corrumpens vel diminuens vel in partem contrahens.

5. Ad quintum dicendum quod dispositio non accipitur ibi secundum quod est in genere qualitatis sed secundum quod importat quendam ordinem: cum enim illa quae sunt causa aliorum essendi sint maxime entia et illa quae sunt causa | veritatis sint maxime vera, con- 42va
cludit Philosophus quod idem est ordo alicui rei in esse et veritate, ita scilicet quod ubi invenitur quod est maxime ens, est maxime verum. Unde nec hoc ideo est quia ens et verum ratione sunt idem sed quia secundum hoc quod aliquid habet de entitate secundum hoc est natum adaequari intellectui, et sic ratio veri sequitur rationem entis.

6. Ad sextum dicendum quod verum et ens differunt ratione per hoc quod aliquid est in ratione veri quod non est in ratione entis, non autem ita quod aliquid sit in ratione entis quod non sit in ratione veri; unde nec per essentiam differunt nec differentiis oppositis ab invicem distinguuntur.

7. Ad septimum dicendum quod verum non est in plus quam ens: ens enim aliquo modo acceptum dicitur de non ente secundum quod non ens est apprehensum ab intellectu, unde in IV Metaphysicae dicit Philosophus quod negatio vel privatio entis uno modo dicitur ens, unde Avicenna etiam dicit in principio suae Metaphysicae quod non potest formari enuntiatio nisi de ente quia oportet illud de quo propositio formatur esse apprehensum ab intellectu. Ex quo patet quod omne verum est aliquo modo ens.

1. Ad primum vero eorum quae contra obiciuntur dicendum quod ideo non est nugatio cum dicitur ' ens verum ' quia aliquid exprimitur nomine veri quod non exprimitur nomine entis, non propter hoc quod re differant.

2. Ad secundum dicendum quod quamvis istum fornicari sit malum, tamen secundum quod aliquid habet de entitate natum est hoc conformari intellectui et secundum hoc consequitur ibi ratio veri, et ita patet quod nec verum excedit nec exceditur ab ente.

3. Ad tertium dicendum quod cum dicitur ' diversum est esse et quod est ' distinguitur actus essendi ab eo cui ille actus convenit; nomen autem entis ab actu essendi sumitur, non ab eo cui convenit actus essendi, et ideo ratio non sequitur.

4. Ad quartum dicendum quod secundum hoc verum est posterius ente quod ratio veri differt ab entis ratione modo praedicto.

5. Ad quintum dicendum quod ratio illa deficit in tribus: primo quia quamvis personae divinae re distinguantur, appropriata tamen personis non differunt re sed tantum ratione; secundo quia etsi personae realiter ad invicem distinguantur non tamen realiter ab essentia distinguuntur, unde nec verum, quod appropriatur personae Filii, ab ente, quod se tenet ex parte essentiae; tertio quia etsi ens, unum,

224 non tamen *inv.* E V^5 Φ 225 ut] quod P T E V^5 Φ 226 veri rationem *inv.* P T E V^5 Φ 228 nihil] universalis β homo *praem.* E V^5 α δ 228 intelligi potest] *inv.* T intelligere potest E V^5 potest agere α δ 235 vel[1] *om.* T E 241 sint] sunt P Φ *post* maxime V^5 242 veritatis] aliorum *add.* E V^5 Σ sint] sunt B P Φ 243 alicui] alicuius E V^5 Φ 246 Unde (*cf. lin.* 255) *solus* B] *om. cet.* 246 hoc *om.* Φ (-γ) ideo est *inv.* Φ 247 sunt] sint T E secundum] ex Φ 248 est natum *inv.* E Φ 249 adaequari *om.* Φ 250 sequitur] sequetur B sequeretur P 254 sit] fit B 255 unde *om.* Φ 261 ens est *inv.* pP E 264 etiam (*forsitan del.* A)] *ante* Avicenna E Φ et *ante* Avicenna V^5 277 quod] hoc *praem.* V^5 Φ quia E aliquid habet *inv.* T E V^5 Φ (-δ) 279 nec] non Φ *post* verum P T E V^5 280 verum] *om.* Φ (-γ) *post* quod[279] γ 283 cui] cuius pB pE 283 ille actus *inv.* E V^5 Φ nomen] ratio Φ 284 non] tamen *add.* pB autem *add.* T 291 quia *om.* pB T quamvis] tres *add.* E tres ille *add.* Φ 292 divinae] tres *add.* V^5 personis] persone Φ 294 secundo] modo *add* Φ (-δ) 294 ad] ab T V^5 Φ 295 distinguantur] –guuntur T δ^1 –guerentur Φ (-δ) essentia] esse Φ 297 ente] esse sE Φ (-γ) 298 quia *om.* pB P T unum, verum] *inv.* T Φ (-δ) et verum δ

262 *Metaph.* IV 1 (1003 b 5). 265 *Metaph.* I c. 6 (f. 72va C).

verum et bonum magis uniantur in Deo quam in rebus creatis, non tamen oportet quod ex quo distinguuntur in Deo quod in rebus creatis etiam distinguantur realiter: hoc enim contingit de illis quae non habent ex ratione sua quod sint unum secundum rem, sicut sapientia et potentia, quae cum in Deo sint unum secundum rem, in creaturis realiter distinguuntur; sed ens, unum, verum et bonum secundum rationem suam habent quod sint unum secundum rem, unde ubicumque inveniantur, realiter unum sunt, quamvis sit perfectior unitas illius rei secundum quam uniuntur in Deo quam illius rei secundum quam uniuntur in creaturis.

Articulus secundus

Secundo quaeritur utrum veritas principalius inveniatur in intellectu quam in rebus. Et videtur quod non: verum enim, ut dictum est, convertitur cum ente; sed ens principalius invenitur in rebus quam apud animam; ergo et verum.

2. Praeterea, res sunt in anima non per essentiam sed per suam speciem, ut dicit Philosophus in III De anima; si ergo veritas principaliter in anima invenitur, non erit essentia rei sed similitudo et species eius, et verum erit species entis extra animam existentis. Sed species rei existens in anima non praedicatur de re quae est extra animam, sicut nec cum ipsa convertitur: converti enim est conversim praedicari; ergo nec verum convertetur cum ente, quod est falsum.

3. Praeterea, omne quod est in aliquo consequitur id in quo est; si ergo veritas principaliter est in anima, tunc iudicium de veritate erit secundum aestimationem animae, et ita redibit antiquorum philosophorum error qui dicebant omne quod quis opinatur in intellectu esse verum et duo contradictoria simul esse vera, quod est absurdum.

4. Praeterea, si veritas est in intellectu principaliter, oportet quod aliquid quod ad intellectum pertinet in diffinitione veritatis ponatur. Sed Augustinus huiusmodi diffinitionem reprobat in libro Soliloquiorum, sicut istam « Verum est quod ita est ut videtur », quia secundum hoc non esset verum quod non videretur, quod patet esse falsum de occultissimis lapillis qui sunt in visceribus terrae; et similiter reprobat et improbat istam « Verum est quod ita est ut cognito|ri videtur, si velit et possit cognoscere », quia secundum hoc non esset aliquid verum nisi cognitor vellet et posset cognoscere; et eadem ratio esset de quibuscumque aliis diffinitionibus in quibus aliquid ad intellectum pertinens poneretur: ergo veritas non est principaliter in intellectu. 42vb

CONTRA, Philosophus VI Metaphysicae « Non est falsum et verum in rebus sed in mente ».

2. Praeterea, « veritas est adaequatio rei et intellectus »; sed haec adaequatio non potest esse nisi in intellectu; ergo nec veritas est nisi in intellectu.

300-301 rebus...Deo quod *om.* pB 301 distinguuntur] *ante* quod in P T V^5 Φ ratione *praem.* E (*def.* pB) Deo] ratione *add.* V^5 Σ (*def.* pB) 302 etiam] *ante et post* creatis T *ante* realiter V^5 Σ *om.* β tamen *ante* realiter E 307 et *om.* B V^5 307 rationem suam] *inv.* P E V^5 Φ sua ratione T 310 perfectior] profectior B *ante* sit T 311 rei] *om.* pB *ante* illius (*coactus loco*) A ita γ 311 Deo...uniuntur in *hom. om.* P 313 creaturis: *postea deficit* V^5
7 per] suam *add.* E Φ 8 dicit Philosophus] dicit T dicitur E Φ 10 non] veritas *praem.* E Φ 11 erit] circa pB P T β γ 12 extra] circa P T β 13 de re quae est] *om.* pB de pP de re sP T de re que γ 14 sicut] ergo pB P T β γ cum *om.* pB 15 converti...praedicari *om.* T E α δ 16 convertetur] –teretur pB P –titur Φ 21 erit] est Σ ita *om.* pB P T β γ 24 et] etiam P T γ 26 in *trans. ad lin. om.* B 27 principaliter] *post* veritas T E Σ *post* est β 28 pertinet] pertineat P T perveniat α 29 diffinitionem] –nitiones E Φ 31 est[1] *repet.* B 32 videretur] videtur T E Φ 35 reprobat et *om.* T E α δ 38 cognitor vellet] *inv.* B cognitio vellet Φ (-δ^1) 44 falsum et verum (*cum Aristotele*) *solus* B] verum et falsum *cet*

1 Parall.: *Super Periherm.* I lect. 3; *Super Metaph.* VI lect. 4. 4 dictum est: supra a. 1. 9 *De anima* III 13 (431 b 28). 18 omne...in quo est: eadem sententia licet diversis sub formis diversis auctoribus ascribitur e. g.: *Liber de causis* ut infra q. 24 a. 8 arg. 6 [cf. comm. 10 (9) et 12 (11)], Dionysio simul cum *Liber de causis* in scripto *Super Sent. II* d. 17 q. 2 a. 1 arg. 3 [cf. Dionys. *De div. nom.* cap. 4 § 1 (PG 3, 693 B; Dion. 146) et *De cael. hier.* cap. 12 § 2 (PG 3, 293 A; Dion. 937)], Boetio ut infra q. 2 a. 5 168 [cf. Boetius *De consol.* V pr. 4 (PL 63, 848 C)]. 22 antiquorum philosophorum error: Parmenides, Anaxagoras, Empedocles, Democritus et Protagoras sec. Arist. ut refert Thomas *Super Anal. post.* I lect. 44 [cf. Arist. *Metaph.* IV 9 et 12 (1009 a 6 et b 12)]. 26 Praeterea...: idem fere argumentum invenitur in *Summa fr. Alexandri* I pars n. 89, arg. 1 et 11 (p. 141). 30 II c. 5 (PL 32, 888), ad verbum depromptum ex *Summa fr. Alexandri* I pars n. 89 (p. 141). 35 reprobat et improbat istam: August. hic supra. 43 Cap. 4 (1027 b 25) sec. transl. mediam (ed. Geyer, p. 313,74). 45 « veritas...: vide supra a. 1 186 in nota.

SOLUTIO. Dicendum quod non oportet in illis quae dicuntur per prius et per posterius de multis, quod illud prius recipiat praedicationem communis quod est ut causa aliorum, sed illud in quo est primo ratio illius communis completa, sicut sanum per prius dicitur de animali, in quo primo perfecta ratio sanitatis invenitur, quamvis medicina dicatur sana ut effectiva sanitatis; et ideo, cum verum dicatur per prius et posterius de pluribus, oportet quod de illo per prius dicatur in quo primo invenitur completa ratio veritatis. Complementum autem cuiuslibet motus vel operationis est in suo termino. Motus autem cognitivae virtutis terminatur ad animam, – oportet enim quod cognitum sit in cognoscente per modum cognoscentis –, sed motus appetitivae terminatur ad res: inde est quod Philosophus in III De anima ponit circulum quendam in actibus animae, secundum scilicet quod res quae est extra animam movet intellectum, et res intellecta movet appetitum, et appetitus tendit ad hoc ut perveniat ad rem a qua motus incepit; et quia bonum, sicut dictum est, dicit ordinem entis ad appetitum, verum autem dicit ordinem ad intellectum, inde est quod Philosophus dicit in VI Metaphysicae quod bonum et malum sunt in rebus, verum autem et falsum sunt in mente. Res autem non dicitur vera nisi secundum quod est intellectui adaequata, unde per posterius invenitur verum in rebus, per prius autem in intellectu.

Sed sciendum quod res aliter comparatur ad intellectum practicum, aliter ad speculativum: intellectus enim practicus causat res, unde est mensura rerum quae per ipsum fiunt, sed intellectus speculativus, quia accipit a rebus, est quodam modo motus ab ipsis rebus, et ita res mensurant ipsum; ex quo patet quod res naturales, a quibus intellectus noster scientiam accipit, mensurant intellectum nostrum, ut dicitur in X Metaphysicae, sed sunt mensuratae ab intellectu divino, in quo sunt omnia sicut omnia artificiata in intellectu artificis: sic ergo intellectus divinus est mensurans non mensuratus, res autem naturalis mensurans et mensurata, sed intellectus noster mensuratus et non mensurans res quidem naturales, sed artificiales tantum. Res ergo naturalis, inter duos intellectus constituta, secundum adaequationem ad utrumque vera dicitur: secundum enim adaequationem ad intellectum divinum dicitur vera in quantum implet hoc ad quod est ordinata per intellectum divinum, ut patet per Anselmum in libro De veritate et per Augustinum in libro De vera religione et per Avicennam in diffinitione inducta, scilicet « veritas cuiusque rei est proprietas sui esse quod stabilitum est ei »; secundum autem adaequationem ad intellectum ⟨humanum⟩ dicitur res vera in quantum est nata de se facere veram aestimationem, sicut e contrario falsa dicuntur quae « sunt nata videri quae non sunt aut qualia non sunt » ut dicitur in V Metaphysicae. Prima autem ratio veritatis per prius inest rei quam secunda, quia prius est eius comparatio ad intellectum divinum quam humanum: unde, etiam si intellectus humanus non esset, adhuc res verae dicerentur in ordine ad intellectum divinum; sed si uterque intellectus, rebus remanentibus per impossibile, intelligeretur auferri, nullo modo ratio veritatis remaneret.

49 Solutio] Responsio E Φ non oportet] *post* multis[51] β γ non semper oportet *post* multis E α δ in] quod *praem.* P T 50 per[2] *ante* prius[51] P T E Φ 52 aliorum] illorum pB P T 54 completa] invenitur *add.* E Φ 60 completa] perfecta Φ 61 vel operationis *hic om.* E Φ (*cf. proxima adnotat.*) termino] per operationem *add.* E vel operationis *add.* γ operationis *add.* β per operationem animalis *add.* α δ[2] quod patet per operationes animalis *add.* δ[1] 65 appetitivae] virtutis *add.* E Φ 68 extra] apud pB P T β γ 70 ut] quod E Σ 72 sicut] ut E ut supra Φ dicit ordinem *om.* E Φ 77 autem] enim P T 84 mensura] mensuratio Σ 85 quia] qui E Φ 86 rebus] rectus pB T 88 a] ex Φ 90 in *om.* P Φ 91 omnia] creata (*seu* causata) *add.* E Φ 95 noster] est *add.* E Φ 103 veritate] vero Φ (-δ) 106 est] *ante* cuiusque pB P T *om.* β γ (*def.* α δ) 107 stabilitum] stabiliter P T 108 ⟨humanum⟩ *suppl. cum* T E Φ] *om.* B P 109 est nata *inv.* P T E Φ de se] *post* facere P T ad se *post* facere E 109 facere] formare Φ 110 falsa] res false E Φ 111 quae[1]] non *add.* pB pP pT β sunt nata] nate sunt E Φ 114 prius] prior P T E Φ eius] *om.* γ *post* comparatio E Φ (-γ) 115 quam] ad *add.* P E

54 sanum...: exemplum Arist. *Metaph.* IV 1 (1003 a 35) et *Topic.* I c. 15 (106 b 33). 66 *De anima* III 15 (433 a 14). 72 dictum est: supra a. 1. 75 *Metaph.* VI 4 (1027 b 25). 90 *Metaph.* X 2 (1053 a 31). 92 artificiata...artificis: Averroes *Metaph.* XII comm. 16 (VIII, 318 M) ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 15 q. 1 a. 2, cf. *Summa Alberti* I tr. 15 q. 61 m. 2. 103 Cap. 7 (PL 158, 475 B-C). 104 Cap. 36 (PL 34, 151). 105 inducta: supra a. 1 181. 113 *Metaph.* V c. 29 (1024 b 21) sec. transl. mediam (ed. Geyer, p. 295,89).

1. Responsio ergo ad primum quod, sicut ex iam dictis patet, verum per prius dicitur de intellectu vero et per posterius de re sibi adaequata, et utroque modo convertitur cum ente, sed diversimode, quia secundum quod dicitur de rebus convertitur cum ente per praedicationem, – omne enim ens est adaequatum intellectui divino et potens adaequare sibi intellectum humanum, et e converso –, si autem accipiatur prout dicitur de intellectu, sic convertitur cum ente quod est extra animam non per praedicationem sed per consequentiam, eo quod cuilibet intellectui vero oportet quod respondeat aliquod ens, et e converso.

2. Per hoc patet solutio ad secundum.

3. Ad tertium dicendum quod illud quod est in aliquo non sequitur illud in quo est nisi quando causatur ex principiis eius: unde lux, quae causatur in aere ab extrinseco scilicet sole, sequitur motum solis magis quam aerem; similiter et veritas, quae est in anima causata a rebus, non sequitur aestimationem animae sed existentiam rerum « quoniam eo quod res est vel non est, dicitur oratio vera vel falsa », similiter et intellectus.

4. Ad quartum dicendum quod Augustinus loquitur de visione intellectus humani, a qua rei | veritas non dependet: sunt enim multae *43ra* res quae nostro intellectu non cognoscuntur. Nulla tamen res est quam intellectus divinus non cognoscat actu et intellectus humanus in potentia, cum intellectus agens dicatur « quo est omnia facere », intellectus possibilis « quo est omnia fieri »: unde in diffinitione rei verae potest poni visio in actu intellectus divini, non autem intellectus humani nisi in potentia, sicut ex superioribus patet.

Articulus tertius

Tertio quaeritur utrum veritas sit tantum in intellectu componente et dividente. Et videtur quod non: verum enim dicitur secundum comparationem entis ad intellectum; sed prima comparatio qua intellectus comparatur ad res est secundum quod format quiditates rerum concipiendo diffinitiones earum; ergo in ista operatione intellectus principalius et prius invenitur verum.

2. Praeterea, « verum est adaequatio rerum et intellectus »; sed sicut intellectus componens et dividens potest adaequari rebus, ita intellectus intelligens quiditates rerum; ergo veritas non est tantum in intellectu componente et dividente.

Sed contra est quod dicitur VI Metaphysicae « verum et falsum non sunt in rebus sed in mente; in simplicibus autem et quod quid est, nec in mente ».

2. Praeterea, in III De anima, « indivisibilium intelligentia in illis est in quibus non est verum et falsum ».

Responsio. Dicendum quod sicut verum per prius invenitur in intellectu quam in rebus, ita etiam per prius invenitur in actu intellectus componentis et dividentis quam in actu intellectus quiditatem rerum formantis. Veri enim ratio consistit in adaequatione rei et intel-

121 Responsio...primum] Ad primum ergo dicendum E Φ 125-126 sed...ente *hom. om.* P E 130 accipiatur] verum *add.* E Φ 132 consequentiam (*ex Aristotele*)] convenientiam Φ 135 Per] et *praem.* E Φ patet solutio *inv.* B 139 sole] ex *praem.* E Φ 141 causata] causatur E Φ 143 quoniam eo (*ex Boetio*)] quoniam ab eo P quoniam ego T ex eo enim E Φ 144 falsa] dicitur *add.* Σ 149 nostro] *ante* et *post* intellectu pB *om.* E *post* intellectu Φ 153 intellectus] et *praem.* E Φ 154 unde] et ideo E Φ 156 autem] visio *add.* T E Φ sicut ex superioribus] ut ex dictis Φ

5 comparatio] operatio T Φ 6 quod] quam P T E α γ 9 prius] proprius Φ verum *om.* Φ 10 rerum (*cf. lin.* 12, 13 *et fontes ad hunc locum*) *solus* B] rei *cet.* 12 ita] et *praem.* pB et *add.* P T E Φ 14 in *om.* B 16 Sed contra] In contrarium T Contra Σ 16 VI] v B 18 in simplicibus...mente[19] *hom. om.* T 27 quiditatem] –tates T E Φ

132 per consequentiam: cf. Arist. *Praedic.* cap. 12 (14 b 11). 143 « quoniam...: Arist. *Praedic.* cap. 5 (4 b 8) et cap. 12 (14 b 21) sec. transl. Boetii (ed. Minio-Paluello, pp. 13 et 38) ut dicitur *De pot.* q. 3 a. 17 arg. 29. 152 « quo est omnia facere »...« quo est omnia fieri »: Arist. *De anima* III c. 5 (430 a 14) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 320,25) ut refert Thomas *I Pars* q. 79 a. 3 sed c. 1.

1 Parall.: *I Pars* q. 16 a. 2; *Super Sent. I* d. 19 q. 5 a. 1 ad 7; *Super Periherm.* I lect. 3; *Super De anima* III lect. 11; *Super Metaph.* VI lect. 4. 2 intellectu componente: Arist. ut supra a. 1 208 in nota. 6 format...rerum: Arabes hanc operationem intellectus vocare ' formationem ' docet Thomas *De spir. creat.* a. 9 ad 6, cf. Averroes *De anima* III comm. 21 (VI[1], 166 B) et Arist. *De anima* III c. 6 (430 a 26) sec. transl. arabico-latinam (ed. Averroes, hic supra). 10 « verum...: vide supra a. 1 186 in nota. 17 Cap. 4 (1027 b 25) sec. transl. mediam (ed. Geyer, p. 313,74). 20 Cap. 6 (430 a 26) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 333,1).

lectus; idem autem non adaequatur sibi ipsi sed aequalitas diversorum est; unde ibi primo invenitur ratio veritatis in intellectu, ubi primo intellectus incipit aliquid proprium habere quod res extra animam non habet, sed aliquid ei correspondens inter quae adaequatio attendi potest. Intellectus autem formans quiditatem rerum non habet nisi similitudinem rei existentis extra animam, sicut et sensus in quantum accipit speciem sensibilis. Sed quando incipit iudicare de re apprehensa, tunc ipsum iudicium intellectus est quoddam proprium ei quod non invenitur extra in re; sed quando adaequatur ei quod est extra in re, dicitur iudicium verum; tunc autem iudicat intellectus de re apprehensa quando dicit aliquid esse vel non esse, quod est intellectus componentis et dividentis: unde dicit etiam Philosophus in VI Metaphysicae quod « compositio et divisio est in intellectu et non in rebus ». Et inde est quod veritas per prius invenitur in compositione et divisione intellectus.

Secundario autem dicitur verum et per posterius in intellectu formante quiditates rerum vel diffinitiones. Unde diffinitio dicitur vera vel falsa ratione compositionis verae vel falsae, ut quando scilicet dicitur esse diffinitio eius cuius non est, sicut si diffinitio circuli assignetur triangulo, vel etiam quando partes diffinitionis non possunt componi ad invicem, ut si dicatur diffinitio alicuius rei ' animal insensibile ': haec enim compositio quae implicatur, scilicet aliquod animal est insensibile, est falsa. Et sic diffinitio non dicitur vera vel falsa nisi per ordinem ad compositionem sicut et res dicitur vera per ordinem ad intellectum.

Patet ergo ex dictis quod verum per prius dicitur de compositione vel divisione intellectus; secundo dicitur de diffinitionibus rerum secundum quod in eis implicatur compositio vera vel falsa; tertio de rebus secundum quod adaequantur intellectui divino vel aptae natae sunt adaequari intellectui humano; quarto dicitur de homine propter hoc quod electivus est verorum vel facit existimationem de se vel de aliis veram vel falsam per ea quae dicit vel facit. Voces autem eodem modo recipiunt veritatis praedicationem sicut intellectus quos significant.

1. Ad primum ergo dicendum quod quamvis formatio quiditatis sit prima operatio intellectus, tamen per eam non habet intellectus aliquid proprium quod possit rei adaequari et ideo non est ibi proprie veritas.

2. Et per hoc patet solutio ad secundum.

Articulus quartus

Quarto quaeritur utrum sit tantum una veritas qua omnia sunt vera. Et videtur quod sic: Anselmus enim dicit in libro De veritate quod sicut tempus se habet ad temporalia ita veritas ad res veras; sed tempus ita se habet ad omnia temporalia quod est unum tempus tantum; ergo ita se habebit veritas ad omnia vera quod erit tantum una veritas.

2. Sed dicebat quod veritas dupliciter dicitur: uno modo secundum quod est idem quod entitas rei, ut diffinit eam Augustinus in libro Soliloquiorum « Verum est id quod est », et sic oportet esse plures veritates secundum quod sunt plures essentiae rerum; alio modo prout exprimit se in intellectum, prout diffinit eam

29 adaequatur] equatur E α β 31 ratio] *ante* invenitur T *om.* E 35 quiditatem] –tates T E Φ 38 speciem] rei *add.* Φ 43 tunc] esse Φ (-δ) esse *praem.* δ 46 dicit *post* Philosophus P E Φ in *om.* P Φ 51 Secundario] Secundo ratio T 52 in *om.* B 52 quiditates...vel *om.* T E α δ 59 animal] vel pB esse *add.* T naturalis α β naturalis vel γ insensibile] –sibilem E Φ (-δ) 60 scilicet] quod *add.* sE Φ 66 vel] et T E 67 dicitur *om.* E Σ 68 implicatur] multiplicatur T β 72 propter...verorum] quod electivus verarum pB P qui est declarativus verorum T secundum quod est electivus verarum compositionum E quod (*om.* γ) est electivus orationum verarum β γ *om.* α δ 73 vel[1]] qui α δ qui *add.* β γ existimationem (*cf. Cont. Gent.* III 125 *manu ipsius Thomae*)] estimationem T E Φ 81 aliquid] aliud *add.* Φ 83 patet *om.* B

1 Quarto] Quinto B P 3 enim *om.* T Φ 4-5 habet...ita se (*cf. lin.* 24) *hom. om.* pB P 4 temporalia] omnia *praem.* T E Φ (*def.* pB P) 5 ita[1]] sic T E Φ (*def.* pB P) 7 tempus tantum] *inv.* P E Σ tempus omnium temporalium T tempus β 8 una] *ante* erit T *ante* tantum E α δ 14 modo] dicitur *add.* T E Φ 15 in *om.* pB T intellectum] –lectui T –lectu Φ

47 Cap. 4 (1027 b 29) sec. transl. mediam (ed. Geyer, p. 315,49). 51 Secundario autem dicitur verum...: cf. Arist. *Metaph.* V 22 (1024 b 17).

1 Parall.: *I Pars* q. 16 a. 6; *Super Sent. I* d. 19 q. 5 a. 2; infra a. 8. 3 Anselmus...: idem fere argumentum habetur in *Summa fr. Alexandri* I pars n. 91 arg. Contra 2 (p. 147). 4 Cap. 13 (PL 158, 486 C). 12 II c. 5 (PL 32, 889), cf. supra a. 1 4 in nota.

Hilarius « Verum est declarativum esse », et hoc modo, cum nihil possit aliquid manifestare intellectui nisi secundum virtutem primae veritatis divinae, omnes veritates quodam modo sunt unum in movendo intellectum, sicut et omnes colores sunt unum in movendo visum in quantum movent ipsum, in ratione scilicet unius luminis. — Sed contra, tempus est unum numero omnium temporalium; si ergo ita se habet veritas ad res veras sicut tempus ad temporalia, oportet omnium verorum unam esse numero veri|tatem, nec sufficit omnes veritates esse unum in movendo vel esse in exemplari unam.

3. Praeterea, Anselmus in libro De veritate sic argumentatur: si plurium verorum sunt plures veritates, oportet veritates variari secundum varietates verorum; sed veritates non variantur per variationem rerum verarum, quia, destructis rebus veris vel rectis, adhuc remanet veritas et rectitudo secundum quam sunt vera vel recta; ergo est una tantum veritas. Minorem probat ex hoc quia destructo signo adhuc remanet rectitudo significationis, quia rectum est ut significetur hoc quod illud signum significabat; et eadem ratione, destructo quolibet vero vel recto, eius rectitudo vel veritas remanet.

4. Praeterea, in creatis nihil est id cuius est veritas, sicut veritas hominis non est homo nec veritas carnis est caro; sed quodlibet ens creatum est verum; ergo nullum ens creatum est veritas; ergo omnis veritas est increatum, et ita est tantum una veritas.

5. Praeterea, nihil est maius mente humana nisi Deus, ut dicit Augustinus; sed veritas, ut probat Augustinus in libro Soliloquiorum, est maior mente humana, quia non potest dici quod sit minor: sic enim haberet mens humana de veritate iudicare, quod falsum est, – non enim de ea iudicat sed secundum eam, sicut et iudex non iudicat de lege sed secundum eam, ut idem dicit in libro De vera religione –; similiter nec etiam dici potest quod sit ei aequalis, quia anima iudicat omnia secundum veritatem non autem iudicat omnia secundum se ipsam; ergo veritas non est nisi Deus, et ita est tantum una veritas.

6. Praeterea, Augustinus probat in libro LXXXIII Quaestionum quod veritas non percipitur sensu corporis, hoc modo: nihil percipitur a sensu nisi mutabile; sed veritas est immutabilis; ergo sensu non percipitur. Similiter argui potest: omne creatum est mutabile; sed veritas non est mutabilis; ergo non est creatura; ergo est res increata; ergo est tantum una veritas.

7. Praeterea, ibidem Augustinus argumentatur ad idem hoc modo: « nullum sensibile est quod non habeat aliquid simile falso ita ut internosci non possit, nam, ut alia praetermittam, omnia quae per corpus sentimus, etiam cum ea non adsunt sensibus, imagines tamen eorum patimur tamquam prorsus adsint, velut in somno vel in furore »; sed veritas non habet aliquid simile falso; ergo veritas sensu non percipitur. Similiter argui potest: omne creatum habet aliquid simile falso in quantum habet aliquid de defectu; ergo nullum creatum est veritas, et sic est una tantum veritas.

Sed contra, Augustinus in libro De vera religione, « Sicut similitudo est forma similium, ita veritas est forma verorum »; sed plurium similium plures similitudines; ergo plurium verorum plures veritates.

20-21 sicut et...visum (*cf. infra lin.* 100) *om.* B P 23 Sed *om.* T Φ 27 veritates *om.* B P 29 unam] unum T E Φ 31 argumentatur] –mentat P arguit Φ 33 varietates] variationes T E variationem Φ 34 variationem] –tiones E Φ 38 quia] quod P T Φ 38 signo] signato Σ 44-49 Praeterea...veritas *i. e. arg.* 4^{m} *per totum, ex hom. in verbis* nihil est *om.* Φ (*ut inepto principio sequentis argumenti comprobatur* in creaturis nichil est maius mente humana nisi deus α β δ): *suo loco restituunt* γ δ *post arg.* 7^{m} *restituit* β *om.* α 44 creatis] –turis T E δ^{1} *om.* γ δ^{2} (*def.* α) 50 Praeterea] in creaturis *add.* α β δ (*cf. nota*^{1} *ad lin.* 44) 51 nisi Deus] *om.* pB P *post* Augustinus (*in marg. una cum suppletione proxima*) A 51 sed...Augustinus] *hom. om.* pB α γ *in marg.* A 56 et *om.* T Φ 57 eam] legem T E Φ 59 etiam] *ante* quod T *om.* E 63 tantum una] unum tantum modo T *inv.* E Φ 67 a sensu] sensu corporis Φ 73 argumentatur] –mentat P *post* ad idem E arguit Φ 74 ad] hoc *add.* Φ 75 habeat] habet B 75 internosci *scrips. cum Augustino*] interimi nosci B *lacuna ante* nosci pP interim nosci sP E β γ verum nosci α δ (*def.* T) 81 veritas *om.* Φ 86 Sed contra] In contrarium T contra Σ 87 religione] dicit *add.* Φ 89 plures] sunt *add.* T Φ 90 plures] sunt *add.* T Φ

16 Hilarius: cf. supra a. 1 195 in nota. 31 Cap. 13 (PL 158, 484 C). 51 E. g. *De lib. arb.* I c. 10 (PL 32, 1233), ibid. II c. 6 (PL 32, 1248), *De Trin.* XV c. 1 (PL 42, 1057). 52 Rectius *De lib. arb.* II c. 12 (PL 32, 1259). 58 Cap. 31 (PL 34, 148). 65 Quaestio 9 (PL 40, 13). 73 ibidem: hic supra. 87 Cap. 36 (PL 34, 152).

2. Praeterea, sicut omnis veritas creata derivatur a veritate increata exemplariter et ab ea suam veritatem habet, ita omne lumen intelligibile a prima luce increata derivatur exemplariter et vim manifestandi habet; dicimus tamen esse plura lumina intelligibilia, ut patet per Dionysium; ergo videtur consimili modo concedendum simpliciter esse plures veritates.

3. Praeterea, colores, quamvis habeant ex virtute lucis quod moveant visum, tamen simpliciter dicuntur esse plures colores et differentes, nec possunt dici esse unum nisi secundum quid; ergo, quamvis et omnes veritates creatae se intellectui exprimant virtute primae veritatis, non tamen ex hoc dici poterit una veritas nisi secundum quid.

4. Praeterea, sicut veritas creata non potest se intellectui manifestare nisi virtute veritatis increatae, ita nulla potentia in creatura potest aliquid agere nisi virtute potentiae increatae; nec aliquo modo dicimus esse unam potentiam omnium habentium potentiam; ergo nec dicendum est aliquo modo esse unam veritatem omnium verorum.

5. Praeterea, Deus comparatur ad res in habitudine triplicis causae, scilicet effectivae, exemplaris et finalis, et per quandam appropriationem entitas rerum refertur ad Deum ut ad causam efficientem, veritas ut ad causam exemplarem, bonitas ut ad causam finalem, quamvis etiam singula possunt ad singula referri secundum locutionis proprietatem; sed non dicimus aliquo modo locutionis esse unam bonitatem omnium bonorum aut unam entitatem omnium entium; ergo nec dicere debemus unam veritatem omnium verorum.

6. Praeterea, quamvis sit una veritas increata a qua omnes veritates creatae exemplantur, non tamen eodem modo exemplantur ab ipsa, quia, quamvis ipsa similiter se habeat ad omnia, non tamen similiter omnia se habent ad ipsam, ut dicitur in libro De causis: unde alio modo exemplatur ab ipsa veritas necessariorum et contingentium; sed diversus modus imitandi exemplar divinum facit diversitatem in rebus creatis; ergo sunt simpliciter plures veritates creatae.

7. Praeterea, « veritas est adaequatio rei et intellectus »; sed diversorum specie non potest esse una adaequatio ad intellectum; ergo cum res verae sint specie diversae, non potest esse | una veritas omnium verorum. *43va*

8. Praeterea, Augustinus dicit in libro XII De Trinitate ' Credendum est mentis humanae naturam rebus intelligibilibus sic esse connexam ut in quadam luce sui generis omnia quae cognoscit intueatur '; sed lux per quam anima cognoscit omnia est veritas; ergo veritas est de genere ipsius animae, et ita oportet veritatem esse rem creatam: unde in diversis creaturis erunt diversae veritates.

RESPONSIO. Dicendum quod, sicut ex praedictis patet, veritas proprie invenitur in intellectu humano vel divino, sicut sanitas in animali; in rebus autem aliis invenitur veritas per relationem ad intellectum, sicut et sanitas dicitur de quibusdam aliis in quantum sunt effectiva vel conservativa sanitatis animalis. Est ergo veritas in intellectu divino quidem primo et proprie, in intellectu vero humano proprie quidem sed secundario, in rebus autem improprie et secundario, quia nonnisi per respectum ad alteram duarum veritatum. Veritas ergo intellectus divini est una tantum, a qua in intellectu humano derivantur plures

93 veritatem] virtutem E α γ 97 videtur *om.* T E Φ consimili] simili T ex simili E Φ 98 simpliciter] *om.* T α δ similiter E *post* esse γ 99 habeant *om.* T E α δ 100 quod *om.* T E Σ simpliciter *om.* T E 101 colores] *om.* T α δ *ante* dicuntur E 102 nec] et non Φ 103 quamvis et] *inv.* T E β etiam Σ 104 intellectui (*cf. lin.* 108)] in (*om.* T) intellectum P T E in intellectu Φ 105 poterit] poterunt T sE Σ 108 intellectui] –tellectum T in intellectu Φ 110 potentiae] prime pB P prime potentie β γ 111 aliquo] tamen *praem.* T E Φ 116 effectivae] –tiva pB P efficientis T E Φ 117 per] propter Φ 121 possunt] possint P E Φ 125 dicere debemus] *inv.* T Φ dicere possumus E 130 ipsa²] ipse (*potius* pB) pB P T E 131 similiter] *post* omnia T Φ *post* habent E 132 ipsam] ipsum T E 133 ipsa] ipso T α γ 136 simpliciter] similiter (*ante* sunt Φ) E Φ 138 et intellectus] ad intellectum T 141 specie] species pB P 143 dicit] *om.* B *ante* Augustinus T 145 esse *om.* T E α δ 146 quadam luce (*cf. Qu. De spirit. creat.* a. 10 sed c. 3) *inv.* B P 147 anima] *post* omnia B *post* cognoscit P 148 cognoscit omnia *inv.* P T 150 unde] et ita Φ 152 quod *om.* B P 159 veritas] *post* divino T E *post* quidem Φ 160 et proprie] improprie T 161 autem *om.* B 163 alteram (*cf. infra* a. 6 *lin.* 53)] alterutram T E Φ

97 *De cael. hier.* cap. 13 § 3 (PG 3, 301 D; Dion. 956). 132 Comm. 24(23). 138 « veritas...: vide supra a. 1 186 in nota. 144 Cap. 15 (PL 42, 1011). 152 praedictis: a. 2. 154 sanitas in animali: exemplum Arist. ut supra a. 2 54 in nota.

veritates, « sicut ab una facie hominis resultant plures similitudines in speculo », sicut dicit glosa super illud « Diminutae sunt veritates a filiis hominum »; veritates autem quae sunt in rebus sunt plures sicut et rerum entitates.

Veritas autem quae dicitur de rebus in comparatione ad intellectum humanum, est rebus quodam modo accidentalis, quia, posito quod intellectus humanus non esset nec esse posset, adhuc res in sua essentia permaneret; sed veritas quae de eis dicitur in comparatione ad intellectum divinum, eis inseparabiliter concomitatur, cum nec subsistere possint nisi per intellectum divinum eas in esse producentem. Per prius etiam inest rei veritas in comparatione ad intellectum divinum quam humanum, cum ad intellectum divinum comparetur sicut ad causam, ad humanum autem quodam modo sicut ad effectum in quantum intellectus scientiam a rebus accipit: sic ergo res aliqua principalius dicitur vera in ordine ad veritatem intellectus divini quam in ordine ad veritatem intellectus humani. Si ergo accipiatur veritas proprie dicta secundum quam sunt omnia principaliter vera, sic omnia sunt vera una veritate, scilicet veritate intellectus divini: et sic Anselmus de veritate loquitur in libro De veritate; si autem accipiatur veritas proprie dicta secundum quam secundario res verae dicuntur, sic sunt plurium verorum plures veritates, et etiam unius veri plures veritates in animabus diversis; si autem accipiatur veritas improprie dicta secundum quam omnia dicuntur vera, sic sunt plurium verorum plures veritates, sed unius veri tantum una veritas. Denominantur autem res verae a veritate quae est in intellectu divino vel in intellectu humano sicut denominatur cibus sanus a sanitate quae est in animali et non sicut a forma inhaerente; sed a veritate quae est in ipsa re, quae nihil aliud est quam entitas intellectui adaequata vel intellectum sibi adaequans, denominatur sicut a forma inhaerente, sicut cibus denominatur sanus a qualitate sua, a qua sanus dicitur.

1. Ad primum ergo dicendum quod tempus comparatur ad temporalia sicut mensura ad mensuratum; unde patet quod Anselmus loquitur de illa veritate quae est mensura omnium rerum verarum, et ista est una numero tantum, sicut et tempus unum, ut in secundo argumento concluditur. Veritas autem quae est in intellectu humano vel in ipsis rebus, non comparatur ad res sicut mensura extrinseca et communis ad mensurata, sed vel sicut mensuratum ad mensuram, ut est de veritate intellectus humani, et sic oportet eam variari secundum varietatem rerum; vel sicut mensura intrinseca, sicut est de veritate quae est in ipsis rebus, et has etiam mensuras oportet plurificari secundum pluralitatem mensuratorum, sicut diversorum corporum sunt diversae dimensiones.

2. Secundum concedimus.

3. Ad tertium dicendum quod veritas quae remanet destructis rebus, est veritas intellectus divini: et haec simpliciter est una numero; veritas autem quae est in rebus vel in anima variatur ad varietatem rerum.

4. Ad quartum dicendum quod, cum dicitur ' nulla res est sua veritas ', intelligitur de rebus quae habent esse completum in natura, sicut et cum dicitur ' nulla res est suum essé ': et tamen esse rei quaedam res creata est; et eodem modo veritas rei aliquid creatum est.

5. Ad quintum dicendum quod veritas secundum quam anima de omnibus iudicat, est veritas prima: sicut enim a veritate intellectus divini effluunt in intellectum angelicum species rerum innatae, secundum quas omnia cognoscunt, ita a veritate intellectus divini procedit exemplariter in intellectum nostrum veritas primorum principiorum, secundum quam de

168 illud] psalmum T psalmi *add.* P Φ 169 a filiis hominum] etc. B E 175 permaneret] –nerent T E Φ (-δ¹) 177 concomitatur] communicatur (*seu* comitatur) T Φ concomitantur pE 178 cum nec] tamen nec β non enim Σ 179 in esse *trans. ad lin. om.* B 184 scientiam *post* rebus P E Φ 185 accipit] *ante* scientiam T recipit E 189 sunt] *post* omnia T E *post* vera Φ 196 veri *scrips.* (*cf. lin.* 200)] vei B (*?*) rei *cet.* (*def.* α) animabus] animalibus B pE 198 dicuntur] esse *add.* P 201 in *om.* B 202 in *om.* B 207 denominatur] *om.* pB P E Φ *ante* a veritate[204] T 208 sanus *om.* B 212 mensuratum] –rata T E Σ mensuram β 216 autem *om.* B 226 diversae dimensiones *inv.* P T E Φ 237-238 et eodem...creatum est *suppl. cum* E Φ] *om.* B P et veritas rei creatum est aliquod T 243 cognoscunt (*scil.* angeli)] cognoscit *solus* Φ

168 *Glossa* Petri Lomb. super Ps. XI² (PL 191, 155 A); illud: Ps. XI². 193 Ut supra lin. 4 et 31. 242 species rerum innatae: cf. infra q. 8 a. 9.

omnibus iudicamus; et quia per eam iudicare non possemus nisi secundum quod est similitudo primae veritatis, ideo secundum primam veritatem dicimur de omnibus iudicare.

6. Ad sextum dicendum quod veritas illa immutabilis est veritas prima, et haec neque sensu percipitur neque aliquid creatum est.

7. Ad septimum dicendum quod ipsa etiam veritas creata non habet aliquid simile falso, quamvis creatura quaelibet aliquid simile falso habeat: in tantum enim creatura aliquid simile falso habet, in quantum deficiens est; sed veritas non ex | ea parte rem consequitur creatam qua deficiens est, sed secundum quod a defectu recedit, primae veritati conformata. *43vb*

1. Ad primum vero eorum quae contra obiciuntur dicendum est quod similitudo proprie invenitur in utroque similium; veritas autem cum sit quaedam convenientia intellectus et rei, non proprie invenitur in utroque sed in intellectu; unde, cum sit unus intellectus, scilicet divinus, secundum cuius conformitatem omnia vera sunt et dicuntur, oportet omnia vera esse secundum unam veritatem, quamvis in pluribus similibus sint diversae similitudines.

2. Ad secundum dicendum quod, quamvis lumen intelligibile exempletur a lumine divino, tamen lumen proprie dicitur de intelligibilibus luminibus creatis; non autem veritas proprie dicitur de rebus exemplatis ab intellectu divino; et ideo non dicimus unum lumen sicut dicimus unam veritatem.

3. Et similiter dicendum ad tertium de coloribus, quia colores etiam proprie visibiles dicuntur, quamvis non videantur nisi per lucem.

4-5. Et similiter dicendum ad quartum de potentia et ad quintum de entitate.

6. Ad sextum dicendum quod, quamvis exemplentur differmiter a veritate divina, non tamen propter hoc excluditur quin res una veritate sint verae et non pluribus proprie loquendo, quia illud quod diversimode recipitur in rebus exemplatis, non proprie dicitur veritas sicut proprie dicitur veritas in exemplari.

7. Ad septimum dicendum quod, quamvis ea quae sunt diversa specie, ex parte ipsarum rerum una adaequatione non adaequentur divino intellectui, intellectus tamen divinus, cui omnia adaequantur, est unus, et ex parte eius est una adaequatio ad res omnes, quamvis non omnia sibi eodem modo adaequentur; et ideo modo praedicto omnium rerum veritas una est.

8. Ad octavum dicendum quod Augustinus loquitur de veritate quae est exemplata ab ipsa mente divina in mente nostra sicut similitudo faciei resultat in speculo; et huiusmodi veritates resultantes in animabus nostris a prima veritate sunt multae, ut dictum est. — Vel dicendum quod veritas prima quodam modo est de genere animae, large accipiendo genus secundum quod omnia intelligibilia vel incorporalia unius generis esse dicuntur per modum quo dicitur Act. XVII [28] « Ipsius enim Dei et nos genus sumus ».

Articulus quintus

Quinto quaeritur utrum aliqua alia veritas praeter primam veritatem sit aeterna. Et videtur quod sic: Anselmus enim in Monologion de veritate enuntiabilium loquens dicit « Sive intelligatur veritas habere sive dicatur veritas non habere principium vel finem, nullo claudi potest veritas principio vel fine »; sed omnis veritas intelligitur habere principium vel finem vel non habere principium vel finem; ergo nulla veritas clauditur principio et fine; sed omne quod est huiusmodi est aeternum; ergo omnis veritas est aeterna.

250 dicimur] dicuntur T E nos *add.* γ 254 ipsa etiam] *inv.* P T E Φ (-γ) vel ipsa γ 259 non] eam T rem] non T *om.* E eam Σ 259 creatam] creaturam T E Φ 263 est *om.* P T 269 sunt et *om.* T E Σ 271 similibus (*cf. supra lin.* 264)] similitudinibus B 271 sint] plures *add.* Φ 274 dicitur] etiam *add.* E Φ 284 quamvis] res *add.* T E Φ 293 adaequentur] –quantur pB P T γ δ^2 equantur β 297 adaequentur] –quantur pB β γ 305 veritas prima] etiam *praem.* E etiam *add.* T 305 est *ante* quodam P E Φ (-δ) 306 large] largo modo T E Φ (-γ) 307 incorporalia] corporalia B P β 309 XVII *scrips.*] XXVI B P T E XXXVI (*seu* 36) Φ

3 enim] dicit *add.* pB P T E Φ 5 dicit *om.* T E Φ (-γ) intelligatur] dicatur T E α δ dicatur veritas] intelligatur T E α δ 10 et] vel pB E Φ

1 Parall.: *I Pars* q. 16 a. 7; *Super Sent. I* d. 19 q. 5 a. 3. Quinto...sit aeterna: cf. articulus septimus Parisiis reprobatus anno 1241 (Chart. Univ. Paris. I, p. 171). 4 Cap. 18 (PL 158, 168 B); enuntiabilium: cf. *I Pars* q. 16 a. 7. 11 omne...est aeternum: cf. Richardus a S. Victore *De Trin.* II c. 4 (PL 196, 903).

2. Praeterea, omne illud cuius esse sequitur ad destructionem sui esse est aeternum, quia sive ponatur esse sive non esse sequitur quod est, et oportet secundum quodcumque tempus ponere de unoquoque quod sit vel non sit; sed ad destructionem veritatis sequitur veritatem esse, quia si veritas non est veritatem non esse est verum, et nihil potest esse verum nisi veritate; ergo veritas est aeterna.

3. Praeterea, si veritas enuntiabilium non est aeterna, ergo erat assignare quando non erat enuntiabilium veritas; sed tunc hoc enuntiabile erat verum ' nullam veritatem enuntiabilium esse '; ergo veritas enuntiabilium erat, quod est contrarium ei quod fuit datum; ergo non potest dici veritatem enuntiabilium non esse aeternam.

4. Praeterea, Philosophus probat materiam esse aeternam in I Physicorum, – quamvis hoc falsum sit –, per hoc quod remanet post sui corruptionem et est ante suam generationem, eo quod si corrumpitur in aliquid corrumpitur et si generatur ex aliquo generatur: illud autem ex quo aliquid generatur et illud in quod aliquid corrumpitur est materia; sed similiter veritas si ponatur corrumpi vel generari sequitur quod sit ante suam generationem et post suam corruptionem, quia si generatur mutata est de non esse in esse et si corrumpitur mutata est de esse in non esse, quando autem non est veritas verum est veritatem non esse, quod utique non potest esse nisi veritas sit; ergo veritas est aeterna.

5. Praeterea, omne quod non potest intelligi non esse est aeternum, quia quicquid potest non esse potest intelligi non esse; sed veritas etiam enuntiabilium non potest intelligi non esse, quia intellectus non potest intelligere aliquid nisi intelligat hoc esse verum; ergo veritas etiam enuntiabilium est aeterna.

6. Praeterea, illud quod est futurum semper fuit futurum et quod est praeteritum semper erit praeteritum; sed ex hoc propositio de futuro est vera quia aliquid est futurum, et ex hoc propositio de praeterito est vera quia aliquid est praeteritum; ergo veritas propositionis de futuro semper fuit et veritas propositionis de praeterito semper erit, et ita non solum veritas prima est aeterna sed etiam multae aliae.

7. Praeterea, Augustinus dicit in libro De libero arbitrio quod « nihil magis est aeternum quam ratio circuli et duo et tria esse quinque »; sed horum veritas est veritas creata; ergo aliqua veritas praeter primam veritatem est aeterna.

8. Praeterea, ad veritatem enuntiationis non requiritur quod actu enuntietur aliquid, sed sufficit quod sit illud | de quo potest enuntiatio formari; sed antequam mundus esset fuit aliquid de quo potuit enuntiari, etiam praeter Deum; ergo antequam mundus fieret fuit enuntiabilium veritas; quod autem fuit ante mundum est aeternum; ergo enuntiabilium veritas est aeterna. Probatio mediae: mundus factus est ex nihilo, id est post nihil; ergo antequam mundus esset erat eius non esse; sed enuntiatio vera non solum formatur de eo quod est sed etiam de eo quod non est: sicut enim contingit vere enuntiari quod est esse, ita contingit vere enuntiari quod non est non esse, ut patet in I Perihermeneias; ergo antequam mundus esset fuit unde vera enuntiatio formari potuit. 44ra

9. Praeterea, omne quod scitur est verum

15 sive²] ponatur (*post* esse² δ²) *add.* T E Φ 16 est] erit T E Σ 17 non] quod *praem.* P Σ 23 erat¹] erit T E Φ 23 erat²] fuit vel quando non erit T erit E Φ (-δ) vel non erit *add.* δ 25 erat] fuit vel erit T erit E γ est Φ (-γ) 26 erat] erit T pE esse sE est Σ 27 ergo non *inv.* P T E Φ 34 eo quod] quod pB quia P T E Φ 36 illud *om.* P T E α δ 36 aliquid² *om.* T E Σ 41-42 et si...non esse *om.* pB 41 corrumpitur...est] mutatur T 42 esse²] si corrumpitur *add.* T 43 est] dicere *add.* T E Φ 51 hoc] illud T Φ 52 aeterna]. § Preterea anselmus sic argumentatur in monologion cogitet qui potest quando incepit aut quando non fuit hoc verum *add. omnes codd., quod conicimus initium cuiusdam novi sed imperfecti argumenti casu non deleti: deest omnino responsio, et delevimus. Littera Anselmi est ex opere laud. cap.* 18, *ed. Schmidt p.* 33 *lin.* 11 57 aliquid] aliquod B P 61 etiam] et P *om.* T E Φ 75 aeterna] et sic idem quod prius *add.* E Φ 77 eius] *om.* pB P β ei γ et α δ 79 sicut enim] quia sicut T E Φ contingit] convenit P E 80 contingit] convenit P 82 I] principio P β

19 si veritas...nisi veritate: cf. August. *Solil.* II c. 2 et 15 (PL 32, 886 et 898). 22 Praeterea...: idem fere argumentum profert Ans. *Monol.* cap. 18 (PL 158, 168 A). 31 *Phys.* I 15 (192 a 25); quamvis hoc falsum sit: cf. infra q. 2 a. 14 12. 40 si generatur...in non esse: cf. Arist. *Phys.* V 2 (225 a 12 et 17). 53 Praeterea...: idem fere argumentum habet *Summa fr. Alexandri* I pars n. 94 (p. 151). 63 II c. 8 (PL 32, 1252) ubi tamen legitur ' septem autem et tria decem sunt '; prima pars sententiae « nihil magis est aeternum quam ratio circuli » manat ex *De immortal. anim.* cap. 4 (PL 32, 1024); sententiam ad verbum et per modum unius habent *I Pars* q. 16 a. 7 arg. 1 et *Summa fr. Alexandri* I pars n. 93 (p. 149). 72 antequam...veritas: August. *Solil.* II c. 2 (PL 32, 886) ut referunt Philippus Cancellarius *Summa de bono* (ms. Vat. lat. 7669, f. 2va), Guill. Altiss. *Summa aurea* I c. 13 q. 3 (f. 27^{rb}) et *Summa fr. Alexandri* I pars n. 93 (p. 149). 82 *Periherm.* I 9 (17 a 26).

dum scitur; sed Deus ab aeterno scivit omnia enuntiabilia; ergo omnium enuntiabilium veritas est ab aeterno, et ita plures veritates sunt aeternae.

10. Sed dicebat quod ex hoc non sequitur quod illa sint vera in se ipsis sed in intellectu divino. — Sed contra, secundum hoc oportet aliqua esse vera secundum hoc quod sunt scita; sed ab aeterno omnia sunt scita a Deo non solum secundum quod sunt in mente eius sed etiam in propria natura existentia: Eccli. XXIII [29] « Domino Deo nostro antequam crearentur nota sunt omnia, sic et post perfectum cognoscit omnia », et ita non aliter cognoscit res postquam perfectae sunt quam ab aeterno cognovit; ergo ab aeterno fuerunt plures veritates non solum in intellectu divino sed secundum se.

11. Praeterea, secundum hoc dicitur esse aliquid simpliciter secundum quod est in sui complemento; sed ratio veritatis completur in intellectu; si ergo in intellectu divino fuerunt ab aeterno plura vera, simpliciter concedendum est plures veritates esse aeternas.

12. Praeterea, Sap. I[15] « Iustitia perpetua est et immortalis »; sed veritas est pars iustitiae ut dicit Tullius in Rhetorica; ergo est perpetua et immortalis.

13. Praeterea, universalia sunt perpetua et incorruptibilia; sed verum est maxime universale quia convertitur cum ente; ergo veritas est perpetua et incorruptibilis.

14. Sed dicebat quod universale non corrumpitur per se sed per accidens. — Sed contra, magis debet denominari aliquid per id quod convenit ei per se quam per id quod convenit ei per accidens; si ergo veritas per se loquendo est perpetua et incorruptibilis non autem corrumpitur vel generatur nisi per accidens, concedendum est quod veritas universaliter dicta sit aeterna.

15. Praeterea, ab aeterno Deus fuit prior mundo; ergo relatio prioritatis in Deo fuit ab aeterno; sed posito uno relativorum necesse est poni et reliquum; ergo ab aeterno fuit posterioritas mundi ad Deum; ergo ab aeterno fuit aliquid aliud extra Deum cui aliquo modo competit veritas, et sic idem quod prius.

16. Sed dicebat quod illa relatio prioritatis et posterioritatis non est aliquid in rerum natura sed in ratione tantum. — Contra, sicut dicit Boetius in fine De consolatione, Deus est prior mundo natura, etsi mundus semper fuisset; ergo illa relatio prioritatis est relatio naturae et non rationis tantum.

17. Praeterea, veritas significationis est rectitudo significationis; sed ab aeterno fuit rectum aliquid significari; ergo veritas significationis fuit ab aeterno.

18. Praeterea, ab aeterno fuit verum Patrem genuisse Filium et Spiritum Sanctum processisse ab utroque; sed ista sunt plura vera; ergo plura vera sunt ab aeterno.

19. Sed dicebat quod ista sunt vera una veritate; unde non sequitur plures veritates esse ab aeterno. — Sed contra, alio Pater est Pater et generat Filium, alio Filius est Filius et spirat Spiritum Sanctum; sed eo quo Pater est Pater haec est vera ' Pater generat Filium ' vel ' Pater est Pater ', eo autem quo Filius est Filius haec est vera ' Filius est generatus a Patre '; ergo huiusmodi propositiones non sunt una veritate verae.

20. Praeterea, quamvis homo et risibile convertantur, non tamen est eadem veritas utriusque semper istarum propositionum ' homo est homo ' et ' homo est risibile ' propter hoc quod non est eadem proprietas quam praedicat

92 hoc *om.* T E Φ sunt] sint B 95 natura] non pB P 97 sic *scrips. cum ipso Thoma Cont. Gent.* I 66 *litt. autographae* (t. XIII 185 b 39) *et infra* q. 3 a. 3 *lin.* 259)] sicut B P T δ^1 99 perfectae (*cf. lin.* 97)] facte P T E Σ aliter facte β 100 ab *repet.* B 104 aliquid] *ante* esse P Φ *ante* dicitur T E 112 et] immortalis. § Preterea universalia sunt perpetua et *add.* B 123 accidens] simpliciter *add.* E Φ 129 poni] ponit T ponere Φ posterioritas] prioritas pB P T 137 etsi] etiam si E Φ 142 aliquid *om.* pB P T 149 veritates *om.* B 155 generatus (*cf.* generat *lin.* 153)] genitus T E Φ 157 verae (*cum signo novae paragraphi supra ras.* A] *non liquet* pB *ante* una T

95 Eccli. XXIII[29]: ' Domino enim Deo antequam crearentur omnia sunt agnita sic et post perfectum respicit omnia ' sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467) quae et recensio Veteris Latinae. 111 *De inventione* II c. 53 n. 162. 128 posito...et reliquum: cf. Petrus Hispan. *Summulae logicales* tr. 5 n. 33. Haec sententia colligitur ex Arist. *Praedic.* cap. 7 (7 b 15) ut refert Thomas *Super Sent. I* d. 9 q. 2 a. 1. 136 V pr. 6 (PL 63, 859 B). 140 rectitudo significationis: cf. Ans. *De verit.* cap. 2 (PL 158, 470 A), ibid. cap. 13 (PL 158, 485 A). 144 Praeterea...: idem fere argumentum habet *Summa fr. Alexandri* I pars n. 92 (p. 148), cf. *Summa Alberti* I tr. 6 q. 25 m. 3 ' Sunt autem qui adhuc fortius objiciunt dicentes...'. 158 homo...convertantur: cf. Porphyrius *Isagoge* De proprio sec. transl. Boetii (ed. Minio-Paluello, p. 20).

hoc nomen homo et quam praedicat hoc nomen risibile; sed similiter non est eadem proprietas quam importat hoc nomen Pater et hoc nomen Filius; ergo non est eadem veritas dictarum propositionum.

21. Sed dicebat quod istae propositiones non fuerunt ab aeterno. — Sed contra, quandocumque est intellectus qui potest enuntiare potest esse enuntiatio; sed ab aeterno fuit intellectus divinus intelligens Patrem esse Patrem et Filium esse Filium et ita enuntians sive dicens cum secundum Anselmum summo spiritui idem sit dicere quod intelligere; ergo enuntiationes praedictae fuerunt ab aeterno.

SED CONTRA, nullum creatum est aeternum; veritas omnis praeter primam est creata; ergo sola prima veritas est aeterna.

2. Praeterea, ens et verum convertuntur; sed solum unum ens est aeternum; ergo sola una veritas est aeterna.

RESPONSIO. Dicendum quod, sicut prius dictum est, veritas adaequationem quandam et commensurationem importat, unde secundum hoc denominatur aliquid verum sicut et denominatur aliquid commensuratum; mensuratur autem corpus et mensura intrinseca ut linea vel superficie vel profunditate, et mensura extrinseca sicut locatum loco et motus tempore et pannus ulna; unde et aliquid potest denominari verum dupliciter: uno modo a
44rb veritate inhaerente, alio modo ab extrinseca veritate, et sic denominantur omnes res verae a prima veritate; et, quia veritas quae est in intellectu mensuratur a rebus ipsis, sequitur quod non solum veritas rei sed etiam veritas intellectus vel enuntiationis, quae intellectum significat, a veritate prima denominetur. In hac autem adaequatione vel commensuratione intellectus ac rei non requiritur quod utrumque extremorum sit in actu: intellectus enim noster potest nunc adaequari his quae in futurum erunt nunc autem non sunt, aliter non esset haec vera ' antichristus nascetur '; unde hoc denominatur verum a veritate quae est in intellectu tantum, etiam quando non est res ipsa; similiter etiam intellectus divinus adaequari potuit ab aeterno his quae ab aeterno non fuerunt sed in tempore sunt facta, et sic ea quae sunt in tempore denominari possunt vera ab aeterno a veritate aeterna. Si ergo accipimus veritatem creatorum verorum eis inhaerentem quam invenimus in rebus et intellectu creato, sic veritas non est aeterna, nec rerum nec enuntiabilium, cum ipsae res vel intellectus quibus ipsae veritates inhaerent non sint ab aeterno; si autem accipiatur veritas verorum creatorum qua denominantur omnia vera sicut extrinseca mensura quae est veritas prima, sic omnium, et rerum et enuntiabilium et intellectuum, veritas est aeterna. Et huiusmodi veritatis aeternitatem venatur Augustinus in libro Soliloquiorum et Anselmus in Monologion; unde Anselmus in libro De veritate « Intelligere potes quomodo summam veritatem in meo Monologion probavi non habere principium vel finem per veritatem orationis ».

Haec autem veritas prima non potest esse de omnibus nisi una. In intellectu enim nostro non diversificatur veritas nisi dupliciter: uno modo propter diversitatem cognitorum de quibus diversas cognitiones habet quas diversae veritates in anima consequuntur; alio modo ex diverso modo intelligendi: cursus enim Socratis est res una, sed anima, quae componendo et dividendo cointelligit tempus ut dicitur in III De anima, diversimode intelligit cursus Socratis ut praesentem, praeteritum et futurum, et secundum hoc diversas conceptiones format

179 creata] eterna T creatura E 187 aliquid] aliquod pB P sicut] *om.* pB P β quod T 188 aliquid] aliquod B P 188 mensuratur] commensuratur T commensurantur P 196 prima veritate *inv.* P E 205 aliter] alias E Φ 213 accipimus] –piamus E Φ 222 rerum et enuntiabilium *inv.* B 235 cognitiones (*cf. lin.* 246)] conceptiones (*post* habet Φ) B E Φ 239 cointelligit] quo intelligit T β

174 Cf. *Monol.* cap. 32 et 63 (PL 158, 186 B et 209 A). 181 ens...convertuntur: eandem propositionem laudat Bonaventura *Super Sent. II* d. 37 a. 2 q. 3 sed c. 3, cf. *Summa Alberti* I tr. 6 q. 25 m. 3 a. 3 part. 2: ista propositio innititur verbis Arist. *Metaph.* II 2 (993 b 30) ut patet supra a. 1 40. 184 prius: a. 1. 192 pannus ulna: exempla Alberti *Phys.* IV tr. 3 c. 17. 196 veritas...ipsis: Arist. *Metaph.* X 2 (1053 a 31) ut refert Thomas supra a. 2 90. 206 ' antichristus nascetur ': exemplum Guill. Altiss. *Summa aurea* I c. 10 (f. 23v) et *Summae fr. Alexandri* I pars n. 93 (p. 150). 225 II c. 2 et 15 (PL 32, 886 et 898). 226 Cap. 18 (PL 158, 168 B). 227 Cap. 10 (PL 158, 479 A). 240 *De anima* III 11 (430 a 31).

in quibus diversae veritates inveniuntur. Uterque autem dictorum modorum diversitatis inveniri non potest in divina cognitione: non enim de diversis rebus diversas cognitiones habet sed una cognitione cognoscit omnia, quia per unum, scilicet per essentiam suam, omnia cognoscit, ' non singulis suam cognitionem immittens ' ut dicit Dionysius in libro De divinis nominibus; similiter etiam sua cognitio non concernit aliquod tempus, cum aeternitate mensuretur quae abstrahit ab omni tempore omne tempus continens. Unde relinquitur quod non sunt plures veritates ab aeterno.

1. Ad primum ergo dicendum quod, sicut Anselmus se ipsum exponit in libro De veritate, ideo dixit quod veritas enuntiationum non clauditur principio et fine « non quia absque principio oratio fuerit, sed quia non potest intelligi quando oratio esset et veritas illi deesset », illa scilicet oratio de qua agebat qua significatur vere aliquid esse futurum; unde per hoc apparet quod noluit astruere veritatem rei creatae inhaerentem vel orationem esse sine principio et fine, sed veritatem primam a qua sicut a mensura extrinseca enuntiatio vera dicitur.

2. Ad secundum dicendum quod extra animam duo invenimus, scilicet rem ipsam et negationes et privationes rei, quae quidem duo non eodem modo se habent ad intellectum: res enim ipsa ex specie quam habet divino intellectui adaequatur sicut artificiatum arti, et ex virtute eiusdem speciei nata est sibi intellectum nostrum adaequare in quantum per similitudinem sui receptam in anima cognitionem de se facit; sed non ens extra animam consideratum neque habet aliquid unde intellectui divino coaequetur, neque unde cognitionem sui faciat in intellectu nostro, unde quod intellectui cuicumque aequetur non est ex ipso non ente sed ex ipso intellectu qui rationem non entis accipit in se ipso. Res ergo, quae est aliquid positive extra animam, habet aliquid in se unde vera dici possit, non autem non esse rei sed quicquid veritatis ei attribuitur est ex parte intellectus. Cum dicitur ergo ' veritatem non esse est verum ', cum veritas quae hic significatur sit de non ente, nihil habet nisi in intellectu: unde ad destructionem veritatis quae est in re non sequitur nisi esse veritatem quae est in intellectu, et ita patet quod ex hoc non potest concludi nisi quod veritas quae est in intellectu est aeterna; et oportet utique quod sit in intellectu aeterno, et haec est veritas prima; unde ex praedicta ratione ostenditur sola veritas prima esse aeterna.

3-4. Et per hoc patet solutio ad tertium et quartum.

5. Ad quintum dicendum quod non potest intelligi simpliciter veritatem non esse. Potest tamen intelligi nullam veritatem creatam esse, sicut et potest intelligi nullam creaturam esse: intellectus enim potest intelligere se non esse et se non intelligere, quamvis numquam intelligat sine hoc quod sit vel intelligat; non enim oportet quod quicquid intellectus | intelligendo habet intelligendo intelligat, quia non semper reflectitur super se ipsum; et ideo non est inconveniens si veritatem creatam sine qua non potest intelligere intelligat non esse. *44va*

6. Ad sextum dicendum quod illud quod est futurum in quantum est futurum non est, et similiter quod est praeteritum in quantum huiusmodi: unde eadem ratio est de veritate praeteriti et futuri sicut et de veritate non entis ex qua non potest concludi aeternitas alicuius veritatis nisi primae, ut dictum est supra.

7. Ad septimum dicendum quod verbum Augustini est intelligendum quod illa sunt

248 unum] lumen pB P T 251 sua] eius P E Φ divina T 253 quae] qua B 254 non *ante* relinquitur pB 255 aeterno] sed una tantum *add.* E Φ 258 enuntiationum] –tionis E Φ 265 inhaerentem] *post* orationem T *ante* rei Φ 272 intellectum] veritatem E veritatem quia non eodem modo se habent *praem.* Φ (-δ¹) 274 arti] arei (*uniter*) pB artifici P 280 coaequetur] adequetur P sE equetur pE Φ sui] *ante et post* cognitionem pB *ante* cognitionem P T 281 in intellectu] intellectui P sE intellectu pE 282 aequetur] adequetur P coequetur T 286 autem] ergo *praem.* T est *praem.* Φ (-δ) ita *add.* δ 288 dicitur] dicit E Φ est *om.* pB T 292 veritatem] veritatis E Φ quae est *om.* P T E 294 quod *om.* B 299 et²] ad *add.* P E Φ 306 numquam] nonquam P pE non quam T non Φ intelligat] –ligit Φ 307 intelligat] vel non intelligat *add.* pB intelligit E Φ 310 super] supra E Φ 317 non *om.* pB β 319 supra *om.* E Φ

251 Cap. 7 § 2 (PG 3, 869 B) sec. transl. Sarraceni (Dion. 398) ut refert Thomas infra q. 3 a. 1 326. 258 Cap. 10 (PL 158, 479 A).

aeterna secundum quod sunt in mente divina; vel accipit aeternum pro perpetuo.

8. Ad octavum dicendum quod, quamvis enuntiatio vera fiat de ente et de non ente, non tamen ens et non ens eodem modo se habent ad veritatem ut ex praedictis patet, ex quibus patet solutio eius quod obicitur.

9. Ad nonum dicendum quod ab aeterno scivit Deus plura enuntiabilia sed tamen illa plura scivit una cognitione: unde ab aeterno non fuit nisi una veritas per quam divina cognitio vera fuit de rebus pluribus futuris in tempore.

10. Ad decimum dicendum quod, sicut ex praedictis patet, intellectus non solum adaequatur his quae sunt in actu sed etiam his quae actu non sunt, praecipue intellectus divinus cui nihil est praeteritum et futurum: unde, quamvis res non fuerint ab aeterno in propria natura, intellectus tamen divinus fuit adaequatus rebus in propria natura futuris in tempore, et ideo veram cognitionem habuit de rebus ab aeterno etiam in propria natura, quamvis rerum veritates ab aeterno non fuerint.

11. Ad undecimum dicendum quod, quamvis ratio veritatis compleatur in intellectu, non tamen ratio rei in intellectu completur: unde, quamvis concedatur simpliciter quod veritas rerum omnium fuit ab aeterno per hoc quod fuit in intellectu divino, non tamen potest concedi simpliciter quod res verae fuerint ab aeterno propter hoc quod fuerunt in intellectu divino.

12. Ad duodecimum dicendum quod illud intelligitur de iustitia divina, vel, si intelligatur de iustitia humana, tunc dicitur esse perpetua sicut et res naturales dicuntur esse perpetuae, sicut dicimus quod ignis semper movetur sursum propter inclinationem naturae nisi impediatur: et quia virtus, ut dicit Tullius, est « habitus in modum naturae rationi consentaneus », quantum ex natura virtutis est habet indeficientem inclinationem ad actum suum quamvis aliquando impediatur; et ideo etiam in principio Digestorum dicitur quod « iustitia est constans et perpetua voluntas unicuique ius suum tribuens ». Et tamen veritas de qua nunc loquimur non est pars iustitiae, sed veritas quae est in confessionibus in iudicio faciendis.

13. Ad tertium decimum dicendum quod hoc, quod dicitur universale perpetuum esse et incorruptibile, Avicenna dupliciter exponit: uno modo ut dicatur esse perpetuum et incorruptibile ratione particularium, quae numquam inceperunt nec deficient secundum tenentes aeternitatem mundi, – generatio enim ad hoc est secundum philosophos ut salvetur perpetuum esse in specie, quod in individuo salvari non potest –; alio modo ut dicatur esse perpetuum quia non corrumpitur per se sed per accidens ad corruptionem individui.

14. Ad quartum decimum dicendum quod aliquid attribuitur alicui per se dupliciter: uno modo positive, sicut igni attribuitur ferri sursum, et a tali per se magis denominatur aliquid quam ab illo quod est per accidens; magis enim dicimus ignem sursum ferri et esse eorum quae sursum feruntur quam eorum quae deorsum, quamvis ignis per accidens aliquando deorsum feratur ut patet in ferro ignito. Quandoque vero attribuitur aliquid per se alicui per modum remotionis, per hoc scilicet quod removentur ab eo illa quae nata sunt contrariam dispositionem inducere: unde, si per accidens aliquid eorum adveniat, illa dispositio contraria simpliciter enuntiabitur; sicut unitas per se attribuitur materiae primae non per positionem alicuius formae unientis sed per remotionem formarum diversificantium, unde,

322 aeterna *om.* P 323 accipit] accipitur Φ 327 praedictis] dictis E Φ 343 de rebus] *om.* pB *post* aeterno P T E Φ 352 verae *om.* P E 359 semper] *ante et post* movetur B *post* movetur T 368 tribuens] retribuens P T 369 loquimur] *postea brev. ras.* B 376 particularium] singulare T 389 sursum ferri] *om.* T *inv.* E et *om.* pB P T Φ (-δ) 392 deorsum] seorsum Φ (-δ) 393 vero] non T *om.* Φ 394 per modum] ratione Φ 397 eorum] illorum T istorum E 400 unientis] unitatis Φ

323 accipit...perpetuo: cf. *Summa fr. Alexandri* I pars n. 93 (p. 150); de distinctione inter aeternum et perpetuum cf. Boetius *De consol.* V pr. 6 (PL 63, 860). 359 ignis...sursum: exemplum Arist. *Topic.* I c. 7 (103 a 29), *Phys.* II 1 (192 b 36) et passim. 361 *De inventione* II c. 53 n. 159, ad verbum habetur in *Moralium dogma philos.* q. 1 n. 4 (PL 171, 1009 C; Holmberg, p. 7). 366 *Digesta* I tit. 1 lege 10 (ed. Mommsen, p. 1). 374 *Suffic.* I c. 3 (f. 15^{v}). 377 tenentes...mundi: Arist., Averroes et Avicenna ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 1 q. 1 a. 5. 379 philosophos: Arist. *De anima* II 7 (415 b 2) ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 20 q. 1 a. 1 arg. 3, cf. etiam Arist. *De gen. animal.* II c. 1 (731 b 18 sqq.), Avicenna *Metaph.* VI c. 5 (f. 94^{rb} D), Averroes *De anima* II comm. 34 (VI^{1}, 67 E).

quando adveniunt formae distinguentes materiam, magis simpliciter dicitur esse plures materias quam unam. Et sic est in proposito: non enim dicitur universale incorruptibile quasi habeat aliquam formam incorruptionis sed quia non conveniunt ei secundum se dispositiones materiales quae sunt causa corruptionis in individuis; unde universale in rebus particularibus existens simpliciter dicitur corrumpi in hoc vel in illo.

15. Ad quintum decimum dicendum quod, cum alia genera in quantum huiusmodi aliquid ponant in rerum natura, – quantitas enim ex hoc ipso quod quantitas est aliquid dicit –, sola relatio non habet ex hoc quod est huiusmodi quod aliquid ponat in rerum natura, quia non praedicat aliquid sed ad aliquid: unde inveniuntur quaedam relationes quae nihil in rerum natura | ponunt sed in ratione tantum; *44vb* quod quidem quadrupliciter contingit ut ex dictis Philosophi et Avicennae sumi potest. Uno modo ut quando aliquid ad se ipsum refertur, ut cum dicitur ' idem eidem idem ': si enim haec relatio aliquid in rerum natura poneret additum ei quod dicitur idem, esset in infinitum procedere in relationibus, quia ipsa relatio per quam aliqua res diceretur eadem esset eadem sibi per aliquam relationem et sic in infinitum. Secundo quando ipsa relatio ad aliquid refertur: non enim potest dici quod paternitas referatur ad subiectum suum per aliquam relationem mediam, quia illa etiam relatio media indigeret alia media relatione et sic in infinitum, unde illa relatio quae significatur in comparatione paternitatis ad subiectum non est in rerum natura sed in ratione tantum. Tertio quando unum relativorum dependet ab altero et non e converso, sicut scientia dependet a scibili et non e converso: unde relatio scientiae ad scibile est aliquid in rerum natura, non autem relatio scibilis ad scientiam sed in ratione tantum. Quarto quando ens comparatur ad non ens, ut cum dicimus quod nos sumus priores his qui sunt futuri post nos: alias sequeretur quod possent esse infinitae relationes in eodem si generatio in infinitum protenderetur in futurum. Ex duobus igitur ultimis apparet quod relatio illa prioritatis nihil ponit in rerum natura sed in intellectu tantum, tum quia Deus non dependet a creaturis, tum quia talis prioritas dicit comparationem entis ad non ens: unde ex hoc non sequitur quod sit aliqua veritas aeterna nisi in intellectu divino qui solus est aeternus; et haec est veritas prima.

16. Ad sextum decimum dicendum quod, quamvis Deus natura prior sit rebus creatis, non tamen sequitur quod illa relatio sit relatio naturae, sed quia intelligitur ex consideratione naturae eius quod prius dicitur et eius quod posterius dicitur, sicut et scibile dicitur prius natura quam scientia quamvis relatio scibilis ad scientiam non sit aliquid in rerum natura.

17. Ad septimum decimum dicendum quod, cum dicitur significatione non existente rectum est aliquid significari, intelligitur secundum ordinationem rerum in intellectu divino existentem, sicut arca non existente rectum est arcam cooperculum habere secundum dispositionem artis in artifice: unde nec ex hoc haberi potest quod alia veritas sit aeterna quam prima.

18. Ad duodevicesimum dicendum quod ratio veri fundatur supra ens; quamvis autem in divinis ponantur plures personae et proprietates, non tamen ponitur ibi nisi unum esse quia esse in divinis nonnisi essentialiter dicitur; et ideo omnium istorum enuntiabilium Patrem esse vel generare, et Filium esse vel genitum esse et similium, secundum quod ad rem referuntur, est veritas una, quae est prima et aeterna veritas.

403 materias] materie T E 404 unam] una T E 407 dispositiones] conditiones T 408 causa] cause (*post* corruptionis T) T Φ 408 in] *om.* pB T et δ 411 vel] et Φ 413 alia] omnia *praem.* E Φ 415 est *om.* B 422 sumi (*in ras.*) A] *non liquet* pB perpendi T haberi P E Φ 423 ut *om.* E Σ 424 dicitur] dicimus E Σ 425 natura] naturam B 426 ei *scrips. cum* Φ (*non liquet* γ)] eis *cet.* 434 relatio media] *inv.* E Φ *ante* etiam T 437 est] dicitur Φ 438 dependet] pendet Φ 438 ab] ex T E Σ 447 protenderetur] procederetur pB P procederet T 451 a creaturis] ad creaturas E Φ (-γ) ad creaturas *praem.* γ 453 sequitur] sequeretur Φ 457 rebus] omnibus Φ 466 intelligitur *solus* A] *om.* pB P E Φ (-δ) hoc est T verum est δ 468 existentem *solus* B] *om.* P existente T E Φ 469 dispositionem] ordinationem Φ 479 et[1]] vel *praem.* pP *om.* T Φ

422 Philosophi: cf. Arist. *Metaph.* V 11 et 17 (1018 a 7 sqq. et 1021 a 26) et *Metaph.* X 8 (1056 b 32); Avicennae: cf. *Metaph.* III c. 10 (f. 83^{v} E-G). 424 ' idem eidem idem ': exemplum Arist. *Metaph.* V c. 9 (1018 a 9) sec. transl. mediam (ed. Geyer, p. 243,90).

19. Ad undevicesimum dicendum quod, quamvis alio Pater sit Pater et Filius sit Filius quia hoc est paternitate illud filiatione, tamen idem est quo Pater est et quo Filius est quia utrumque est per essentiam divinam quae est una. Ratio autem veritatis non fundatur super rationem paternitatis et filiationis in quantum huiusmodi sed super rationem entitatis; paternitas autem et filiatio sunt una essentia et ideo una est veritas utriusque.

20. Ad vicesimum dicendum quod proprietas quam praedicat hoc nomen homo et hoc nomen risibile non sunt idem per essentiam nec habent unum esse sicut est de paternitate et filiatione, et ideo non est simile.

21. Ad vicesimum primum dicendum quod intellectus divinus quantumcumque diversa non cognoscit nisi unica cognitione et quae in se ipsis habent diversas veritates; unde multo amplius non cognoscit nisi una cognitione omnia huiusmodi quae de personis intelliguntur; unde etiam omnium eorum non est nisi una veritas.

Articulus sextus

Sexto quaeritur an veritas creata sit immutabilis. Et videtur quod sic: Anselmus in libro De veritate dicit « Video hac ratione probari veritatem immobilem permanere »; praemissa autem ratio fuit de veritate significationis ut ex praemissis apparet; ergo veritas enuntiabilium est immutabilis, et eadem ratione veritas rei quam significat.

2. Praeterea, si veritas enuntiationis mutatur, maxime mutatur ad mutationem rei; sed re mutata veritas propositionis manet, ergo veritas enuntiationis est immutabilis. Probatio mediae: veritas secundum Anselmum est rectitudo quaedam in quantum aliquid implet hoc quod accepit in mente divina; sed haec propositio ' Socrates sedet ' accepit in mente divina ut significaret sessionem Socratis, quam significat etiam Socrate non sedente; ergo etiam Socrate non sedente manet in ea veritas, et ita veritas praedictae propositionis non mutatur etiam si res mutetur.

3. Praeterea, si veritas mutatur, hoc non potest esse nisi mutatis his quibus veritas inest, sicut nec aliquae formae mutari dicuntur nisi suis subiectis mutatis; sed veritas non mutatur ad mutationem verorum, quia destructis | veris *45ra* adhuc remanet veritas ut Augustinus et Anselmus probant; ergo veritas est omnino immutabilis.

4. Praeterea, veritas rei causa est veritatis propositionis: « ex eo enim quod res est vel non est dicitur oratio vera vel falsa »; sed veritas rei est immutabilis; ergo veritas propositionis. Probatio mediae: Anselmus in libro De veritate probat veritatem enuntiationis immobilem permanere secundum quam implet illud quod accepit in mente divina; sed similiter quaelibet res implet illud quod accepit in mente divina ut haberet; ergo cuiuslibet rei veritas est immutabilis.

5. Praeterea, illud quod semper manet omni mutatione perfecta numquam mutatur; in alteratione enim colorum non dicimus superficiem mutari, quia manet qualibet mutatione colorum facta; sed veritas manet in re qualibet rei mutatione facta, quia ens et verum convertuntur; ergo veritas est immutabilis.

6. Praeterea, ubi est eadem causa et idem effectus; sed eadem res est causa veritatis harum

483 Pater[1]] *om.* P *post* sit E 485 est[2] *om.* P E δ[1] 486 est[2]] *om.* pB *post* una P T E Φ 491 est *om.* P T 494 sunt idem] sunt unum idem T est eadem Φ 499 et *solus* B] etiam *cet.*

1 an] utrum P sit] in (*seu* im) *in fine lin. add.* B 2 sic] sit immutabilis Φ Anselmus *post* De veritate B 7 enuntiabilium] enuntiationum P 7 immutabilis] mutabilis (*et sic saepius*) T 8 quam significat *om.* P pE δ 15 accepit] accipit P E β 17 significaret] –care P –catur et T –cet E Φ 18 significat] –cabat P 32 dicitur] *om.* P est E falsa] est *add.* P dicitur *add.* E 33 ergo] et *add.* E Φ 36 quam] quod sE Φ 37-38 sed...divina] *hom. om.* P sE (sed...immutabilis[39] *om.* pE) 44 colorum] *ante* mutatione P E *om.* δ 45 rei] *om.* T *post* mutatione E Φ 49 causa (*trans. ad lin.* B) *om.* B P

1 Parall.: *I Pars* q. 16 a. 8 Sexto quaeritur...: idem fere argumentum habet *Summa fr. Alexandri* I pars n. 94 (p. 151). 3 Cap. 13 (PL 158, 485 C). 13 *De verit.* cap. 7 (PL 158, 475 B-C). 16 ' Socrates sedet ': exemplum Arist. e. g. *Topic.* VIII c. 10 (160 b 27), *Metaph.* IV 4 (1004 b 2), cf. etiam Boetius *In librum Arist. De interpr. ed. sec.* III (PL 64, 514 B-C). 27 *Solil.* I c. 15 (PL 32, 884). 28 *De verit.* cap. 13 (PL 158, 485 B). 31 eo...falsa: Arist. *Praed.* cap. 5 (4 b 8) sec. transl. Boetii (ed. Minio-Paluello, p. 13) ut dicitur *De pot.* q. 3 a. 17 arg. 29. 34 Cap. 13 (PL 158, 485). 46 ens...convertuntur: cf. supra a. 5 181 in nota. 49 eadem res...sedit: sententia Antiquorum Nominalium ut refert Thomas *I Pars* q. 14 a. 5 ad 3; cf. M.-D. Chenu, *Grammaire et Théologie aux XII^e et XIII^e siècles*, in AHDLM X-XI (1935-1936) pp. 5-28.

trium propositionum Socrates sedet, sedebit et sedit, scilicet Socratis sessio; ergo eadem est earum veritas. Sed, si unum trium praedictorum est verum, oportet similiter alterum duorum semper esse verum: si enim aliquando est verum Socrates sedet, semper fuit et erit verum Socrates sedit vel Socrates sedebit; ergo una veritas trium propositionum semper uno modo se habet, et ita est immutabilis; ergo eadem ratione quaelibet alia veritas.

SED CONTRA, mutatis causis mutantur effectus; sed res quae sunt causa veritatis propositionis mutantur; ergo et propositionum veritas mutatur.

RESPONSIO. Dicendum est quod aliquid dicitur mutari dupliciter: uno modo quia est subiectum mutationis, sicut dicimus corpus esse mutabile, et sic nulla forma est mutabilis, et sic dicitur quod « forma est invariabili essentia consistens »; unde, cum veritas significetur per modum formae, praesens quaestio non est an veritas sit mutabilis hoc modo; alio modo dicitur aliquid mutari quia secundum ipsum fit mutatio, sicut dicimus albedinem mutari quia secundum ipsam corpus alteratur: et sic quaeritur de veritate an sit mutabilis.

Ad cuius evidentiam sciendum est quod illud secundum quod est mutatio quandoque quidem mutari dicitur quandoque autem non: quando enim est inhaerens ei quod movetur secundum ipsum, tunc et ipsum mutari dicitur, sicut albedo vel quantitas mutari dicuntur quando aliquid secundum ipsa mutatur, eo quod ipsamet secundum hanc mutationem succedunt sibi invicem in subiecto; quando autem illud secundum quod est mutatio est extrinsecum, tunc in illa mutatione non movetur sed immobile perseverat, sicut locus non dicitur moveri quando aliquis secundum locum movetur, – unde et III Physicorum dicitur quod « locus est immobilis terminus continentis » –, eo quod per localem motum non dicitur esse successio locorum in uno locato sed magis multorum locatorum in uno loco. Sed formarum inhaerentium quae mutari dicuntur ad mutationem subiecti, duplex est mutationis modus; aliter enim dicuntur mutari formae generales et aliter formae speciales: forma enim specialis post mutationem non remanet eadem nec secundum esse nec secundum rationem, sicut albedo facta alteratione nullo modo manet; sed forma generalis facta mutatione manet eadem secundum rationem sed non secundum esse, sicut facta mutatione de albo in nigrum manet quidem color secundum communem rationem coloris sed non eadem species coloris.

Dictum est autem superius quod aliquid denominatur verum veritate prima quasi mensura extrinseca, sed veritate inhaerente quasi mensura intrinseca: unde res creatae variantur quidem in participatione veritatis primae, ipsa tamen veritas prima secundum quam dicuntur vera nullo modo mutatur, et hoc est quod Augustinus dicit in libro De libero arbitrio « Mentes nostrae aliquando plus aliquando minus vident de ipsa veritate, sed ipsa in se manens nec proficit nec deficit »; si autem accipiamus veritatem inhaerentem rebus, sic veritas mutari dicitur secundum quod aliqua secundum veritatem mutantur.

Unde, ut prius dictum est, veritas in creaturis invenitur in duobus, in rebus ipsis et in intellectu, – veritas enim actionis sub veritate rei comprehenditur et veritas enuntiationis sub

50 sedebit] sortes *praem.* T E Φ 51 et] sortes T E Φ 52 earum] eorum E δ *om.* β 53 alterum duorum] alteram duarum pB P utramque duarum aliarum propositionum T 54 verum] veram P T 56 sedit] sedet B E 58 ergo] et E Φ 62 veritas] veritates P veritates *ante* propositionum T mutatur] mutantur P T 64 est *om.* P E Φ 67-68 et^{a}...est] sed T 68 est] *om.* pB P (*cf. nota superior*) 69 unde, cum] unde pB P *om.* T veritas] vero *add.* T significetur *scrips.*] *non liquet* (sig^{r}) B significatur P T 71 mutabilis] immutabilis Φ 76 cuius] rei *add.* T sciendum est] *inv.* B sciendum T 79 quando] quandoque T Φ (-δ^{1}) movetur] mutatur aut *praem.* T mutatur δ 83 ipsamet] *anceps* pB ipsa Φ (-δ) etiam *add.* E ipsam et (*seiunctim*) δ^{1} 85 est mutatio] mutari dicitur Σ 88 aliquis] aliquid E Φ 89 III] IV *recte* E Σ 90 immobilis] immutabilis Φ 93 multorum] successio Φ 100 alteratione] mutatione T 101-103 manet...mutatione *hom. om.* B δ^{1} 101 manet] remanet E Φ (*def.* δ^{1}) 104 quidem] *ante* mutatione T idem Φ 105 non] manet *add.* T species coloris *inv.* P T E Φ 108 veritate] rei *add.* T 111 tamen] enim Φ 119 mutantur] mutari dicuntur B

68 « forma...: *Liber sex principiorum* 1 (ed. Minio-Paluello, p. 35). 89 Rectius *Phys.* IV c. 4 (212 a 20) sec. transl. veterem (ms. Urbin. lat. 206, f. 42^{v}). 106 superius: a. 5. 113 II c. 12 (PL 32, 1259), ad verbum habet *Summa fr. Alexandri* I pars n. 94 (p. 151). 120 prius: a. 2. 122 veritas enim actionis...veritas enuntiationis: cf. Ans. *De verit.* cap. 2 et 5 (PL 158, 469 et 472).

veritate intellectus quam significat –, res autem dicitur vera et per comparationem ad intellectum divinum et humanum. Si ergo accipiatur veritas rei secundum ordinem ad intellectum divinum, tunc quidem mutatur veritas rei mutabilis non in falsitatem sed in aliam veritatem: veritas enim est forma maxime generalis cum verum et ens convertantur; unde, sicut facta qualibet mutatione res manet ens quamvis alia secundum aliam formam per quam habet esse, ita semper remanet vera sed alia veritate, quia, quamcumque formam vel privationem acquirat per mutationem, secundum eam intellectui divino conformatur qui eam ita cognoscit ut est secundum quamcumque dispositionem. Si autem consideretur veritas rei in ordine ad intellectum humanum vel e converso, tunc quandoque fit mutatio de veritate in falsitatem quandoque autem de una veritate in aliam.

Cum enim « veritas sit adaequatio rei et intellectus », ab aequalibus autem si aequalia tollantur adhuc aequalia remanent quamvis non eadem aequalitate, oportet quod, quando similiter mutatur intellectus et res, remaneat quidem veritas sed alia, sicut si Socrate sedente intelligatur Socrates sedere | et postmodum non sedente intelligatur non sedere. Sed, quia ab uno aequalium si aliquid tollatur et nihil a reliquo, vel si ab utroque inaequalia tollantur, necesse est inaequalitatem provenire, quae se habet ad falsitatem sicut aequalitas ad veritatem, inde est quod, si intellectu vero existente mutetur res non mutato intellectu vel e converso, aut utrumque mutetur sed non similiter, proveniet falsitas et sic erit mutatio de veritate in falsitatem: sicut, si Socrate existente albo intelligatur esse albus, verus est intellectus; si autem postea intelligat eum esse nigrum Socrate albo remanente, vel e converso Socrate mutato in nigredinem adhuc albus intelligatur, vel eo mutato in pallorem intelligatur esse rubeus, falsitas erit in intellectu. Et sic patet qualiter veritas mutetur et qualiter veritas non mutatur.

45rb

1. Ad primum ergo dicendum quod Anselmus ibi loquitur de veritate prima prout secundum eam omnia dicuntur vera quasi mensura extrinseca.

2. Ad secundum dicendum quod, quia intellectus reflectitur in se ipsum et intelligit se sicut et alias res ut dicitur in III De anima, ideo quae ad intellectum pertinent, secundum quod ad rationem veritatis spectat, possunt dupliciter considerari: uno modo secundum quod sunt res quaedam, et sic eodem modo dicitur de eis veritas sicut de aliis rebus, ut scilicet, sicut res dicitur vera quia implet hoc quod accepit in mente divina retinendo naturam suam, ita enuntiatio dicatur vera retinendo naturam suam quae est ei dispensata in mente divina nec potest ab ea removeri enuntiatione ipsa manente; alio modo secundum quod comparantur ad res intellectas, et sic dicitur enuntiatio vera quando adaequatur rei, et talis veritas mutatur ut dictum est.

3. Ad tertium dicendum quod veritas quae remanet destructis rebus veris est veritas prima, quae etiam rebus mutatis non mutatur.

4. Ad quartum dicendum quod manente re non potest fieri circa eam mutatio quantum ad ea quae sunt sibi essentialia, sicut enuntiationi est essentiale ut significet illud ad quod significandum est instituta: unde non sequitur quod veritas rei nullo modo sit mutabilis, sed quod sit immutabilis quantum ad essentialia rei remanente re, – in quibus tamen accidit mutatio per rei corruptionem –. Sed quantum ad accidentalia mutatio potest accidere etiam

129 sed *om.* Φ 132 qualibet] quelibet P *om.* T mutatione] quacumque *add.* T manet] remanet P T E Φ 135 vel] etiam *add.* E Φ 137 intellectui] intellectu pB in intellectu P *post* divino E Φ 140 humanum *om.* B P pE 143 aliam] veritatem *add.* T 146 tollantur] demantur T 147 aequalitate] qualitate P T Σ 150 et] eo *add.* sE Φ ideo *add.* pE 159 proveniet] tunc *praem.* T provenit Φ 161 esse] *om.* T *post* albus Φ 162 intelligat eum *sic codd.* esse *om.* Φ 167 veritas] falsitas P 167 mutetur] mutatur E Φ 168 veritas *om.* Φ mutatur] mutetur T 171 quasi] secundum *praem.* pP tamquam Φ 177 spectat] spectant Φ 183 dicatur] dicitur P *post* vera Φ 185 nec] ut P enuntiatione] enuntiatio Φ 194-204 quantum...mutatio *hom. om.* δ^2 196 illud] id T E 198 rei *om.* P 200 remanente] manente E Φ 202-203 mutatio...accidentalia *hom. om.* pB 202 potest accidere *inv.* P T E Φ (*def.* pB δ^2)

131 verum...: cf. supra a. 5 181 in nota. 144 « veritas...: vide supra a. 1 186 in nota. 145 ab aequalibus...remanent: cf. Euclides *Element.* I sec. transl. Adelardi de Bath, Versio II (ed. Venetiis 1482, f. 2^v). 160 Socrate existente albo...: exemplum Arist. *Metaph.* V 9 (1017 a 34). 175 *De anima* III 9 (430 a 2).

manente re: et ita quantum ad accidentalia potest fieri mutatio veritatis rei.

5. Ad quintum dicendum quod facta omni mutatione manet veritas sed non eadem ut ex praedictis patet.

6. Ad sextum dicendum quod identitas veritatis non tantum dependet ex identitate rei sed ex identitate intellectus, sicut et identitas effectus dependet ex identitate agentis et patientis; quamvis autem sit eadem res quae significatur illis tribus propositionibus, non tamen est idem intellectus earum quia in intellectus compositione adiungitur tempus; unde secundum variationem temporis sunt diversi intellectus.

Articulus septimus

Septimo quaeritur utrum veritas in divinis dicatur essentialiter vel personaliter. Et videtur quod dicatur personaliter: quicquid enim in divinis importat relationem principii personaliter dicitur; sed veritas est huiusmodi ut patet per Augustinum in libro De vera religione ubi dicit quod veritas divina est « summa similitudo principii sine ulla dissimilitudine unde falsitas oritur »; ergo veritas in divinis personaliter dicitur.

2. Praeterea, sicut nihil est sibi simile ita nihil est sibi aequale; sed similitudo in divinis importat distinctionem personarum, secundum Hilarium, ex hoc quod nihil est sibi simile, ergo eadem ratione et aequalitas; sed veritas est aequalitas quaedam; ergo importat personalem distinctionem in divinis.

3. Praeterea, omne quod importat in divinis emanationem personaliter dicitur; sed veritas importat quandam emanationem quia significat conceptionem intellectus sicut et verbum; ergo sicut et verbum personaliter dicitur ita et veritas.

SED CONTRA, trium personarum est una veritas ut dicit Augustinus in VIII De Trinitate; ergo est essentiale et non personale.

RESPONSIO. Dicendum quod veritas in divinis dupliciter accipi potest: uno modo proprie, alio modo quasi metaphorice. Si enim proprie accipiatur veritas, tunc importabit aequalitatem intellectus divini et rei; et, quia intellectus divinus primo intelligit rem quae est essentia sua per quam omnia alia intelligit, ideo et veritas in Deo principaliter importat aequalitatem intellectus divini et rei quae est essentia eius, et consequenter intellectus divini ad res creatas. Intellectus autem divinus et essentia divina non adaequantur ad invicem sicut mensurans et mensuratum cum unum non sit principium alterius, sed sunt omnino idem; unde veritas ex tali aequalitate resultans nullam principii rationem importat, sive accipiatur ex parte essentiae sive ex parte intellectus, quae una et eadem ibi est: sicuti enim ibi est idem intelligens et res intellecta, ita est ibi eadem veritas rei et veritas intellectus sine aliqua connotatione principii. Sed, si accipiatur veritas intellectus divini secundum quod adaequatur rebus creatis, sic adhuc remanebit eadem veritas sicut per idem intelligit Deus se et alia, sed tamen additur in intellectu veritatis ratio principii ad | creaturas, ad quas intellectus divinus comparatur ut mensura et causa. Omne autem nomen quod in divinis rationem principii vel quod est a principio non importat, vel etiam importans rationem principii ad creaturas, essentialiter dicitur. Unde in divinis, si veritas proprie accipiatur, essentialiter dicitur: tamen appropriatur personae Filli sicut ars et cetera quae ad intellectum pertinent.

45ra

Metaphorice vel similitudinarie accipitur veritas in divinis quando accipimus eam ibi secundum illam rationem qua invenitur in re-

203 et ita *om.* P T (*def.* pB) 208 veritatis] rei *add.* T 210 sed] etiam *add.* E Φ 214 intellectus²] *om.* pB P T *post* compositione E Φ

14 quod] *om.* pB quia T 22 ergo...verbum *om.* P et *om.* E Φ 25 in] *om.* P T libro *add.* Φ 28 dupliciter] est *praem.* B 38 divina] sua Φ non *om.* pB pP T 40 sunt] sint E Φ 44 idem] unum P 45 eadem] idem E Φ 46 veritas² *om.* Φ 51 additur] addetur E Φ in intellectu] intellectui T intellectu E 52 intellectus divinus] *inv.* T ratio principii α ut ratio principii *add.* γ 56 importans] importat T Φ 58 essentialiter] non *add.* P 63 illam] *om.* T *post* rationem Φ

214 in intellectus...tempus: Arist. *De anima* III 11 (430 a 31) ut refert Thomas supra a. 5 240.

1 Parall.: *I Pars* q. 39 a. 8. 7 Cap. 36 (PL 34, 152), ad verbum habet *Summa fr. Alexandri* I pars n. 89 (p. 142). 14 *De Trin.* III 23 (PL 10, 92 B). 25 Cap. 1 (PL 42, 948).

bus creatis, in quibus dicitur veritas secundum quod res creata imitatur suum principium, scilicet intellectum divinum: unde et similiter hoc modo veritas dicitur in divinis summa imitatio principii quae Filio convenit; et secundum hanc acceptionem veritatis veritas proprie convenit Filio et personaliter dicitur, et sic loquitur Augustinus in libro De vera religione.

1. Unde patet responsio ad primum.

2. Ad secundum dicendum quod aequalitas in divinis quandoque importat relationem quae designat distinctionem personalem, sicut cum dicimus quod Pater et Filius sunt aequales, et secundum hoc in nomine aequalitatis ⟨realis distinctio intelligitur; quandoque autem in nomine aequalitatis⟩ non intelligitur realis distinctio sed rationis tantum, sicut cum dicimus sapientiam et bonitatem divinam esse aequales, unde non oportet quod distinctionem personalem importet; et talis est aequalitas importata per nomen veritatis cum sit aequalitas intellectus et essentiae.

3. Ad tertium dicendum quod, quamvis veritas sit concepta per intellectum, nomine tamen veritatis non exprimitur ratio conceptionis sicut nomine verbi, unde non est simile.

Articulus octavus

Octavo quaeritur utrum omnis veritas alia sit a veritate prima. Et videtur quod non: istum enim fornicari est verum; sed hoc non est a veritate prima; ergo non omnis veritas est a veritate prima.

2. Sed dicebat quod veritas signi vel intellectus secundum quam hoc dicitur verum est a Deo, non autem secundum quod refertur ad rem. — Sed contra, praeter veritatem primam non solum est veritas signi aut intellectus sed etiam est veritas rei: si ergo hoc verum non sit a Deo secundum quod refertur ad rem, haec veritas rei non erit a Deo, et sic habetur propositum quod non omnis veritas alia sit a Deo.

3. Praeterea, sequitur ' iste fornicatur, ergo istum fornicari est verum ', ut fiat descensus a veritate propositionis ad veritatem dicti, quae exprimit veritatem rei; ergo veritas praedicta consistit in hoc quod iste actus componitur isti subiecto; sed veritas dicti non esset ex compositione talis actus cum subiecto nisi intelligeretur compositio actus sub deformitate existentis; ergo veritas rei non solum est quantum ad ipsam essentiam actus sed etiam quantum ad deformitatem; sed actus sub deformitate consideratus nullo modo est a Deo; ergo non omnis veritas rei est a Deo.

4. Praeterea, Anselmus dicit quod res dicitur vera secundum quod est ut debet esse, et inter modos quibus potest dici quod debet esse res, ponit unum secundum quem dicitur quod res debet esse quia Deo permittente accidit; sed permissio Dei extendit se etiam ad deformitatem actus; ergo veritas rei etiam ad deformitatem illam pertingit; sed deformitas illa nullo modo est a Deo; ergo non omnis veritas est a Deo.

5. Sed dicebat quod, sicut deformitas vel privatio dicitur ens non simpliciter sed secundum quid, ita et dicitur habere veritatem non simpliciter sed secundum quid, et talis veritas secundum quid non est a Deo. — Sed contra, verum addit supra ens ordinem ad intellectum; sed deformitas vel privatio, quamvis in se non sit simpliciter ens, tamen est simpliciter apprehensa per intellectum; ergo, quamvis non habeat simpliciter entitatem, habet tamen simpliciter veritatem. — Praeterea, omne secundum quid ad simpliciter reducitur, sicut hoc

67 dicitur] *om.* pB P est *post* divinis T *ante* veritas E Φ 73 Unde] et sic Φ 78-80 ⟨realis...aequalitatis⟩ *suppl. cum* E Σ] *om.* B P T β 84 aequalitas] distinctio α δ distinctio *add.* β γ
6 quod] est *add.* pB P T β γ *om.* E α δ 7 verum] et *add.* pB P T 11 est *om.* Σ 12 a Deo *om.* P haec] tunc *praem.* T 14 veritas *om.* B alia] *om.* T *ante* veritas E Φ 19 componitur] comparatur Φ 20-21 sed...subiecto *hom. om.* P 21 intelligeretur] –ligatur Φ 31 res] tres pB P T 39 dicitur] quelibet *praem.* E Σ 43 supra] super P E Φ 45 est simpliciter *inv.* P T E Φ

1 Parall.: *Super Sent. I* d. 19 q. 5 a. 2; *Super Sent. II* d. 37 q. 1 a. 2 ad 1. 3 istum...: exemplum Philippi Cancellarii ut supra a. 1 65 in nota. 10 veritas signi...veritas rei: cf. Alex. Halensis *Glossa in Lib. Sent. I* d. 46 n. 25 (p. 472). 28 *De verit.* cap. 8 (PL 158, 475 D-476 A). 38 deformitas...: idem argumentum habet *Summa fr. Alexandri* I pars n. 95 (p. 153). 48 omne secundum quid...: cf. Petrus Hispan. *Summulae logicales* tr. 7 n. 67.

quod est aethiopem esse album dente reducitur ad hoc quod est dentem aethiopis esse album simpliciter: si ergo aliqua veritas secundum quid non est a Deo, non omnis simpliciter veritas erit a Deo, quod est absurdum.

6. Praeterea, quod non est causa causae non est causa effectus, sicut Deus non est causa deformitatis peccati quia non est causa defectus in libero arbitrio ex quo deformitas peccati accidit; sed, sicut esse est causa veritatis affirmativarum propositionum, ita non esse negativarum; cum ergo Deus non sit causa eius quod est non esse ut dicit Augustinus in libro LXXXIII Quaestionum, relinquitur quod Deus non sit causa negativarum propositionum, et sic non omnis veritas est a Deo.

7. Praeterea, Augustinus dicit in libro Soliloquiorum quod « verum est quod ita se habet ut videtur »; sed malum aliquod ita se habet ut videtur; ergo aliquod malum est verum; sed nullum malum est a Deo; ergo non omne verum est a Deo.

8. Sed dicebat quod malum non videtur per speciem mali sed per speciem boni. — Sed contra, species boni numquam facit apparere nisi bonum: si ergo malum non videtur nisi per speciem boni, numquam appareret malum nisi bonum, quod falsum est.

SED CONTRA, I Ad Cor. XII 3 super illud « Nemo potest dicere » etc., dicit Ambrosius « Omne verum a quocumque dicatur a Spiritu Sancto est ».

2. Praeterea, omnis bonitas creata est a prima bonitate increata quae est Deus: ergo eadem ratione omnis alia veritas est a prima veritate quae est Deus.

45vb 3. Praeterea, ratio veritatis com|pletur in intellectu; sed omnis intellectus est a Deo; ergo omnis veritas est a Deo.

4. Praeterea, Augustinus in libro Soliloquiorum dicit quod « verum est id quod est »; sed omne esse est a Deo; ergo et omnis veritas.

5. Praeterea, sicut verum convertitur cum ente ita et unum, et e converso; sed omnis unitas est a prima unitate ut dicit Augustinus in libro De vera religione; ergo et omnis veritas est a prima veritate.

RESPONSIO. Dicendum quod in rebus creatis invenitur veritas in rebus et in intellectu ut ex dictis patet, in intellectu quidem secundum quod adaequatur rebus quarum notionem habet, in rebus autem secundum quod imitantur intellectum divinum, qui est earum mensura sicut ars est mensura omnium artificiatorum, et alio modo secundum quod sunt natae facere de se veram apprehensionem in intellectu humano, qui per res mensuratur ut dicitur X Metaphysicae. Res autem existens extra animam per formam suam imitatur artem divini intellectus et per eandem nata est facere veram apprehensionem in intellectu humano, per quam etiam formam unaquaeque res esse habet; unde veritas rerum existentium includit in sui ratione entitatem earum et superaddit habitudinem adaequationis ad intellectum humanum vel divinum; sed negationes vel privationes existentes extra animam non habent aliquam formam per quam vel imitentur exemplar artis divinae vel ingerant sui notitiam in intellectu humano, sed quod adaequantur intellectui est ex parte intellectus qui earum rationes apprehendit. Sic ergo patet quod, cum dicitur lapis verus et caecitas vera, non eodem modo veritas se habet ad utrumque: veritas enim de

50 quod est *om.* Φ 52 simpliciter] *ante* esse[51] P T *om.* E Φ 60 esse] est causa veritatis (*cf. lin.* 59) *add.* T 64 causa] veritatis *add.* T 65 est] erit *ante* omnis T 69 aliquod] *post* malum P aliquid T 72-73 per...sed[1]] nisi P 76 appareret] apparet esse P apparet T E Φ 78 Ad *om.* P Φ 79 etc.] *om.* T dominus iesus nisi in spiritu sancto *praem.* P dominus iesus (christus *add.* β) *praem.* E Φ 84 alia *om.* T Φ 89 libro *om.* T 91 et *om.* T E Φ 92 verum] unum T E Φ 93 unum] bonum P verum T E Φ et e converso *om.* T E α δ 94-95 ut dicit...religione *om.* T α δ 98 et] etiam B 98 in[2] *om.* T 101 imitantur *scrips. cum* T Φ] –tatur B P E 102 intellectum] in *praem.* B 106 dicitur] in *add.* T E Φ 109 facere] de se *add.* T E α γ de se *praem.* β 119 sed] secundum pB T δ secundum autem E 120 est *om.* T E Φ

50 aethiopem...: exemplum Arist. *De soph. elench.* cap. 5 (167 a 8 et 11). 55 quod...effectus: inversio regulae Alani de Insulis *De arte seu art. cathol. fidei* I reg. 1 (PL 210, 597 D). 63 Quaestio 21 (PL 40, 16). 67 II c. 5 (PL 32, 888). 72 malum non videtur...: cf. Bonaventura *Super Sent. I* d. 36 a. 3 q. 1. 78 Sed contra...: idem argumentum habent Petrus Lomb. *Lib. Sent.* I d. 46 c. 7 et *Summa fr. Alexandri* I pars n. 95 (p. 152). 79 Ps.-Ambros. *Super I Cor.* XII[3] (PL 17, 285 C), verbotenus in *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 191, 1651 A). 90 II c. 5 (PL 32, 889), cf. supra a. 1 4 in nota. 92 verum...: cf. supra a. 5 181 in nota. 93 ita et unum: cf. Arist. *Metaph.* IV 2 (1003 b 22) et *Metaph.* X 3 (1054 a 12). 95 Cap. 36 (PL 34, 151). 99 dictis: supra a. 2. 107 *Metaph.* X 2 (1053 a 31).

lapide dicta claudit in sui ratione lapidis entitatem et superaddit habitudinem ad intellectum, quae causatur etiam ex parte ipsius rei cum habeat aliquid secundum quod referri possit; sed veritas dicta de caecitate non includit in se ipsam privationem quae est caecitas sed solummodo habitudinem caecitatis ad intellectum, quae etiam non habet aliquid ex parte ipsius caecitatis in quo sustentetur cum caecitas non aequetur intellectui ex virtute alicuius quod in se habeat. Patet ergo quod veritas in rebus creatis inventa nihil aliud potest comprehendere quam entitatem rei et adaequationem rei ad intellectum vel aequationem intellectus ad res vel ad privationes rerum, quod totum est a Deo quia et ipsa forma rei per quam adaequatur a Deo est, et ipsum verum sicut bonum intellectus ut dicitur in VI Ethicorum, – quia bonum uniuscuiusque rei consistit in perfecta operatione ipsius rei, non est autem perfecta operatio intellectus nisi secundum quod verum cognoscit, unde in hoc consistit eius bonum in quantum huiusmodi –; unde, cum omne bonum sit a Deo et omnis forma, oportet absolute dicere quod omnis veritas sit a Deo.

1. Ad primum ergo dicendum quod, cum sic arguitur ' omne verum est a Deo, istum fornicari est verum, ergo' etc., incidit fallacia accidentis: ut enim ex iam dictis patere potest, cum dicimus ' istum fornicari est verum ', non hoc dicimus quasi ipse defectus qui implicatur in actu fornicationis includatur in ratione veritatis, sed verum praedicat tantum adaequationem huius ad intellectum; unde non debet concludi ' istum fornicari est a Deo ', sed quod veritas eius sit a Deo.

2. Ad secundum dicendum quod deformitates et alii defectus non habent veritatem sicut et aliae res ut ex praedictis patet: et ideo, quamvis veritas defectuum sit a Deo, non ex hoc potest concludi quod deformitas sit a Deo.

3. Ad tertium dicendum quod secundum Philosophum in VI Metaphysicae veritas non consistit in compositione quae est in rebus sed in compositione quam facit anima: et ideo veritas non consistit in hoc quod iste actus cum deformitate sua inhaeret subiecto, – hoc enim pertinet ad rationem boni vel mali –, sed ex hoc quod actus sic inhaerens subiecto apprehensioni animae adaequatur.

4. Ad quartum dicendum quod bonum, debitum et rectum et huiusmodi omnia, alio modo se habent ad permissionem divinam et alio modo ad alia signa voluntatis. In aliis enim refertur et ad id quod cadit sub actu voluntatis et ad ipsum voluntatis actum: sicut, cum Deus praecipit honorem parentum, et ipse honor parentum bonum quoddam est et ipsum etiam praecipere bonum est. Sed in permissione refertur tantum ad actum permittentis et non ad id quod sub permissione cadit: unde rectum est quod Deus permittat deformitates incidere; non tamen sequitur ex hoc quod ipsa deformitas aliquam rectitudinem habeat.

5. Ad quintum dicendum quod veritas secundum quid quae competit negationibus et defectibus reducitur ad veritatem simpliciter quae est in intellectu, quae a Deo est: et ideo veritas defectuum a Deo est quamvis ipsi defectus a Deo non sint.

6. Ad sextum dicendum quod non esse non est causa veritatis propositionum negativarum quasi faciens eas in intellectu, sed ipsa anima hoc facit conformans se non enti quod est extra animam: unde non esse extra animam existens non est causa efficiens veritatis in anima sed

133 aequetur] adequetur Φ 137 aequationem] adequationem T β γ *om.* α δ 138 ad *om.* Φ est *post* a Deo P T E Φ 141 ut dicitur] *om.* pB P sicut dicitur T Φ quia] quod T Φ 142 uniuscuiusque] unicuique P cuiuslibet T rei *om.* B 143 rei *om.* T E Φ 145 eius] et α δ 151 ergo' etc. *om.* Φ 154 qui *om.* P T E α δ implicatur] implicatus T E *om.* α δ (*cf. proxima adnotatio*) 155 includatur] implicitus *praem.* Σ 159 sit] est T Φ 164 deformitas] defectus T E α δ sit] sint T E 167 in *om.* P Σ 170 quod] cum P 172 vel] et Φ ex] in Φ 173 sic] sit pB P T β γ δ^2 176 et^1 *om.* Φ 177 permissionem] promissionem B 181-182 et...parentum *hom. om.* T 182 etiam *om.* Φ 183 bonum] quoddam *add.* Φ 183 permissione] promissione B 185 rectum] bonum Φ 186 incidere] accidere T E 187 non...ex hoc] Sed ex hoc non sequitur T E 190 quid quae] quid P quod T Σ 192 $quae^2$] etiam T 193 defectuum] defectionum T pE 195 esse] est T 197 in *om.* B 198 se] ipsam *add.* P T E Φ 199 unde...animam *hom. om.* P pE 200 causa efficiens *inv.* B

141 *Ethic.* VI 2 (1139 a 27). 151 fallacia accidentis: cf. Petrus Hispan. *Summulae logicales* tr. 7 n. 40 et Arist. *De soph. elench.* cap. 4 (166 b 21). 167 *Metaph.* VI 4 (1027 b 29). 178 signa voluntatis: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* I d. 45 c. 6. 180 Deus praecipit...: cf. Exodi xx^{12}, Matth. xv^4 et xix^{19}.

quasi exemplaris; obiectio autem procedebat de causa efficiente.

7. Ad septimum dicendum quod, quamvis malum non sit a Deo, tamen quod malum | videatur tale quale est est quidem a Deo: unde veritas qua verum est malum esse est a Deo.

8. Ad octavum dicendum quod, quamvis malum non agat in animam nisi per speciem boni, quia tamen est bonum deficiens anima deprehendit in se rationem defectus et in hoc concipit rationem mali, et sic malum videtur malum.

Articulus nonus

Nono quaeritur utrum veritas sit in sensu. Et videtur quod non: Anselmus enim dicit quod « veritas est rectitudo sola mente perceptibilis »; sed sensus non est de natura mentis; ergo veritas non est in sensu.

2. Praeterea, Augustinus probat in libro LXXXIII Quaestionum quod veritas corporeis sensibus non cognoscitur, et rationes eius supra positae sunt; ergo veritas non est in sensu.

SED CONTRA, Augustinus in libro De vera religione dicit quod « veritas est qua ostenditur id quod est »; sed id quod est ostenditur non tantum intellectui sed etiam sensui; ergo veritas non solum est in intellectu sed etiam in sensu.

RESPONSIO. Dicendum quod veritas est in intellectu et in sensu, sed non eodem modo. In intellectu enim est sicut consequens actum intellectus et sicut cognita per intellectum: consequitur namque intellectus operationem secundum quod iudicium intellectus est de re secundum quod est; cognoscitur autem ab intellectu secundum quod intellectus reflectitur super actum suum, non solum secundum quod cognoscit actum suum sed secundum quod cognoscit proportionem eius ad rem, quae quidem cognosci non potest nisi cognita natura ipsius actus, quae cognosci non potest nisi natura principii activi cognoscatur, quod est ipse intellectus, in cuius natura est ut rebus conformetur: unde secundum hoc cognoscit veritatem intellectus quod supra se ipsum reflectitur. Sed veritas est in sensu sicut consequens actum eius, dum scilicet iudicium sensus est de re secundum quod est, sed tamen non est in sensu sicut cognita a sensu: etsi enim sensus vere iudicat de rebus, non tamen cognoscit veritatem qua vere iudicat; quamvis enim sensus cognoscat se sentire, non tamen cognoscit naturam suam et per consequens nec naturam sui actus nec proportionem eius ad res, et ita nec veritatem eius.

Cuius ratio est quia illa quae sunt perfectissima in entibus, ut substantiae intellectuales, redeunt ad essentiam suam reditione completa: in hoc enim quod cognoscunt aliquid extra se positum, quodam modo extra se procedunt; secundum vero quod cognoscunt se cognoscere, iam ad se redire incipiunt quia actus cognitionis est medius inter cognoscentem et cognitum; sed reditus iste completur secundum quod cognoscunt essentias proprias, unde dicitur in libro De causis quod « omnis sciens essentiam suam est rediens ad essentiam suam reditione completa ». Sensus autem, qui inter cetera est propinquior intellectuali substantiae, redire quidem incipit ad essentiam suam quia non solum cognoscit sensibile sed etiam cognoscit se sentire; non tamen completur eius reditio quia sensus non cognoscit essentiam suam: cuius hanc rationem Avicenna assignat

201 exemplaris] exemplar T 202 de] non *add.* T efficiente] exemplari *praem.* Σ 204 tamen] sed *praem.* B P β 204 quod] in hoc *praem.* pB hoc *praem.* P Φ videatur] iudicatur Φ 205 est² *om.* pB P E Φ (-α) quidem *om.* P T E Φ 208 animam] anima B P

7 corporeis sensibus] corporibus sensibilibus P corporis sensibus Φ 8 et] per pB P eius] que *add.* pB P 10 in libro] libro P *om.* α δ 12 id quod est¹ *om.* pB P 13 tantum] solum P Φ 13-14 sensui...etiám] *hom. om.* pB ergo etc. *post* sensu¹⁵ A 17 et] etiam *add.* T 21 secundum] sed B 24 super] supra Σ (*def.* β) 26 quae] quod Φ 29 cognoscatur] *om.* β *ante* natura T E Σ 30 intellectus] actus Φ (-δ) 32 intellectus *ante* cognoscit T E quod] et T que E 34 sensus *om.* pB P β 36 etsi] ut si T si Σ 37 iudicat] iudicit pB iudicet T E 45 completa *om.* pB P 47 quodam modo] quo tamen modo T 50 medius] modus pB P 52 proprias] primas (*ante* essentias T) T E 56 cetera] ceteros sE Φ est] ex T 60 reditio] reditus T

1 Parall.: *I Pars* q. 16 a. 2; ibid. q. 17 a. 2. 2 *De verit.* cap. 11 (PL 158, 480 A). 7 Quaestio 9 (PL 40, 13). 8 supra: a. 4 arg. 6 et 7. 11 Cap. 36 (PL 34, 151), cf. supra a. 1 197 in nota. 53 Prop. 15(14). 61 *De anima* V c. 2 (f. 23va).

quia sensus nihil cognoscit nisi per organum corporale, non est autem possibile ut organum corporale medium cadat inter potentiam sensitivam et se ipsam. Sed potentiae insensibiles nullo modo redeunt super se ipsas quia non cognoscunt se agere, sicut ignis non cognoscit se calefacere.

Et ex his patet solutio ad obiecta.

Articulus decimus

Decimo quaeritur utrum aliqua res sit falsa. Et videtur quod non: Augustinus enim dicit in libro Soliloquiorum « Verum est id quod est »; ergo falsum est id quod non est; sed quod non est non est res aliqua; ergo nulla res est falsa.

2. Sed dicebat quod verum est differentia entis: et ita, sicut verum est quod est, ita et falsum. — Sed contra, nulla differentia divisiva convertitur cum eo cuius est differentia; sed verum convertitur cum ente ut supra dictum est; ergo verum non est differentia divisiva entis ut res aliqua falsa dici possit.

3. Praeterea, « veritas est adaequatio rei et intellectus »; sed omnis res est adaequata intellectui divino quia nihil potest esse in se aliter quam intellectus divinus cognoscit; ergo omnis res est vera; ergo nulla res est falsa.

4. Praeterea, omnis res habet veritatem a forma sua: ex hoc enim homo dicitur verus quod habet veram hominis formam; sed nulla est res quae non habeat aliquam formam, quia omne esse est a forma; ergo quaelibet res est vera; ergo nulla res est falsa.

5. Praeterea, sicut se habet bonum et malum, ita se habet verum et falsum; sed, quia malum invenitur in rebus, malum non substantificatur nisi in bono ut Dionysius et Augustinus dicunt; ergo, si falsitas invenitur in rebus, falsitas non substantificabitur nisi in vero: quod non videtur esse possibile quia sic idem esset verum et falsum, – quod est impossibile –, sicut idem est homo et album propter hoc quod albedo substantificatur in homine.

6. Praeterea, Augustinus in libro Soliloquiorum sic obicit. Si aliqua res nominatur falsa, aut hoc est ex eo quod est simile aut ex eo quod est dissimile: « si ex eo quod est dissimile, nihil est quod falsum dici non possit: nihil enim est quod alicui dissimile non sit; si ex eo quod simile, omnia reclamant quae ex eo vera sunt quo similia ». Ergo nullo modo falsitas in rebus inveniri potest.

Sed contra, Augustinus ita diffinit falsum: « Falsum est quod ad similitudinem alicuius accomodatum est » et non pertingit ad illud cuius similitudinem gerit; sed | omnis creatura gerit similitudinem Dei; ergo, cum nulla creatura pertingat ad ipsum Deum per modum identitatis, videtur quod omnis creatura sit falsa. *46rb*

2. Praeterea, Augustinus in libro De vera religione: « Omne corpus est verum corpus et falsa unitas »; sed hoc pro tanto dicitur quia imitatur unitatem et tamen non est unitas; cum ergo quaelibet creatura secundum quamlibet sui perfectionem divinam perfectionem imitetur et ab eo nihilominus in infinitum distet, videtur quod quaelibet creatura sit falsa.

63 autem] *om.* pB P *post* possibile δ^1 65 se ipsam (*cf. Thomas, Super Sent. II* d. 19 q. 1 a. 1)] se ipsum T Φ (-δ) sententiam pE essentiam ipsius sE 65 insensibiles] sensitive T 69 Et *om.* T δ^1

2 Augustinus...dicit] quia secundum anselmum Φ (-γ) 8 quod] id *praem.* T Φ 9 Sed *om.* T Φ 10 convertitur: *postea, inverso suo fol. 7, transit* P *ad stirpem* α 11 supra *om.* P α δ 12 non *om.* pB 16 se] re T E Φ P (*nunc non nominabitur* P) 19-24 Praeterea...falsa (*i. e. arg.* 4^{m}) *om.* T pE 21 quod] quia Φ 22 est res *inv.* sE Φ 25 habet] habent T Φ 26 se habet] se habent T *om.* α δ 27 substantificatur] substantivatur B 30 substantificabitur] –ficatur T E Φ 31 esse possibile] posse esse Σ 35 Augustinus] anselmus Φ (-δ^1) 38 dissimile^2 *om.* T 41 quod] est *add.* E Φ omnia *codd.* (*cf. sol. ad* 6^{m})] ova *Augustinus loc. cit.* 44 Sed contra] Preterea Φ 45 alicuius] rei *add.* Φ 46 pertingit] pertinet Φ (-δ^1) 46 illud] id T Φ 51 Augustinus] dicit *add.* T E in libro *om.* Φ 53 quia] quod pB T Φ 54 tamen *om.* T unitas] vera *praem.* T 57 eo] ea E Φ

1 Parall.: *I Pars* q. 17 a. 1; *Super Metaph.* V lect. 2; *Super Metaph.* VI lect. 4; *Super Periherm.* I lect. 3. 3 II c. 5 (PL 32, 889), cf. supra a. 1 4 in nota. 9 differentia divisiva: cf. Porphyrius *Isagoge* De differentia sec. transl. Boetii (ed. Minio-Paluello, p. 16). 11 supra: a. 1. 14 « veritas...: vide supra a. 1 186 in nota. 23 omne...forma: Boetius *De Trin.* cap. 2 (PL 64, 1250 B), Alan. de Insulis *Regulae de sacra theologia* 14 (PL 210, 629 C). 25 Praeterea...: idem argumentum invenitur in *Summa fr. Alexandri* I pars n. 100 (p. 158). 28 *De div. nom.* cap. 4 § 20 (PG 3, 721 A; Dion. 259); *Enchir.* cap. 14 (PL 40, 238) ut refert Thomas *I Pars* q. 48 a. 3 sed c. et *I-II* q. 85 a. 2 sed c. 36 II c. 8 (PL 32, 891), ad verbum depromptum ex *Summa fr. Alexandri* I pars n. 99 sed c. 5 (p. 157). 44 *Solil.* II c. 15 (PL 32, 898). 52 Cap. 34 (PL 34, 150).

3. Praeterea, sicut verum convertitur cum ente, ita et bonum; sed ex hoc quod bonum convertitur cum ente non prohibetur quin aliqua res inveniatur mala; ergo nec ex hoc quod verum convertitur cum ente prohibebitur quin aliqua res inveniatur falsa.

4. Praeterea, Anselmus dicit in libro De veritate quod duplex est propositionis veritas: una « quia significat quod accepit significare », sicut haec propositio ' Socrates sedet ' significat Socratem sedere sive Socrates sedeat sive non sedeat; alia quando significat illud « ad quod facta est », – est enim ad hoc facta ut significet esse quando est –, et secundum hoc proprie dicitur enuntiatio vera. Ergo eadem ratione quaelibet res dicetur vera quando implet hoc ad quod est, falsa autem quando non implet; sed omnis res quae deficit a fine suo non implet illud propter quod est; cum ergo multae res sint tales, videtur quod multae sint falsae.

RESPONSIO. Dicendum quod, sicut veritas consistit in adaequatione rei et intellectus, ita falsitas consistit in eorum inaequalitate: res autem comparatur ad intellectum divinum et humanum ut supra dictum est. Intellectui autem divino comparatur uno modo sicut mensuratum mensurae, quantum ad ea quae in rebus positive dicuntur vel inveniuntur, quia omnia huiusmodi ab arte divini intellectus proveniunt; alio modo sicut cognitum ad cognoscens, et sic etiam negationes et defectus divino intellectui adaequantur quia omnia huiusmodi Deus cognoscit quamvis ea non causet; patet ergo quod res qualitercumque se habeat, sub quacumque forma existat vel privatione aut defectu, intellectui divino adaequatur, et sic patet quod res quaelibet in comparatione ad intellectum divinum vera est: unde Anselmus dicit in libro De veritate « est igitur veritas in omnium quae sunt essentia, quia hoc sunt quod in summa veritate sunt ». Unde per comparationem ad intellectum divinum nulla res potest dici falsa.

Sed secundum comparationem ad intellectum humanum invenitur interdum inaequalitas rei ad intellectum quae quodam modo ex ipsa re causatur. Res enim notitiam sui facit in anima per ea quae de ipsa exterius apparent, quia cognitio nostra a sensu initium sumit cui per se obiectum sunt sensibiles qualitates: unde et in I De anima dicitur quod « accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est »; et ideo, quando in aliqua re apparent sensibiles qualitates demonstrantes naturam quae eis non subest, dicitur res illa esse falsa: unde Philosophus dicit VI Metaphysicae quod illa dicuntur falsa quae « nata sunt videri aut qualia non sunt aut quae non sunt », sicut dicitur aurum falsum in quo exterius apparet color auri et alia huiusmodi accidentia cum tamen interius natura auri non subsit. Nec tamen res est hoc modo causa falsitatis in anima quod necessario falsitatem causet, quia veritas et falsitas praecipue in iudicio animae existunt, anima vero in quantum de rebus iudicat non patitur a rebus sed magis quodam modo agit: unde res non dicitur falsa quia semper de se faciat falsam apprehensionem, sed quia nata est facere per ea quae de ipsa apparent.

Sed, quia, ut dictum est, comparatio rei ad intellectum divinum est ei essentialis et secundum eam per se dicitur vera, sed comparatio ad intellectum humanum est ei accidentalis, secundum quam non dicitur absolute vera sed quasi secundum quid et in potentia, ideo simpliciter loquendo omnis res est vera et nulla res est falsa, sed secundum quid, scilicet in

63 prohibebitur] prohibetur T E Φ 67 accepit] accipit E cepit T 68-69 significat...sedere *om.* B E 70 quando] non *add.* T 71 ad hoc *post* facta T E Φ ut] quod T E Φ 78 multae] res *add.* T E Φ 84 uno modo] et pB β *om.* Σ 86 dicuntur vel *om.* T E 91 ea] deus *add.* T 94 aut] vel T Φ 101 res] *om.* T non *add.* E 102 secundum] per E Φ 107 cui] cuius T E δ cum Φ (-δ) 112 demonstrantes] aliquam *add.* T E 114 dicit] in *add.* T E 122 existunt] consistunt T E 127 ipsa] se T E 128 ut] supra *add.* T E 129 ei] ea E causa T *om.* Φ 131 ei *om.* Φ

59 verum...: cf. supra a. 5 181 in nota. 60 ita et bonum: cf. supra a. 1 64 in nota. 66 Cap. 2 (PL 158, 470 C). 68 ' Socrates sedet ': exemplum Arist. et Boetii ut supra a. 6 16 in nota. 83 supra: a. 2. 97 Cap. 7 (PL 158, 475 B). 107 cognitio...sumit: Arist. *Anal. post.* II 20 (100 a 10) et *Metaph.* I 1 (981 a 2) ut refert Thomas infra q. 10 a. 6 89 et a. 13 136, *I Pars* q. 84 a. 6 sed c. 1. 108 sensibiles qualitates: cf. Avicenna *De anima* II c. 2 (f. 7ra B) et Averroes *Phys.* VII comm. 12 (IV, 317 D). 109 Cap. 1 (402 b 21) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 91,13). 114 Rectius *Metaph.* V c. 29 (1024 b 21) sec. transl. mediam (ed. Geyer, p. 295,89) ut supra a. 2 113. 128 dictum est: supra a. 4.

ordine ad intellectum nostrum, aliquae res dicuntur falsae. Et ita oportet rationibus utriusque partis respondere.

1. Ad primum ergo dicendum quod ista diffinitio ' verum est id quod est ' non perfecte exprimit rationem veritatis sed quasi materialiter tantum, nisi secundum quod li esse significat affirmationem propositionis, ut scilicet dicatur id esse verum quod sic esse dicitur vel intelligitur ut in rebus est; et sic etiam falsum dicatur quod non est, id est quod non est ut dicitur vel intelligitur: et hoc in rebus inveniri potest.

2. Ad secundum dicendum quod verum proprie loquendo non potest esse differentia entis: ens enim non habet aliquam differentiam ut probatur in III Metaphysicae; sed aliquo modo verum se habet ad ens per modum differentiae sicut et bonum, in quantum videlicet exprimunt aliquid circa ens quod nomine entis non exprimitur: et secundum hoc intentio entis est indeterminata respectu intentionis veri, et sic intentio veri comparatur ad intentionem entis quodam modo ut differentia ad genus.

3. Ad tertium dicendum quod ratio illa concedenda est: procedit enim de re in ordine ad intellectum divinum.

4. Ad quartum dicendum quod, quamvis quaelibet res habeat aliquam formam, non tamen omnis res habet illam formam cuius indicia exterius ostenduntur per sensibiles | qualitates: *46va* et secundum haec falsa dicitur in quantum de se falsam existimationem facere apta nata est.

5. Ad quintum dicendum quod aliquid existens extra animam pro tanto dicitur falsum, ut ex dictis patet, quia natum est de se facere falsam existimationem; quod autem nihil est non est natum de se facere aliquam extimationem quia non movet virtutem cognitivam; unde oportet quod illud quod falsum dicitur aliquod ens sit; unde, cum omne ens in quantum huiusmodi sit verum, oportet falsitatem in rebus existentem supra aliquam veritatem fundari: unde dicit Augustinus in libro Soliloquiorum quod ' tragoedus qui repraesentat alienas personas in theatris non esset falsus ⟨Hector⟩ nisi esset verus tragoedus; similiter equus pictus non esset falsus equus nisi esset pura pictura '. Nec tamen sequitur contradictoria esse vera, quia affirmatio et negatio secundum quas dicitur verum et falsum non referuntur ad idem.

6. Ad sextum dicendum quod res falsa dicitur secundum quod nata est fallere; cum autem fallere dico, significo actionem quandam defectum inducentem; nihil autem natum est agere nisi secundum quod est ens, omnis autem defectus est non ens; unumquodque autem secundum quod est ens habet similitudinem veri, secundum autem quod non est recedit ab eius similitudine; et ideo hoc quod dico fallere, quantum ad id quod importat de actione originem habet ex similitudine, sed quantum ad id quod importat defectum, in quo formaliter ratio falsitatis consistit, ex dissimilitudine surgit: et ideo dicit Augustinus in libro De vera religione quod ex dissimilitudine falsitas oritur.

1. Ad primum vero eorum quae contra obiciuntur, dicendum quod non ex qualibet similitudine nata est anima decipi, sed ex magna similitudine in qua dissimilitudo de facili inveniri non potest: et ideo ex similitudine maiori vel minori decipitur anima secundum maiorem vel minorem perspicacitatem ad dissimilitudinem inveniendum; nec tamen simpliciter debet enuntiari aliqua res falsa ex eo quod quemcumque in errorem inducit, sed ex eo quod plures vel sapientes nata est fallere. Creaturae autem quamvis aliquam Dei similitudinem gerant in se ipsis, tamen maxima dissimilitudo

142 secundum *om.* T pE Σ li] licet *potius* E *om.* Φ 146 dicatur] dicetur T E 147 intelligitur] proprie loquendo *add.* E 152 sed] si T si *potius* E 153 modo *om.* pB Σ 154 videlicet] verum T E 155 exprimunt] exprimit T E Φ 167 haec] hoc *potius* T E 168 existimationem] estimationem T E 172 existimationem] estimationem T E 172-173 quod...extimationem *hom. om.* pB Φ (-δ^1) 173 extimationem A] estimationem T E δ^1 (*def.* pB Φ [-δ^1]) 180 repraesentat] –tabat T E 181 theatris] creaturis Φ (-δ^1) ⟨Hector⟩ *suppl. cum* T E γ (*cf. I Pars* q. 17 a. 1 resp. et ad 1; a. 4 arg. 2)] *om.* (*trans. ad lin.* B) *cet.* 182 esset *om.* T pE 183 pictus] purus T pura] vera T E vera vel pura γ 190 fallere dico *inv.* T E 207 potest] possunt T possit pE possint sE 209 dissimilitudinem] similitudinem (*seu* similitudinis) Φ 210 debet] *om.* Σ *ante* simpliciter T E 214 quamvis] *bis* pB quam vix T

142 li: cf. supra a. 1 206 in nota. 152 *Metaph.* III 8 (998 b 22). 180 II c. 10 (PL 32, 893), ad verbum depromptum ex *Summa fr. Alexandri* I pars n. 100 (p. 158). 202 Cap. 36 (PL 34, 152).

subest ut nonnisi ex magna insipientia contingat quod ex tali similitudine mens decipiatur. Unde ex praedicta similitudine et dissimilitudine creaturarum ad Deum non sequitur quod omnes creaturae debeant dici falsae.

2. Ad secundum dicendum quod quidam existimaverunt Deum esse corpus, et, cum Deus sit unitas qua omnia sunt unum, existimaverunt per consequens corpus esse unitatem ipsam propter ipsam similitudinem unitatis: secundum hoc ergo corpus falsa unitas dicitur in quantum aliquos in errorem induxit vel inducere potuit ut unitas crederetur.

3. Ad tertium dicendum quod duplex est perfectio, scilicet prima et secunda: prima perfectio est forma uniuscuiusque per quam habet esse, unde ab ea nulla res destituitur dum manet; secunda perfectio est operatio, quae est finis rei vel id per quod ad finem devenitur, et hac perfectione interdum res destituitur. Ex prima autem perfectione resultat ratio veri in rebus: ex hoc enim quod res formam habet artem divini intellectus imitatur et sui notitiam in anima gignit; sed ex perfectione secunda consequitur in ipsa ratio bonitatis, quae consurgit ex fine. Et ideo malum simpliciter invenitur in rebus, non autem falsum.

4. Ad quartum dicendum quod secundum Philosophum in VI Ethicorum ipsum verum est bonum intellectus: secundum hoc enim intellectus operatio est perfecta quod sua conceptio est vera, et, quia enuntiatio est signum intellectus, ideo veritas eius est finis ipsius. Non autem ita est in rebus aliis, et propter hoc non est simile.

Articulus undecimus

Undecimo quaeritur utrum falsitas sit in sensibus. Et videtur quod non: ‘intellectus enim semper est rectus’, ut dicitur in III De anima; sed intellectus est superior pars in homine; ergo et aliae partes eius rectitudinem sequuntur, sicut et in mundo maiori inferiora disponuntur secundum superiorum motum; ergo et sensus, qui est inferior pars animae, semper erit rectus; non ergo in eo est falsitas.

2. Praeterea, Augustinus dicit in libro De vera religione « Ipsi oculi non fallunt nos: non enim enuntiare possunt animo nisi affectionem suam; quod si et omnes corporis sensus ita enuntiant ut afficiuntur, quid ab eis amplius exigere debemus ignoro ». Ergo in sensibus non est falsitas.

3. Praeterea, Anselmus in libro De veritate dicit « Non videtur mihi veritas vel falsitas in sensu esse sed in opinione »; et sic habetur propositum.

SED CONTRA est quod Anselmus dicit « Est quidem in sensibus nostris veritas, sed non semper: nam fallunt nos aliquando ».

2. Praeterea, | secundum Augustinum in libro Soliloquiorum « falsum solet dici quod a veri similitudine longe abest, sed tamen habet ad verum nonnullam imitationem »; sed sensus habet quandoque similitudinem aliquarum rerum quae non sunt ita in rerum natura, sicut est quandoque quod unum duo videatur, ut cum oculus comprimitur; ergo in sensu est falsitas. *46vb*

222 existimaverunt] estimaverunt T E 223 sunt] sint T E existimaverunt] estimaverunt T E *post* consequens Φ 224 esse] at (*?*) pB et Φ (-γ) et *add.* γ 228 unitas crederetur *inv.* Φ 231 uniuscuiusque] uniuscuius B uniusque E 239 perfectione] parte α β 244 ipsum] primum sE Φ 248 ipsius] *om.* δ^2 *post* veritas δ^1 eius α β
2 sensibus] sensum T sensu E Φ 5 partes] hominis *add.* T E Φ eius] *post* rectitudinem T *om.* Φ 9 est] erit (*ante* in eo δ^1 *ante* ergo δ^2) Φ 10 Praeterea] Item T E 12 animo *scrips. cum* T E *et Augustino* (*cf. infra lin.* 70)] omnino B Φ 13 si et] etsi T E si Φ 13 corporis *om.* E 14 enuntiant] anunciant γ 17 Anselmus] augustinus T E 19 esse] non *praem.* pB Φ (-γ) 22 sed *om.* Σ 23 semper] simpliciter Φ 24 Augustinum] anselmum Φ (-δ^1) 25 a veri] omni α δ 28 habet quandoque *inv.* T E habet quandam Σ 28 aliquarum] *om.* γ aliarum E quarundam Φ (-γ) 31 comprimitur] eius premitur E

221 quidam: Manichaei contra quos arguit August. l. c. supra lin. 52. 229 duplex est perfectio: Arist. *De anima* II 1 (412 a 10 et 22) ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 15 q. 3 a. 1, *Cont. Gent.* III c. 64, *I-II* q. 31 a. 1 ad 1, cf. etiam Avicenna *De anima* I c. 1 (f. 1^{vb} O) et Averroes *De anima* II comm. 5 (VI^1, 50 F). 244 *Ethic.* VI 2 (1139 a 27).
1 Parall.: *I Pars* q. 17 a. 2; ibid. q. 85 a. 6; *Super De anima* III lect. 6; *Super Metaph.* IV lect. 12. 4 Cap. 10 (433 a 26) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 364,11). 11 Cap. 33 (PL 34, 149), ad verbum habet *Summa fr. Alexandri* I pars n. 97 (p. 155). 18 Cap. 6 (PL 158, 473 D). 21 *De verit.* cap. 6 (PL 158, 473 C). 25 II c. 15 (PL 32, 898), verbotenus habet *Summa fr. Alexandri* I pars n. 96 (p. 154). 30 unum duo videatur: exemplum Arist. *De insomn.* cap. 3 (461 b 31), cf. etiam Avicenna *De anima* III c. 8 (f. 16^{rb} A) et Albertus *Summa de homine* appendix ad q. 22.

3. Sed dicebat quod sensus non decipitur in propriis sensibilibus sed de communibus. — Sed contra, quandocumque aliquid apprehenditur de aliquo aliter quam sit, est apprehensio falsa; sed, quando corpus album videtur mediante vitro viridi, sensus apprehendit aliter quam sit, quia apprehendit illud ut viride, et ita iudicat nisi superius iudicium adsit per quod falsitas detegatur; ergo sensus decipitur etiam in propriis sensibilibus.

Responsio. Dicendum quod cognitio nostra, quae a rebus initium sumit, hoc ordine progreditur ut primo incipiatur in sensu et secundo perficiatur in intellectu, ut sic sensus inveniatur quodam modo medius inter intellectum et res: est enim rebus comparatus quasi intellectus, et intellectui comparatus quasi res quaedam. Et ideo in sensu dicitur esse veritas vel falsitas dupliciter: uno modo secundum ordinem sensus ad intellectum, et sic dicitur sensus esse falsus vel verus sicut et res, in quantum videlicet faciunt existimationem veram in intellectu vel falsam; alio modo secundum ordinem sensus ad res, et sic dicitur esse veritas vel falsitas in sensu sicut et in intellectu, in quantum videlicet iudicat esse quod est vel quod non est.

Si ergo loquamur de sensu secundum primum modum, sic in sensu quodam modo est falsitas et quodam modo non est falsitas: sensus enim et est res quaedam in se et est indicativum alterius rei. Si ergo comparetur ad intellectum secundum quod est res quaedam, sic nullo modo est falsitas in sensu intellectui comparato, quia secundum quod sensus disponitur secundum hoc dispositionem suam intellectui demonstrat: unde Augustinus dicit in auctoritate inducta quod ' non possunt animo enuntiare nisi affectionem suam '. Si autem comparetur ad intellectum secundum quod est repraesentativum rei alterius, cum quandoque repraesentet ei aliter quam sit, secundum hoc sensus falsus dicitur in quantum natus est facere falsam existimationem in intellectu, quamvis non necessario faciat, sicut et de rebus dictum est, quia intellectus iudicat sicut de rebus ita et de his quae a sensibus offeruntur. Sic ergo sensus intellectui comparatus semper facit veram existimationem in intellectu de dispositione propria, sed non semper de dispositione rerum.

Si autem consideretur sensus secundum quod comparatur ad res, tunc in sensu est falsitas et veritas per modum quo est in intellectu; in intellectu autem primo et principaliter invenitur veritas et falsitas in iudicio componentis et dividentis, sed in formatione quiditatum nonnisi per ordinem ad iudicium quod ex formatione praedicta consequitur; unde et in sensu proprie veritas et falsitas dicitur secundum hoc quod iudicat de sensibilibus, sed secundum hoc quod sensibile apprehendit non est ibi proprie veritas vel falsitas sed solum secundum ordinem ad iudicium, prout scilicet ex apprehensione tali natum est sequi tale vel tale iudicium. Sensus autem iudicium de quibusdam est naturale, sicut de propriis sensibilibus, de quibusdam autem quasi per quandam collationem, – quam facit in homine vis cogitativa, quae est potentia sensitivae partis, loco cuius in aliis animalibus est aestimatio naturalis –, et sic iudicat vis sensitiva de sensibilibus communibus et de sensibilibus per accidens; naturalis autem actio alicuius rei semper est uno modo, nisi per accidens impediatur vel propter defectum intrinsecus vel extrinsecus impedimentum; unde et sensus iudicium de sensibilibus propriis semper est verum, nisi sit impedimentum in organo vel

35 apprehenditur] comprehenditur T 40 iudicat] aliter quem est *add.* E 41 falsitas *om.* Φ 45 incipiatur] incipiat T Φ 55 intellectu] sensu Σ 58 videlicet] scilicet E Φ 59 quod non est] quod est vel *praem.* T quod est non esse E 65 secundum quod] prout Φ 69 Augustinus dicit *inv.* T E 73 rei alterius *inv.* T E Φ 74 aliter] rem *add.* T Φ esse *add.* E 76 existimationem] estimationem E Φ 76-81 quamvis...intellectu *hom. om.* T 82 semper *om.* Φ 86 in *om.* B 95 ibi *om.* δ (*cf. nota ad* iudicium *lin.* 96) 95 proprie] *post* veritas T E *post* falsitas Φ vel falsitas *om.* T 96 iudicium] quod ex formatione...ordinem ad iudicium (*ex lineis* 90-96) *hom. rep.* α γ: *in iteratione* ibi[95] *sicut et* δ *om.* α γ 99 est] quidem *praem.* T E 99 sensibilibus] sensibus T E 108 intrinsecus vel extrinsecus] intrinsecum vel extrinsecum T E γ

33 sensus...communibus: Arist. *De anima* III 4 (427 b 11-12) et ibid. 6 (428 b 18) ut refert Thomas infra q. 15 a. 3 ad 1. 34 propriis...communibus: cf. Arist. *De anima* II 13 (418 a 7 sqq.). 37 mediante vitro: exemplum Ans. *De verit.* cap. 6 (PL 158, 473 C) ut refert *Summa fr. Alexandri* I pars n. 97 (p. 155). 78 dictum est: supra a. 10. 89 formatione quiditatum: cf. supra a. 3 6 in nota. 101 vis cogitativa: Averroes ut infra q. 14 a. 1 273. 105 communibus...per accidens: Arist. *De anima* II 13 (418 a 7 sqq.) ut refert Thomas *Super Sent. IV* d. 12 q. 1 a. 3 qc. 2 sol. 2.

in medio, sed de sensibilibus communibus vel per accidens interdum iudicium sensus fallitur. Et sic patet qualiter in iudicio sensus potest esse falsitas. Sed circa apprehensionem sensus sciendum est quod est quaedam vis apprehensiva quae apprehendit speciem sensibilem sensibili re praesente, sicut sensus proprius, quaedam vero quae apprehendit eam re absente, sicut imaginatio; et ideo semper sensus apprehendit rem ut est, nisi sit impedimentum in organo vel in medio, sed imaginatio ut plurimum apprehendit rem ut non est, quia apprehendit eam ut praesentem cum sit absens: et ideo dicit Philosophus in IV Metaphysicae quod sensus non est dicens falsitatis sed phantasia.

1. Ad primum ergo dicendum quod in maiori mundo superiora nihil acci|piunt ab inferioribus sed e converso; sed in homine intellectus, qui est superior, aliquid accipit a sensu, et ideo non est simile.

47ra

Ad alia patet solutio de facili ex dictis.

Articulus duodecimus

Duodecimo quaeritur utrum falsitas sit in intellectu. Et videtur quod non, quia intellectus habet duas operationes, scilicet unam qua format quiditates, in qua non est falsum ut dicit Philosophus in III De anima, aliam qua componit et dividit, et in hac etiam non est falsum ut patet per Augustinum in libro De vera religione qui dicit sic « Nec quisquam intelligit falsa »; ergo falsitas non est in intellectu.

2. Praeterea, Augustinus in libro LXXXIII Quaestionum, qu. 32 « Omnis qui fallitur id in quo fallitur non intelligit »; ergo in intellectu non potest esse falsitas.

3. Item, Algazel dicit ' Aut intelligimus aliquid sicut est aut non intelligimus '; sed quicumque intelligit rem sicut est vere intelligit; ergo intellectus semper est verus; ergo non est in eo falsitas.

Sed contra est quod Philosophus dicit in III De anima quod « ubi est compositio intellectuum ibi iam verum et falsum est »; ergo falsitas invenitur in intellectu.

Responsio. Dicendum quod nomen intellectus sumitur ex hoc quod intima rei cognoscit: est enim intelligere quasi intus legere. Sensus enim et imaginatio sola accidentia exteriora cognoscunt; solus autem intellectus ad interiora et essentiam rei pertingit. Sed ulterius intellectus ex essentiis rerum apprehensis diversimode negotiatur ratiocinando et inquirendo. Nomen ergo intellectus dupliciter accipi potest: uno modo secundum quod se habet ad hoc tantum a quo primo nomen impositum fuit, et sic dicimur proprie intelligere cum apprehendimus quiditatem rerum, vel cum intelligimus illa quae statim nota sunt intellectui notis rerum quiditatibus, sicut sunt prima principia, quae cognoscimus dum terminos cognoscimus, unde et intellectus habitus principiorum dicitur. Quiditas autem rei est proprium obiectum intellectus: unde sicut sensus sensibilium propriorum semper verus est ita et intellectus in cognoscendo quod quid

112 vel] et T E Φ 115 circa] contra pB T 116 est[2] *om.* T 120 semper sensus *inv.* T E Φ 122 in *om.* B 126 dicens *sec. litt. quam dicunt Mediae translationis* (*cf. infra* q. 12 a. 12 *lin.* 140 « quasi principium falsitatis »)] dominus *potius* T E Φ 133 solutio *post* facili T E Φ (-δ) dictis] iam *praem.* γ eis que (quod δ[1]) superius dicta sunt δ
1 sit] et *add.* T 4 quiditates] quiditatem T E 5 dicit Philosophus *inv.* T E Φ (-δ) aliam] alia B 6 qua] quam pT E 8 dicit sic *inv.* T E Φ 11 libro *om.* pB β 12 32 *scrips.*] xxxiiii B xxx (*seu* 30) T E Φ 13 ergo] ergo intellectus semper est verus *praem.* Φ 21 intellectuum] –tus B –tu T 22 est *om.* B 27 sola] ad interiora *add.* γ (*cf. nota ad* interiora[28]) 27 accidentia] *om.* δ *post* exteriora Φ (-δ) exteriora *om.* B 28 interiora et *om.* T E Σ 35 dicimur] dicuntur (*potius* T) T E δ dicimus γ 39 dum] cum Φ

125 *Metaph.* IV 14 (1010 b 2).
1 Parall.: *I Pars* q. 17 a. 3; *Super Sent. I* d. 19 q. 5 a. 1 ad 7; *Super Periherm.* I lect. 3; *Super De anima* III lect. 11; *Super Metaph.* VI lect. 4. 4 format quiditates: cf. supra a. 3 6 in nota. 5 *De anima* III 11 (430 a 26). 8 Cap. 34 (PL 34, 150). 12 Quaestio 32 (PL 40, 22). 15 *Metaph.* p. I tr. 3 sent. 11 (ed. Muckle, p. 83). 21 Cap. 6 (430 a 27) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 333,2). 26 intus legere: cf. Petrus Helias *Comm. in Priscianum maior*. De syllaba (ms. Brugge Stadsbibliotheek 535, f. 7[rb]), Guill. Alvern. *De universo* II 2 c. 15 (ed. Opera omnia, Parisiis 1674, p. 858). Sensus...pertingit: cf. Guill. Alvern. hic supra et ⟨Adam Pulchre-Mulieris⟩ *Liber de Intelligentiis* XXI (ed. Baeumker, p. 26). 39 prima principia...: Arist. *Anal. post.* I 7 (72 b 23) ut refert Thomas infra q. 10 a. 12 79. 40 habitus principiorum: Arist. *Ethic.* VI 5 (1141 a 7) ut dicitur infra q. 2 a. 1 28.

est, ut dicitur in III De anima. Sed tamen per accidens potest ibi falsitas accidere, in quantum videlicet intellectus falso componit et dividit, quod dupliciter contingit, vel in quantum diffinitionem unius attribuit alteri, ut si animal rationale mortale conciperet quasi diffinitionem asini, vel in quantum coniungit partes diffinitionis ad invicem quae coniungi non possunt, ut si conciperet quasi diffinitionem asini animal irrationale immortale: haec enim est falsa ' aliquod animal irrationale est immortale '. Et sic patet quod diffinitio non potest esse falsa nisi in quantum implicat affirmationem falsam: hic autem duplex modus falsitatis tangitur in V Metaphysicae. Similiter nec in primis principiis intellectus ullo modo decipitur. Unde patet quod, si intellectus accipiatur secundum illam actionem a qua nomen intellectus imponitur, non est in intellectu falsitas. Alio modo potest accipi intellectus communiter, secundum quod ad omnes operationes se extendit, et sic comprehendit opinionem et ratiocinationem; et sic in intellectu est falsitas, numquam tamen si recte fiat resolutio in prima principia.

Et per hoc patet solutio ad obiecta.

48 dupliciter contingit *inv.* T E Φ 54 irrationale] rationale pB T E immortale] mortale pB T et *praem.* E 55 est] *om.* T et *add.* E 60 ullo] nullo B Φ 66 sic] se T sit *potius* E 70 solutio] responsio Φ

45 *De anima* III 11 (430 b 27). 59 *Metaph.* V 22 (1024 b 26).

QUAESTIO SECUNDA

De scientia Dei

1. *An scientia Deo conveniat.*
2. *An sciat se ipsum.*
3. *An sciat alia a se.*
4. *An habeat certam et determinatam cognitionem de rebus.*
5. *An cognoscat singularia.*
6. *An intellectus humanus singularia cognoscat.*
7. *An Deus cognoscat singularia nunc esse vel non esse.*
8. *An Deus cognoscat non entia.*
9. *An Deus sciat infinita.*
10. *An Deus possit facere infinita.*
11. *An scientia de Deo et de nobis dicatur aequivoce.*
12. *An Deus sciat futura contingentia.*
13. *An scientia Dei sit variabilis.*
14. *An scientia Dei sit causa rerum.*
15. *An Deus sciat mala.*

Articulus primus

51ra Quaestio est de scientia Dei. Et primo quaeritur utrum in Deo sit scientia. Et videtur quod non: illud enim quod se habet ex additione ad aliud, in simplicissimo inveniri non potest; sed Deus est simplicissimus; cum ergo scientia se habeat ex additione ad essentiam quia vivere addit supra esse et scire supra vivere, videtur quod scientia in Deo non sit.

2. Sed dicebat quod scientia in Deo supra essentiam non addit sed nomine scientiae alia perfectio ostenditur in ipso quam nomine essentiae. — Sed contra, perfectio est nomen rei; sed omnino una res est in Deo scientia et essentia; ergo eadem perfectio ostenditur nomine scientiae et essentiae.

3. Praeterea, nullum nomen potest dici de Deo quod non significat totam perfectionem ipsius, quia si non significat totam nihil ipsius significat cum in Deo non inveniatur pars, et sic ei attribui non potest; sed nomen scientiae non repraesentat totam perfectionem divinam quia Deus « est supra omne nomen quod nominatur », ut dicitur in libro De causis; ergo scientia Deo attribui non potest.

4. Praeterea, scientia est habitus conclusionis, intellectus vero habitus principiorum, ut patet per Philosophum in VI Ethicorum; sed Deus non cognoscit aliquid per modum conclusionis quia sic discurreret a principiis in conclusiones eius intellectus, quod etiam ab angelis Dionysius removet VII cap. De divinis nominibus; ergo scientia non est in Deo.

5. Praeterea, omne quod scitur scitur per

A *Series titulorum* An scientia Deo...An Deus sciat mala *additur in margine infer. tempore poster. manu* A 6 additione *scrips.*] *conf.* (*scil.* addictione) A

Φ 1 Quaestio: *in duobus prioribus articulis, exclusis singularium testium indiciis, notantur omnes discrepantiae et omissiones, omnia menda quae praebentur sive a pluribus sive ab una sola familia horum testium. Familiae sunt ut supra* α β γ δ 4 ad *om.* γ 5 simplicissimus] –simum δ^1 7 ad] supra β γ 8 scire] scientia Φ 9 non *om.* δ^1 14 sed] perfectio *add.* γ una...est *post* in Deo β 14 est] *post* Deo Σ (*cf. nota superior*) scientia et essentia *inv.* Φ 16 scientiae...essentiae *inv.* Φ (-δ^1) 19 si *om.* γ 25 attribui *post* potest δ^1 28 ut] sicut δ^1 31 eius intellectus *ante* a principiis^{30} δ^1

1 Parall.: *I Pars* q. 14 a. 1; *Super Sent. I* d. 35 a. 1; *Super Metaph.* XII lect. 8; *Comp. theol.* cap. 28. 7 vivere...vivere: *Liber de causis* comm. 1 ut refert Thomas *Super Sent. I* d. 35 a. 1 arg. 2, Dionys. *De div. nom.* cap. 5 § 3 (PG 3, 817 A; Dion. 327) quem allegat Thomas *I Pars* q. 4 a. 2 ad 3. 24 Prop. 22 (21) et comm. 28 *Ethic.* VI 3 (1139 b 31) et 5 (1141 a 7). 33 § 2 (PG 3, 868 B; Dion. 388). 34 omne...magis notum: cf. Arist. *Anal. post.* I 4 (71 b 19 et 29).

aliquid magis notum; sed Deo non est aliquid magis et minus notum; ergo in Deo scientia esse non potest.

6. Praeterea, Algazel dicit quod scientia est sigillatio scibilis in intellectu scientis; sed sigillatio omnino a Deo removetur tum quia importat receptionem tum quia importat compositionem; ergo Deo scientia attribui non potest.

7. Praeterea, nihil quod sonat in imperfectionem Deo potest attribui; sed scientia sonat in imperfectionem quia significatur ut habitus vel actus primus et considerare ut actus secundus, ut dicitur in II De anima, actus autem primus est imperfectus respectu secundi cum sit in potentia respectu eiusdem; ergo scientia in Deo inveniri non potest.

8. Sed dicebat quod in Deo non est scientia nisi in actu. — Sed contra, scientia Dei est causa rerum; sed scientia, si Deo attribuitur, ab aeterno in eo fuit; si ergo scientia in Deo non fuit nisi in actu, ab aeterno res produxit in esse, quod est falsum.

9. Praeterea, in quocumque invenitur aliquid respondens ei quod nos concipimus ex nomine scientiae in intellectu, scimus de eo non solum quia est sed etiam quid est quia scientia aliquid est; sed de Deo non possumus scire quid est sed quia est tantum, ut Damascenus dicit; ergo conceptioni intellectus quam exprimit nomen scientiae nihil respondet in Deo: ergo scientia non est in eo.

10. Praeterea, Augustinus dicit quod « Deus qui subterfugit omnem formam, intellectui pervius esse non potest »; sed scientia est quaedam forma quam intellectus concipit; ergo hanc formam Deus subterfugit: non ergo scientia est in Deo.

11. Praeterea, intelligere est simplicius quam scire et dignius; sed, sicut dicitur in libro De causis, cum dicimus Deum intelligentem vel intelligentiam ' non nominamus eum nomine proprio sed nomine causati sui primi '; ergo multo fortius nomen scientiae Deo competere non potest.

12. Praeterea, qualitas maiorem compositionem importat quam quantitas quia qualitas non inhaeret substantiae nisi mediante quantitate; sed Deo non attribuimus aliquid quod sit de genere quantitatis, propter suam simplicitatem: omne enim quantum habet partes; ergo cum scientia sit in genere qualitatis, nullo modo debet ei attribui.

SED CONTRA est quod dicitur Rom. XI [33] « O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei » etc.

2. Praeterea, secundum Anselmum in Monologion, ' omne quod simpliciter et omni melius est esse quam non esse, Deo est attribuendum '; sed scientia est huiusmodi; ergo est Deo attribuenda.

3. Praeterea, ad scientiam non requiruntur nisi tria, scilicet potentia activa cognoscentis qua de rebus iudicat, res cognita et unio utriusque; sed in Deo est summa potentia activa et sua essentia est summe cognoscibilis et per consequens est ibi unio utriusque; ergo Deus est summe sciens. Probatio mediae: ut dicitur in libro De intelligentiis, « prima substantia est lux »; sed lux maxime habet virtutem acti-

A 57 in...ei] cuicumque convenit illud *praem.* pA 60 etiam *sup. lin.* A] est pA quia[2]] et maxime *praem.* pA 73 sicut] sci *praem.* pA 91 et omni *sic* (*eodem quoque modo Super Sent. I* d. 22 a. 2 resp.) A: *potius tamen legend. cum fonte* et omnino 99 essentia] natura *praem.* pA per] *litt. imp. add.* pA

Φ 39 scientis] mentis δ^1 40 omnino *post* Deo γ 44 potest] debet δ 46 considerare] –ratur β 47 actus *om.* Φ 51 in *om.* δ^1 53 si] que δ^1 54 eo] deo Φ ergo] igitur Φ 55 nisi] nichil δ^1 58 ex] de ipso presumimus scire non tantum quia est sed quid est *praem.* β 59 eo] quod *add.* γ 60 etiam *om.* Φ 61 de] in Σ 62 Damascenus dicit *inv.* δ 63 conceptioni] –tionem α 67 intellectui] nostro *add.* β γ 73 scire] sentire δ^1 83 de] in Φ 84 enim] autem Φ 86 debet ei *inv.* α β 88-89 sapientiae...Dei *om.* α δ 89 Dei *ante* et scientiae β 91 et] in Φ 92 Deo est *inv.* Φ (-δ^1) 100 utriusque *om.* δ^1 Deus *om.* δ^1 103 virtutem] veritatem δ^1

38 *Metaph.* p. I tr. 3 sent. 1 (ed. Muckle, p. 63). 43 nihil...attribui: cf. Moyses Maim. *Dux neutr.* I c. 26, ibid. III c. 21. 47 *De anima* II 1 (412 a 10 et 22). 56 quod est falsum: cf. infra a. 14 12 ubi dicitur ' quod est haereticum '. 63 *De fide* I c. 4 (PG 94, 797 B; Bt 19). 66 Hanc sententiam Augustino tribuunt communiter Scholastici e. g. Guill. Altiss. *Summa aurea* I c. 3 (f. 4va), *Summa fr. Alexandri* I pars n. 333 a1g. 2 (p. 492), Bonaventura *Super Sent. I* d. 22 art. unic. q. 1 arg. 4, ad verbum profert Alan. de Insulis *De arte seu art. cathol. fidei* I reg. 16 (PL 210, 601 B). 74 Comm. 6 (5). 91 Cap. 15 (PL 158, 163 A). 96 nisi tria: Algazel *Metaph.* p. 1 tr. 3 sent. 1 (ed. Muckle, p. 63) ut dicitur infra a. 5 140. 102 ⟨Adam Pulchre-Mulieris⟩ VI (ed. Baeumker, p. 8).

vam quod patet ex hoc quod se ipsam diffundit et multiplicat, est etiam maxime cognoscibilis unde et alia manifestat; ergo substantia prima, quae est Deus, et habet potentiam activam ad cognoscendum et est cognoscibilis.

RESPONSIO. Dicendum quod ab omnibus scientia Deo attribuitur, diversimode tamen. Quidam enim suo intellectu modum creatae scientiae transcendere non valentes, crediderunt quod scientia sit in Deo quasi aliqua dispositio addita essentiae eius sicut et in nobis est, quod est omnino erroneum et absurdum. Hoc enim posito Deus summe simplex non esset: *51rb* esset enim in eo compositio | substantiae et accidentis. Nec iterum ipse Deus esset suum esse quia, ut dicit Boetius in libro De hebdomadibus, « quod est, participare aliquo potest sed ipsum esse nullo modo aliquo participat »: si ergo Deus participaret scientiam quasi dispositionem adiunctam, ipse non esset suum esse et ita ab alio esse haberet quod esset sibi causa essendi et sic non esset Deus.

Et ideo alii dixerunt quod per hoc quod Deo scientiam attribuimus, vel aliquid huiusmodi, nihil in eo ponimus sed significamus eum esse causam scientiae in rebus creatis ut ex hoc dicatur Deus sciens quia scientiam creaturis infundit. Sed, quamvis haec possit esse aliqua ratio veritatis huius propositionis qua dicitur Deus est sciens quia scientiam causat, ut Origenes et Augustinus dicere videntur, non tamen potest esse tota ratio veritatis propter duo: primo quia eadem ratione de Deo praedicari posset quicquid in rebus causat, ut diceretur moveri quia causat motum in rebus, quod tamen non dicitur; secundo quia ea quae dicuntur de causatis et causis non ex hoc causis inesse dicuntur, scilicet propter causata, sed magis causatis insunt propter hoc quod inveniuntur in causis, sicut ex hoc quod ignis est calidus caliditatem aeri influit et non e converso: et similiter Deus ex hoc quod naturam scientificam habet scientiam nobis infundit et non e converso.

Et ideo alii dixerunt quod scientia et alia huiusmodi attribuuntur Deo per quandam similitudinem proportionis sicut attribuitur ei ira vel misericordia aut huiusmodi ceterae passiones. Dicitur enim Deus iratus in quantum facit effectum similem irato quia punit, quod est effectus irae in nobis, quamvis in Deo passio irae esse non possit; similiter dicunt quod Deus dicitur sciens quia effectum facit similem effectui scientis: sicuti enim opera scientis procedunt ex determinatis principiis ad determinatos fines ita opera naturae, quae divinitus fiunt, ut patet in II Physicorum. Sed secundum hanc opinionem scientia attribueretur Deo metaphorice sicut et ira et cetera huiusmodi, quod dictis Dionysii et aliorum sanctorum repugnat.

Et ideo aliter dicendum est quod scientia Deo attributa significat aliquid quod in Deo est et similiter vita et essentia et cetera huiusmodi, nec differunt quantum ad rem significatam sed solum quantum ad modum intelli-

A 108 et] e *et litt. imp. praem.* pA 119 ebdomadibus A 120 aliquo (*cum Boetio*)] modo *casu add.* A, *et delevimus* 128 ponimus (*e* ponitus pA) *em.* A 135 potest *hic conf.* pA] *post* esse *clare* A, *et ordinem dictatorum restituimus cum* Φ 137 diceretur] dicitur *praem.* pA 141 scilicet *sup. ras.* A] *anceps* pA 142 causatis *em.* A] causis pA 143 quod ignis] quod *add.* pA 144 aeri *hic conf. prima vice* pA] *post* influit *sec. vice conf.* sA, *demum clare tertius* A, *et ordinem dictatorum restituimus* 148 scientia] sci *praem.* pA 152 in quantum...quia] quia *praem.* pA

Φ 105 etiam] igitur δ 106 substantia prima *inv.* β 107 est Deus *inv.* Φ 108 est cognoscibilis *inv.* δ^1 110 Deo *om.* β 117 esset] esse γ 120 aliquo] modo (*induc.* A) *add.* Φ (-δ) 121 ipsum esse *inv.* δ participat] vel participare potest *add.* δ^2 participatur vel participare potest δ^1 122 participaret] –cipet β δ 128 eum] ipsum Φ 131 haec] hoc Φ 132 aliqua] alia Φ (-δ^1) *non liquet* δ^2 134 Origenes et Augustinus *inv.* γ 137 posset] possit β δ^1 139 quia *om.* γ quae] qui γ 140 causatis et causis] *inv.* Φ (-γ) causis γ 140-142 non...causatis *om.* δ^2 141 scilicet *om.* Φ 142 magis] potius Φ (*def.* δ^2) 143 ignis] qui *add.* Φ 144 aeri influit (*induc.* A) *inv.* Φ 149 attribuuntur Deo *inv.* Φ 153 quod] qui Σ 157 effectui] effectum *post* scientis δ^1 161 attribueretur] –buetur δ^1 164 aliter *post* est β 166 vita et essentia *inv.* δ^1 167 ad *om.* γ

111 Quidam: ' error quorundam in lege Sarracenorum loquentium ' ut refert Thomas *Cont. Gent.* I c. 23 ex Averrois *Metaph.* XII comm. 39 (VIII, 322 I), cf. etiam Moyses Maim. *Dux neutr.* I c. 50. 120 Ed. Peiper, p. 169,29. 126 alii: cf. Alan. de Insulis *Regulae de sacra theologia* 21 et 26 (PL 210, 631 et 633), *De arte seu art. cathol. fidei* I reg. 19 (PL 210, 602), *Summa ' Quoniam homines '* (ed. Glorieux, p. 141), Symon Tornacensis *Disputationes* LXXVI (ed. Warichez, p. 222). 134 *Comment. in epist. ad Rom.* X Rufino interprete (PG 14, 1292); *Enarr. in Ps.* XLIII[22] (PL 36, 490). 148 alii: Moyses Maim. *Dux neutr.* I c. 53 ut refert Thomas *Super Sent. I* d. 2 a. 3, *De pot.* q. 7 a. 5. 160 *Phys.* II 4 (194 a 21). 163 *De div. nom.* cap. 7 § 2 (PG 3, 868 D; Dion. 393); sanctorum: Ambros. *De fide* II Prol. (PL 16, 583 B), August. *De Trin.* VI c. 4 (PL 42, 927) ut refert Thomas *Super Sent. I* d. 22 a. 2 sed c. 2.

gendi: eadem enim res penitus in Deo est essentia, vita, scientia et quicquid huiusmodi de ipso dicitur, sed intellectus noster diversas conceptiones habet intelligens in eo vitam, scientiam et huiusmodi.

Nec tamen istae conceptiones sunt falsae. Conceptio enim intellectus nostri secundum hoc vera est prout repraesentat per quandam assimilationem rem intellectam: alias enim falsa esset si nihil subesset in re. Intellectus autem noster non hoc modo potest repraesentare per assimilationem Deum sicut repraesentat creaturas: cum enim intelligit aliquam creaturam, concipit formam quandam quae est similitudo rei secundum totam perfectionem ipsius et sic diffinit res intellectas; sed quia Deus in infinitum nostrum intellectum excedit, non potest forma per intellectum nostrum concepta repraesentare divinam essentiam complete sed habet aliquam modicam imitationem eius. Sicut etiam videmus in rebus quae sunt extra animam quod quaelibet res imitatur aliquo modo Deum sed imperfecte, unde et diversae res diversimode Deum imitantur et secundum diversas formas repraesentant unam simplicem Dei formam quia in illa forma perfecte unitur quicquid perfectionis distinctim et multipliciter in creaturis invenitur, sicut etiam omnes proprietates numerorum in unitate quodam modo praeexistunt et omnes potestates ministrorum in regno aliquo uniuntur in potestate regis. Sed si esset aliqua res perfecte repraesentans Deum, non esset nisi una tantum quia uno modo repraesentaret et secundum unam formam, et ideo non est nisi unus Filius qui est perfecta imago Patris. Similiter etiam intellectus noster secundum diversas conceptiones repraesentat divinam perfectionem quia unaquaeque imperfecta est: si enim perfecta esset esset una tantum sicut est unum tantum verbum intellectus divini. Sunt ergo plures conceptiones in intellectu nostro repraesentantes essentiam divinam, unde essentia divina unicuique illarum respondet sicut res suae imagini imperfectae et sic omnes illae conceptiones intellectus sunt verae quamvis sint plures de una ⟨re⟩. Et quia nomina non significant res nisi mediante intellectu, ut dicitur in I Perihermeneias, ideo imponit plura nomina uni rei secundum diversos modos intelligendi vel secundum diversas rationes, quod idem est, quibus tamen omnibus respondet aliquid in re.

1. Ad primum igitur dicendum quod scientia non se habet ex additione ad ens nisi secundum quod intellectus accipit distinctim scientiam alicuius et essentiam eius: additio enim distinctionem praesupponit; unde cum in Deo non distinguatur scientia et essentia, ut ex dictis patet, nisi secundum modum intelligendi, nec scientia se habet in eo ex additione ad essentiam eius nisi secundum modum intelligendi. *51va*

2. Ad secundum dicendum quod non potest vere dici quod scientia in Deo significet aliam perfectionem quam essentiam, sed quod significatur per modum alterius perfectionis secundum quod intellectus noster ex diversis conceptionibus quas de Deo habet praedicta nomina imponit.

3. Ad tertium dicendum quod cum nomina sint signa intellectuum, secundum hoc se habet aliquod nomen ad totalitatem alicuius rei significandam secundum quod se habet intellectus in intelligendo. Intellectus autem noster totum Deum intelligere potest sed non tota-

A 169 eadem] et *imp. praem.* pA 194 unitur *em.* A] *fort.* imitur pA 197 numerorum] numero *idem inc. conf. praem.* pA 210 repraesentantes] *idem conf. praem.* pA 212 omnes] *idem conf. praem.* pA 214 ⟨re⟩ *suppl. cum* Tr Er Φ] *trans. ad lin. om.* A 216 pergeminias A] per⟨ai⟩geminias (ai *sup.* ge)sA 217-220 diversos...in re *in appendice col.* 51^{rb} 219 idem *em.* A] ideo (*ut videtur*) pA 226 non] secundum rem *praem.* A, *quod coni. primam conscriptionem casu non deletam, et delevimus* (*cf. lin.* 227 nisi secundum modum intelligendi) 229 nisi secundum] secundum *praem.* pA

Φ 170 essentia] et *add.* δ scientia *om.* Φ 174 Nec] non δ^1 180 Deum] deo γ 185 nostrum intellectum *inv.* Φ 185 excedit *ante* nostrum δ^1 189 etiam] et β 194 unitur] *om.* δ^2 existit et *praem.* δ^1 195 perfectionis] operationis δ^2 196 sicut] sic δ^1 203 nisi] ibi β ibi *praem.* Σ 205 conceptiones] acceptiones γ 210 essentiam divinam *inv.* δ 212 imperfectae] perfecte β 213 conceptiones] perfectiones β 214 ⟨re⟩ *ante* una *suppl.* Φ 217 rei] et *add.* γ 221 igitur] ergo Φ 223 distinctim] distinctam γ 226 Deo] secundum rem (*cum* A) *add.* Φ 242 in *om.* δ^1

195 distinctim et multipliciter: Dionys. *De div. nom.* cap. 5 § 8 (PG 3, 824 C; Dion. 359) ut refert Thomas infra q. 8 a. 10 121, ibid. q. 20 a. 4 et 5. 197 in unitate: exemplum Dionys. *De div. nom.* cap. 5 § 6 (PG 3, 820 D; Dion. 343). 216 *Periherm.* I 2 (16 a 3).

liter, totum quidem quia necesse est ut de ipso aut totum intelligatur aut nihil cum in eo non sit pars et totum, sed dico non totaliter quia non perfecte cognoscit ipsum secundum quod ipse est in sui natura cognoscibilis: sicut ille qui hanc conclusionem ' diameter est asymmeter costae ' cognoscit probabiliter, ex hoc scilicet quod ab omnibus ita dicitur, non cognoscit eam totaliter quia non pervenit ad perfectum modum cognitionis quo cognoscibilis est, quamvis totam cognoscat nullam partem eius ignorans. Similiter ergo et nomina quae de Deo dicuntur ipsum totum sed non totaliter significant.

4. Ad quartum dicendum quod quia illud quod in Deo est absque omni imperfectione in creaturis cum aliquo defectu invenitur, propter hoc oportet ut si aliquid in creaturis inventum Deo attribuamus separemus totum quod ad imperfectionem pertinet ut solum maneat hoc quod perfectionis est quia secundum hoc tantum creatura Deum imitatur. Dico igitur quod scientia quae in nobis invenitur habet quidem aliquid perfectionis et aliquid imperfectionis. Ad perfectionem quidem eius pertinet certitudo ipsius quia quod scitur certitudinaliter cognoscitur; sed ad imperfectionem pertinet discursus intellectus a principiis in conclusiones, quarum est scientia: hic enim discursus non contingit nisi secundum quod intellectus cognoscens principia cognoscit conclusiones in potentia tantum; si enim actu cognosceret non esset ibi discursus cum motus non sit nisi exitus de potentia ad actum. Dicitur igitur in Deo scientia ratione certitudinis de rebus cognitis non autem ratione discursus praedicti, qui etiam nec in angelis invenitur, ut Dionysius dicit.

5. Ad quintum dicendum quod quamvis Deo non sit aliquid magis et minus notum si consideretur modus cognoscentis quia eodem intuitu omnia videt, tamen si consideretur modus rei cognitae Deus cognoscit quaedam esse magis cognoscibilia in se ipsis et quaedam minus, sicut inter omnia maxime est cognoscibilis sua essentia, per quam quidem omnia cognoscit, non quidem aliquo discursu cum simul videndo essentiam suam omnia videat. Unde etiam quantum ad istum ordinem qui potest attendi in divina cognitione ex parte cognitorum, etiam salvatur in Deo ratio scientiae: ipse enim praecipue omnia per causam cognoscit.

6. Ad sextum dicendum quod verbum illud Algazelis intelligendum est de scientia nostra, quae in nobis acquiritur per hoc quod res imprimunt similitudines suas in animas nostras; sed in cognitione Dei est e converso quia ab eius intellectu effluunt formae in omnes creaturas: unde sicut scientia in nobis est sigillatio rerum in animabus nostris, ita e converso formae rerum non sunt nisi quaedam sigillatio divinae scientiae in rebus.

7. Ad septimum dicendum quod scientia quae ponitur in Deo non est per modum habitus sed magis per modum actus quia ipse semper actu omnia cognoscit.

8. Ad octavum dicendum quod a causa agente non procedit effectus nisi secundum condicionem ⟨eius⟩, et ideo omnis effectus

A 249 assimeter A (*cf.* q. 14 a. 10 *lin.* 283) 265 imitatur (*ex* immitatur pA) *em.* A 269 certitudo...quia] q *praem.* pA 272 quarum *scrips.*] quorum *potius* A 278 ratione *scrips.* (*cf. lin.* 279) *cum* γ] ratio A 283 Deo] deus *praem.* pA 302 eius] eus *praem.* pA 313 ⟨eius⟩ *suppl.*] *trans. ad lin. om.* A

Φ 244 quidem *om.* Φ necesse] necessarium Φ 249 hanc conclusionem] habet cognitionem γ 251 ita *post* dicitur Φ 251 non] et *praem.* γ sed *praem.* δ^1 252 quia] quod α 254 totam cognoscat *inv.* Φ 261 si] sit δ^2 inventum] invenitur δ^1 262 attribuamus] –atur Φ 263 imperfectionem] perfectionem γ δ 265 Deum imitatur *om.* γ igitur] ergo γ 266 in nobis *post* invenitur δ 267 quidem *om.* Σ 268 quidem *om.* Φ 271 in] ad β 272 quarum] quorum (*induc.* A) Φ 274 conclusiones *post* tantum Φ 278 igitur] ergo Φ scientia] et *add.* β ratione] ratio (*induc.* A) α β non δ 280 nec] *ante* etiam Φ (-δ) *om.* δ^2 non *post* angelis δ^1 281 Dionysius dicit *inv.* δ^1 283 aliquid *om.* β magis] maius γ 284 modus] motus δ^1 *non liquet* δ^2 284 eodem intuitu *post* videt δ 290 non...aliquo] omnia β quidem *om.* Φ (*cf. nota superior*) 292 etiam] et Σ in β 294 scientiae] scientis β 299 imprimunt] –primit Φ 302 intellectu] effectu γ effluunt] influunt β 303 in nobis *post* est γ 304 rerum] non δ^2 non *add.* δ^1 305 rerum *om.* α δ nisi *om.* δ 310 actu *post* cognoscit β 313 ⟨eius⟩ (*induc.* A) *om.* Φ

249 ' diameter...: exemplum Arist. *Topic.* I c. 15 (106 a 38) sec. transl. communem (ms. Arch. di S. Pietro H. 5, f. 77^v). 250 probabiliter...: cf. Arist. *Topic.* I c. 1 (100 b 21). 269 scitur...: cf. Arist. *Anal. post.* I 4 (71 b 9) et 44 (88 b 30). 277 exitus...actum: Avicenna *Suffic.* II c. 1 (f. 23^r A) sec. Albertum *Phys.* III tr. 1 c. 7, eadem diffinitio habetur apud Moysen Maim. *Dux neutr.* II c. 1 et Averroem *Phys.* III comm. 9 (IV, 89 C).

qui procedit per aliquam scientiam sequitur determinationem scientiae quae limitat conditiones eius; et ideo res quarum scientia Dei est causa non procedunt nisi | quando determinatum est a Deo ut procedant, et ideo non oportet ut res sint ab aeterno quamvis scientia Dei fuerit ab aeterno in actu. *51vb*

9. Ad nonum dicendum quod tunc intellectus dicitur scire de aliquo quid est quando diffinit ipsum, id est quando concipit aliquam formam de ipsa re quae per omnia ipsi rei respondet; iam autem ex dictis patet quod quicquid intellectus noster de Deo concipit est deficiens a repraesentatione eius; et ideo quid est ipsius Dei semper nobis occultum remanet: et haec est summa cognitio quam de ipso in statu viae habere possimus ut cognoscamus Deum esse supra omne id quod cogitamus de eo, ut patet per Dionysium in I cap. De mystica theologia.

10. Ad decimum dicendum quod Deus dicitur « omnem intellectus nostri formam subterfugere » non quin aliqua forma nostri intellectus ipsum aliquo modo repraesentet sed quia nulla eum repraesentat perfecte.

11. Ad undecimum dicendum quod « ratio quam significat nomen est diffinitio », ut dicitur IV Metaphysicae, et ideo illud est nomen proprie alicuius rei cuius significatum est eius diffinitio; et quia, ut dictum est, nulla ratio significata per nomen diffinit ipsum Deum, nullum nomen a nobis impositum est proprie nomen eius sed est proprie nomen creaturae quae diffinitur ratione significata per nomen. Et tamen ista nomina quae sunt creaturarum nomina, Deo attribuuntur secundum quod in creaturis aliqualiter similitudo eius repraesentatur.

12. Ad duodecimum dicendum quod scientia quae Deo attribuitur non est qualitas; et praeterea qualitas quantitati adveniens est qualitas corporalis non qualitas spiritualis sicut est scientia.

Articulus secundus

Secundo quaeritur utrum Deus cognoscat vel sciat se ipsum. Et videtur quod non: sciens enim refertur ad scitum secundum suam scientiam; sed, sicut dicit Boetius in libro De Trinitate, « essentia in divinis continet unitatem, relatio multiplicat trinitatem », scilicet personarum; ergo oportet quod in Deo scitum sit distinctum personaliter a sciente; sed distinctio personarum in divinis non patitur reciprocam locutionem: non enim Pater dicitur se genuisse quia genuit Filium; ergo in Deo concedi non debet quod cognoscat se ipsum.

2. Praeterea, in libro De causis dicitur « Omnis sciens essentiam suam est rediens ad essentiam suam reditione completa »; sed Deus non redit ad essentiam suam cum numquam ab essentia sua egrediatur nec possit esse reditio ubi non praecessit discessus; ergo Deus non cognoscit essentiam suam et ita nescit se ipsum.

3. Praeterea, scientia est assimilatio scientis ad rem scitam; sed nihil est simile sibi ipsi quia « similitudo non sibi est » ut Hilarius dicit; ergo Deus non cognoscit se ipsum.

4. Praeterea, scientia non est nisi de universali; sed Deus non est universale quia uni-

A 314 sequitur determinationem] oportet quod determi *praem.* pA 315 determinationem] pro *praem.* pA 316 scientia] *idem conf. praem.* pA 328 ipsius] ip *conf. praem.* pA 341 nomen proprie] proprium *praem.* pA 342 cuius] quod *praem.* pA 3 refertur ad scitum] s *praem.* pA 14 essentiam] eet *idem conf. inc. praem.* pA

Φ 315 quae] qui Φ 317 est *ante et post* Dei β 318 a Deo *om.* Φ 319 quamvis...aeterno *hom. om.* Φ 322 dicitur *om.* γ 323 diffinit] differunt δ^1 quando] qua Σ (-δ^1) *om.* δ^1 328 quid] quicquid δ^1 330 possimus] possumus Φ 331 Deum *om.* δ^2 id *om.* γ 332 in *om.* δ 334 Deus *om.* δ 337 repraesentet] –sentat δ 341 IV] in *praem.* β 342 eius *om.* Φ 344 significata] assignata δ^1 per] ipsum *add.* β γ 350 aliqualiter] aliqua Φ 352 scientia] nec adveniens corpori per quantitatem nec etiam scientia creata *add.* δ^1 353 et praeterea] etiam prima δ^1 4 dicit Boetius] dicitur δ 17 egrediatur] regrediatur Φ reditio] reditus Φ 18 discessus] discursus δ^1 22 scitam] totam δ 23 quia] sed *praem.* β sibi] ipsi *add.* Φ Hilarius dicit *inv.* Φ 26 universale^2 omne *inv.* δ^1

333 § 3 (PG 3, 1001 A; Dion. 577). 341 Cap. 7 (1012 a 23) sec. transl. *Novae Metaph.* (ed. Averroes VIII, 97 K). 1 Parall.: *I Pars* q. 14 a. 2; *Super Metaph.* XII lect. 11; *Super De causis* lect. 13; *Comp. theol.* cap. 30; *Cont. Gent.* I c. 48. 5 Cap. 6 (PL 64, 1255 A). 9 reciprocam locutionem: cf. Petrus Hispan. *Summulae logicales* tr. 8 n. 3. 13 Prop. 15 (14). 21 scientia...: cf. supra q. 1 a. 1 162 in nota. 23 *De Trin.* III 23 (PL 10, 92 B). 25 scientia...: cf. Arist. *Anal. post.* I 42 (87 b 38), *De anima* II 12 (417 b 22).

versale omne est per abstractionem, a Deo autem cum sit simplicissimus non potest fieri abstractio; ergo Deus non cognoscit se ipsum.

5. Praeterea, si Deus sciret se intelligeret se cum intelligere sit simplicius quam scire et per hoc Deo magis attribuendum; sed Deus non intelligit se; ergo nec scit se. Probatio mediae: Augustinus dicit in libro LXXXIII Quaestionum, qu. XVI « Omne quod se intelligit comprehendit se »; nihil autem potest comprehendi nisi finitum, ut patet per Augustinum ex eodem loco; ergo Deus non intelligit se.

6. Praeterea, Augustinus sic argumentatur ibidem: « nec intellectus noster infinitus esse vult, quamvis possit, quia notus sibi esse vult », ex quo habetur quod illud quod vult se nosse non vult se esse infinitum; sed Deus vult se esse infinitum cum sit infinitus: si enim esset aliquid quod se esse non vellet non esset summe beatus; ergo non vult sibi esse notus, ergo non cognoscit se.

7. Sed dicebat quod, quamvis Deus sit infinitus simpliciter et velit se esse infinitum simpliciter, non tamen est infinitus sibi sed finitus, et sic etiam non vult se esse infinitum. — Sed contra, ut dicitur in III Physicorum, infinitum dicitur aliquid secundum quod est intransibile et finitum secundum quod est transibile; sed, sicut probatum est in VI Physicorum, infinitum non potest transiri | neque *52ra* a finito neque ab infinito; ergo Deus quamvis sit infinitus non potest sibi ipsi esse finitus.

8. Praeterea, illud quod est Deo bonum simpliciter est bonum: ergo et quod Deo finitum simpliciter est finitum; sed Deus non est simpliciter finitus; ergo nec sibi ipsi finitus.

9. Praeterea, Deus non cognoscit se nisi secundum quod ad se ipsum comparatur: si ergo sibi ipsi est finitus cognoscet se ipsum finite; non est autem finitus; ergo cognoscet se aliter quam sit et ita de se ipso habebit cognitionem falsam.

10. Praeterea, inter eos qui cognoscunt Deum unus alio magis cognoscit secundum quod modus cognitionis unius excedit modum cognitionis alterius; sed Deus in infinitum magis se cognoscit quam aliquis alius eum cognoscat; ergo modus quo se cognoscit est infinitus: ergo se ipsum infinite cognoscit et sic non est sibi ipsi finitus.

11. Praeterea, Augustinus in libro LXXXIII Quaestionum probat quod rem aliquam non potest alius alio plus intelligere hoc modo: « Quisquis ullam rem aliter quam est intelligit fallitur; et omnis qui fallitur id in quo fallitur non intelligit; quisquis igitur ullam rem aliter quam est intelligit non eam intelligit: non igitur potest quicquam intelligi nisi ut est ». Ergo cum res sit uno modo ab omnibus uno modo intelligitur, et ideo nullam rem unus alio melius intelligit: si ergo Deus se ipsum intelligeret non se plus intelligeret quam alii eum intelligant, et sic in aliquo creatura Creatori aequaretur, quod est absurdum.

SED CONTRA est quod Dionysius dicit VII cap. De divinis nominibus quod « divina sapientia se ipsam cognoscens omnia alia cognoscit »; ergo Deus praecipue cognoscit se ipsum.

A 30 Praeterea] omne *bis add.* pA (*cf. lin.* 35) sciret] sciet *praem.* pA 35 XVI A] *legend.* XV 42 illud...vult se] vult s *praem.* pA 42 vult] *litt. imp. praem.* pA 44 cum sit infinitus: si enim esset] si enim esset in *praem.* pA 46 esse] *idem conf. praem.* pA 50 non] *idem conf. praem.* pA 63 ipsi *em.* A] *conf.* pA 71 magis] melius *praem.* pA 73 Deus...cognoscit] cognitio *praem.* pA 74 aliquis *hic conf.* pA] *clare post* cognoscat A, *et ordinem dictatorum restituimus* 76 sic] secundum quod *add.* pA 81 rem aliter] a *praem.* pA 82 omnis] h *praem.* pA in] *idem conf. praem.* pA

Φ 28 fieri] esse γ 30 Deus *om.* Φ 31 se *om.* δ^1 32 per] propter Φ hoc] est *add.* β magis] *ante* Deo γ *post* attribuendum δ^1 36 potest] positum γ 38 se] etc. *add.* β 39 sic *om.* β 41 sibi esse *inv.* γ 43 sed...infinitum *hom. om.* β 46 beatus] bonus Φ (-δ) bonum δ 49 et velit...simpliciter *hom. om.* α δ 50 est infinitus *inv.* δ^1 54 intransibile...est *om.* β 54 et...transibile *om.* γ est^2 *om.* Φ 55 probatum est] probatur δ^1 58 ipsi *om.* γ 61 ergo *om.* δ 61 finitum...finitum] finis simpliciter δ^2 62 est^1 *om.* α γ sed] ergo δ^2 si ergo δ^1 63 ergo *om.* δ nec...finitus *om.* δ^2 63 ipsi] est *add.* δ^1 64 se *om.* Σ 66 cognoscet] –scit γ 67 non *om.* δ cognoscet] –scit β 68 se^2 *om.* δ^1 74 se *post* Deus^{73} δ^1 74 eum] se β 77 ipsi *om.* δ^1 81 ullam] illam β δ^2 nullam δ^1 82 et...fallitur^1 *hom. om.* β id] illud δ^1 83-84 quisquis...intelligit^2 *hom. om.* δ^1 83 ullam] nullam γ 86 cum] omnes δ^2 omnis δ^1 uno modo *om.* δ^1 87 ideo] ita δ 87 rem *om.* γ unus] alius α δ 88 se] in *praem.* γ 89 se plus *inv.* δ 90 intelligant] –ligerent (+ vel γ) *praem.* β γ 92 Dionysius dicit *inv.* Σ 94 ipsam] ipsum δ^1

35 Rectius qu. 15 (PL 40, 14). 38 eodem loco: hic supra (PL 40, 15). 40 ibidem: hic supra. 53 *Phys.* III 7 (204 a 3). 56 *Phys.* VI 9 (237 b 23). 79 Quaestio 32 (PL 40, 22). 90 Creatori aequaretur: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* III d. 14 c. 1. 93 § 2 (PG 3, 869 B) sec. transl. Sarraceni (Dion. 398).

SOLUTIO. Dicendum quod cum dicitur aliquid se ipsum cognoscere dicitur illud esse cognoscens et cognitum: unde ad considerandum qualiter Deus se ipsum cognoscat oportet videre per quam naturam aliquid sit cognoscens et cognitum.

Sciendum igitur est quod res aliqua invenitur perfecta dupliciter. Uno modo secundum perfectionem sui esse quod ei competit secundum propriam speciem. Sed quia esse specificum unius rei est distinctum ab esse specifico alterius rei, ideo in qualibet re creata huiusmodi perfectioni in unaquaque re tantum deest de perfectione simpliciter quantum perfectionis in speciebus aliis invenitur, ut sic cuiuslibet rei perfectio in se consideratae sit imperfecta veluti pars perfectionis totius universi, quae consurgit ex singularum rerum perfectionibus invicem congregatis. Unde ut huic imperfectioni aliquod remedium esset invenitur alius modus perfectionis in rebus creatis secundum quod perfectio quae est propria unius rei in re altera invenitur: et haec est perfectio cognoscentis in quantum est cognoscens quia secundum hoc a cognoscente aliquid cognoscitur quod ipsum cognitum est aliquo modo apud cognoscentem; et ideo in III De anima dicitur « anima esse quodam modo omnia » quia nata est omnia cognoscere; et secundum hunc modum possibile est ut in una re totius universi perfectio existat; unde haec est ultima perfectio ad quam anima potest pervenire secundum philosophos ut in ea describatur totus ordo universi et causarum eius, in quo etiam finem ultimum hominis posuerunt, quod secundum nos erit in visione Dei quia secundum Gregorium « quid est quod non videant qui videntem omnia vident? ».

Perfectio autem unius rei in altero esse non potest secundum determinatum esse quod habebat in re illa, et ideo ad hoc quod nata sit esse in re altera oportet eam considerari absque his quae nata sunt eam determinare; et quia formae et perfectiones rerum per materiam determinantur inde est quod secundum hoc aliqua res est cognoscibilis secundum quod a materia separatur; unde oportet ut et illud in quo suscipitur talis rei perfectio sit immateriale: si enim esset materiale perfectio recepta esset in eo secundum aliquod esse determinatum et ita non esset in eo secundum quod est cognoscibilis, scilicet ut existens perfectio unius est nata esse in altero.

Et ideo erraverunt antiqui philosophi qui posuerunt simile simili cognosci, volentes per hoc quod anima quae cognoscit omnia ex omnibus materialiter constitueretur, ut terra terram cognosceret, aqua aquam et sic de aliis: putaverunt enim quod perfectio rei cognitae in cognoscente esse debeat secundum quod habet esse determinatum in propria natura; non autem ita recipitur forma rei cognitae in cognoscente, unde et Commentator dicit in III De anima quod non idem est modus receptionis quo formae recipiuntur in intellectu possibili et in materia prima | quia oportet in intellectu cognoscente recipi aliquid immaterialiter. Et ideo videmus quod secundum ordinem immaterialitatis in rebus secundum hoc in eis natura cognitionis invenitur: plantae *52rb*

A 107 rei] ee *praem.* pA 112 veluti...totius universi] Set omnium *praem.* pA 117 perfectio...unius rei] unius rei *praem.* pA 118 et] vel *praem.* pA 134 altero A 135 determinatum...habebat] h *praem.* pA 142 unde oportet] et similiter oportet *praem.* pA 145 esset...determinatum] de *praem.* pA 147 ut...perfectio] p *praem.* pA 161 prima] *idem conf. praem.* pA 161 quia] patet (*in fine col.* 52ra) *praem.* pA 162 recipi] concipi *praem.* pA

Φ 97 esse cognoscens *inv.* γ 99 Deus *post* ipsum δ1 100 videre] quod *add.* β 102 est *om.* Φ 108 perfectioni] perfectionem *potius* α perfectionem habente β 109 perfectionis] perfectius Σ 110 speciebus aliis *inv.* Φ 112 veluti] vel δ 114 imperfectioni] perfectioni δ2 115 aliquod *om.* β 117 quod] quem δ1 re altera *inv.* Φ 121 est *post* modo Φ 123 esse] est δ1 omnia *ante* quodam δ 126 perfectio *post* re δ1 131 quia *om.* β 134 altero] altera Φ 135 secundum] sed *praem.* γ 135 determinatum esse *rep.* γ 136 re illa *inv.* δ 137 re altera *inv.* δ 141 est *ante* aliqua Φ 142 ut] quod Φ 142 et *om.* β illud] id Φ 144 esset] esse γ 148 est nata *inv.* β γ 150 volentes] quod *add.* β per] secundum Φ (-δ) 151 cognoscit] cognoscens est δ 155 debeat] habeat Φ (-δ) 156 esse *om.* γ 159 idem est *inv.* Φ 164 in rebus] et *praem.* β *om.* γ secundum hoc *om.* δ

122 *De anima* III c. 8 (431 b 21) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 351,5). 128 philosophos: cf. Avicenna *Metaph.* IX c 7 (f. 107ra B), Algazel *Metaph.* p. I praeposicio 1 (ed. Muckle, p. 2). 132 *Dialog.* IV c. 33 (PL 77, 376 B) ut dicitur infra q. 8 a. 4 58, *I Pars* q. 12 a. 8 arg. 1, verbatim habetur apud Guill. Altiss. *Summa aurea* II tr. 5 q. 3 (f. 47rb). 149 antiqui philosophi: ' Naturales ' ut refert Thomas *I Pars* q. 84 a. 2 ex Arist. hic infra. 150 simile simili cognosci: Arist. *De anima* I c. 2 (405 b 15 et 404 b 17) sec. transl. veterem (ed. Alonso, pp. 98,22 et 96,4). 159 Comm. 5 (VI1, 139 B).

enim et alia quae infra sunt nihil immaterialiter possunt recipere et ideo omni cognitione privantur, ut patet in II De anima; sensus autem recipit quidem species sine materia sed tamen cum condicionibus materialibus; intellectus etiam a condicionibus materialibus species depuratas recipit. Similiter est etiam ordo in cognoscibilibus: res enim materiales, ut Commentator dicit, non sunt intelligibiles nisi quia nos facimus eas intelligibiles: sunt enim intelligibiles in potentia tantum, sed actu intelligibiles efficiuntur per lumen intellectus agentis sicut et colores actu visibiles per lumen solis; sed res immateriales sunt intelligibiles per se ipsas, unde magis sunt notae secundum naturam quamvis sint minus notae nobis.

Quia igitur Deus est in fine separationis a materia cum ab omni potentialitate sit penitus immunis, relinquitur quod ipse est maxime cognoscitivus et maxime cognoscibilis: unde eius natura secundum hoc quod habet esse realiter secundum hoc competit ei ratio cognoscibilitatis; et quia secundum hoc Deus est secundum quod natura sua est sibi, secundum hoc etiam et cognoscit secundum quod natura sua est sibi maxime cognoscitivo. Unde Avicenna dicit in VIII suae Metaphysicae quod « ipse est intellector et apprehensor sui eo quod sua quiditas spoliata » – scilicet a materia – « est rei quae est ipsemet ».

1. Ad primum ergo dicendum quod trinitas personarum multiplicatur in divinis per relationes quae realiter sunt in Deo, scilicet relationes originis; sed relatio quae consignificatur cum dicitur Deus scit se ipsum non est realis aliqua relatio sed rationis tantum: quandocumque enim idem ad se ipsum refertur non est talis relatio aliquid in re sed in ratione tantum eo quod realis relatio exigit duo extrema.

2. Ad secundum dicendum quod locutio haec qua dicitur quod sciens se ad essentiam suam redit, est locutio metaphorica: non enim in intelligendo est motus, ut probatur in VII Physicorum, unde nec proprie loquendo est ibi recessus aut reditus, sed pro tanto dicitur ibi esse processus vel motus in quantum ex uno cognoscibili pervenitur ad aliud. Et quidem in nobis fit per quendam discursum secundum quem est exitus et reditus in animam nostram dum cognoscit se ipsam: primo enim actus ab ipsa exiens terminatur ad obiectum, et deinde reflectitur super actum et demum supra potentiam et essentiam secundum quod actus cognoscuntur ex obiectis et potentiae per actus. Sed in divina cognitione non est aliquis discursus, ut prius dictum est, quasi per notum in ignotum deveniat; nihilominus tamen ex parte cognoscibilium potest quidam circuitus in eius cognitione inveniri, dum scilicet cognoscens essentiam suam res alias intuetur in quibus suae essentiae similitudinem videt: et sic quodam modo ad suam essentiam redit, non quasi suam essentiam ex rebus aliis cognoscens sicut in nostra anima accidebat. Sed tamen sciendum quod reditio ad essentiam

A 179 intelligibiles] cognoscibiles *praem.* pA 180 sunt *hic* A] *post* naturam *in fine lin.* pA 183 potentialitate sit] potentia sit *praem.* pA 185 unde] Vnde cum sua perfectio (perfectio *primo deletum*) perfectio *praem.* pA 187 competit *in marg.* A] *trans. ad lin. om.* pA (*signum quoddam in marg.*) 206 se *sup. lin.* A] redit pA 208 intelligendo] actu *praem.* pA

Φ 166 infra] ita (*et* iterata β) Φ (-δ) insensibilia δ^1 167 ideo *om.* β omni] in *praem.* γ 168 in *om.* α γ 169 quidem *om.* Σ 170 cum *om.* β intellectus...materialibus *hom. om.* α 171 condicionibus materialibus *inv.* δ^1 172 depuratas] deputatas β 172 est] *om.* α β *post* etiam γ *post* ordo δ 173 cognoscibilibus] cognoscentibus Φ (-δ^1) 175-176 quia...intelligibiles[1] *om.* δ^1 175 sunt...intelligibiles[1] *om.* β 180 sunt] *om.* Φ (-δ^1) *ante* magis δ^1 181 sint *om.* Φ 183 potentialitate] possibilitate δ^1 183 penitus immunis *inv.* δ 186 hoc *om.* δ 187 cognoscibilitatis] cognoscentis α γ 189-191 sibi...est] recta *praem.* δ *hom. om.* β 191 sibi *om.* Φ cognoscitivo] –tiva Φ 192 suae Metaphysicae *inv.* δ 193 est] *om.* α δ *post* intellector γ 195 rei] res γ 200 scit] *om.* α cognoscit β δ 203 aliquid] aliquod δ^1 204 eo] sed γ relatio *om.* Σ 206 se *om.* δ 207 est] et γ 208 in[1] *om.* Φ intelligendo] –gendum δ^1 211 ibi esse] inesse Φ (-γ) metaphorice (ibi *praem.* M, ibi *add.* L) γ 212 ad aliud] *om.* δ^2 *ante* pervenitur δ^1 Et] sed δ quidem *om.* Φ 214 quem] quod β 214 et *om.* β 217 demum] deinde Φ supra] super Φ 217-218 potentiam et essentiam *inv.* δ 222 in] et δ^1 223 quidam] quidem Φ (-δ^1) 226 suae essentiae *inv.* γ 228 cognoscens] cognoscebat δ 230 sciendum quod *om.* γ

168 *De anima* II 24 (424 a 32). 171 a condicionibus...: cf. Avicenna *De anima* II c. 2 (f. 6^{vb}). 174 *De anima* III comm. 5 (VI[1], 146 D), ibid. comm. 18 (161 D), *Metaph.* II comm. 1 (VIII, 29 B). 178 per lumen solis: Averroes *De anima* III hic supra. 192 Cap. 6 (f. 100ra B). 201 quandocumque...ratione tantum: Arist. *Metaph.* V ut supra q. 1 a. 5 424. 209 *Phys.* VII 6 (247 a 28). 219 ex obiectis: Arist. *De anima* II 6 (415 a 18) ut refert Thomas e. g. *Super Sent. I* d. 48 a. 2 arg. 2, *Super Sent. II* d. 38 a. 4 arg. 1; potentiae per actus: Arist. hic supra ut refert Thomas e. g. *Super Sent. II* d. 24 q. 1 a. 2 arg. 3, *Super Sent. IV* d. 18 q. 1 a. 1 qc. 2. 221 prius: a. 1 ad 4.

suam in libro De causis nihil aliud dicitur nisi subsistentia rei in se ipsa: formae enim in se non subsistentes sunt super aliud effusae et nullatenus ad se ipsas collectae, sed formae in se subsistentes ita ad res alias effunduntur eas perficiendo vel eis influendo quod in se ipsis per se manent; et secundum hunc modum Deus maxime ad essentiam suam redit quia omnibus providens ac per hoc in omnia quodam modo exiens et procedens in se ipso fixus et immixtus ceteris permanet.

3. Ad tertium dicendum quod similitudo quae est relatio realis distinctionem rerum requirit, sed ei quae est rationis relatio tantum sufficit in similibus distinctio rationis.

4. Ad quartum dicendum quod universale pro tanto est intelligibile quia est a materia separatum: unde illa quae non sunt per actum intellectus nostri a materia separata sed per se ipsa sunt ab omni materia libera maxime cognoscibilia sunt, et sic Deus maxime intelligibilis est quamvis non sit universale.

5. Ad quintum dicendum quod Deus et scit se et intelligit se et comprehendit se quamvis simpliciter loquendo infinitus sit. Non enim est infinitus privative, sic enim ratio infiniti congruit quantitati: habet enim partem post partem in infinitum, unde | si debeat cognosci secundum rationem suae infinitatis, ut scilicet pars post partem cognoscatur, nullo modo poterit comprehendi quia numquam poterit veniri ad finem cum finem non habeat. Sed Deus dicitur infinitus negative, quia scilicet eius essentia per aliquid non limitatur: omnis enim forma in aliquo recepta terminatur secundum modum recipientis, unde cum esse divinum non sit in aliquo receptum, quia ipse est suum esse, secundum hoc esse suum non est finitum et pro tanto dicitur eius essentia infinita. Et quia in quolibet intellectu creato vis cognoscitiva finita est cum sit in aliquo recepta, non potest intellectus noster pervenire ad cognoscendum ipsum ita clare sicut cognoscibilis est, et secundum hoc non potest ipsum comprehendere quia non pervenit ad finem cognitionis in ipso, quod est comprehendere, ut supra dictum est; sed quia eodem modo quo essentia divina est infinita et vis cognoscitiva ipsius est infinita, sua cognitio est tantum efficax quanta est eius essentia et ideo pervenit ad perfectam sui cognitionem, et secundum hoc se comprehendere dicitur non quia per comprehensionem talem ipsi cognito finis aliquis statuatur, sed propter perfectionem cognitionis cui nihil deest.

6. Ad sextum dicendum quod intellectus noster cum sit finitus secundum suam naturam non potest aliquod infinitum comprehendere vel perfecte intelligere, et ideo supposita ista natura eius procedit ratio Augustini; sed natura intellectus divini est alia, et propter hoc ratio non sequitur.

7. Ad septimum dicendum quod, si fiat vis in verbo, Deus proprie loquendo nec aliis nec sibi finitus est, sed pro tanto dicitur sibi finitus quia hoc modo a se ipso cognoscitur sicut aliquid finitum ab intellectu finito: sicut enim intellectus finitus potest pervenire ad finem cognitionis in re finita ita intellectus eius pervenit ad finem cognitionis sui ipsius. Illa tamen ratio infiniti qua dicitur intransibile est infiniti privative accepti, de quo nihil ad propositum.

52va

A 233 sunt *scrips.*] *imp.* (*scil.* sut, *compl. abbrev. om.*) A 236 eas...quod] quod *praem.* pA 242 similitudo...realis] rea *praem.* pA 258 unde] impossibile est *in fine paginae add.* A, *quod coni. primam inscriptionem casu non deletam* (*cf.* nullo modo poterit *lin.* 260), *et delevimus* 264 per *in marg.* A] *trans. ad lin. om.* pA 268 non est] est *praem.* pA finitum *em.* A] *conf.* pA 270 cognoscitiva *em.* A] –scitivam pA 278 cognoscitiva... infinita, sua cognitio] infinita cognoscibilis *praem.* pA 289 procedit] quod *praem.* pA 293 nec[1]...sed] set *praem.* pA 298 in re finita] infin *praem.* pA

Φ 233 se] ipso *add.* β aliud] illud δ 234 se *om.* β 239 in] ut δ 240 quodam modo *ante* in omnia Φ 241 ceteris *om.* Φ 245 sufficit] pro *praem.* δ^1 247 pro...intelligibile] est pro tanto eligibile β 249 per] semper Σ (-δ^1) semper per β 251 maxime] magis β 252 quamvis non] quam β 253 et *om.* δ^1 255 infinitus] influit δ^1 257 partem post *inv.* δ 258 unde] impossibile est (*induc.* A) *add.* Φ 260 nullo] quia *praem.* γ 261 veniri] venire δ^1 262 non habeat] habebat β habeat δ^2 264 enim] autem Φ 268 suum *om.* δ 269 Et] sed γ 270 vis] ius γ 271 finita est *inv.* δ 275 finem] fidem δ^1 278 cognoscitiva] est *add.* δ^2 etiam *add.* δ^1 281 se *om.* Φ 282 per *om.* δ 283 cognito] cognita δ^1 287 aliquod] aliquid Φ (-δ^1) *om.* δ^1 288 ideo] ita δ 289 natura eius *inv.* Φ sed] si δ^1 292 si] non δ 294 sibi[2] *om.* α δ 296 finito] infinito γ 298-299 cognitionis...finem *hom. om.* δ^2 (*cf. nota ad* cognitionis *lin.* 299) 298 eius] cognitionis *praem.* γ 299 finem] fidem δ^1 cognitionis *om.* Φ (*aliquibus testibus ex* β *exceptis*)

231 Comm. 15 (14) et prop. 27 (26). 256 ratio...: Arist. *Phys.* I c. 2 (185 b 2) sec. transl. veterem (ms. Urbin. lat. 206, f. 3[v]) ut refert Thomas infra a. 9 184. 276 supra: a. 1 ad 3.

8. Ad octavum dicendum quod in omnibus illis quae designant quantitatem in his quae ad perfectionem pertinent sequitur si aliquid comparatum Deo sit tale quod simpliciter sit tale, sicut si Deo comparatum est magnum quod sit simpliciter magnum; sed in illis quae pertinent ad imperfectionem non sequitur: non enim sequitur si aliquid Deo comparatum sit parvum quod simpliciter sit parvum, quia omnia Deo comparata nihil sunt et tamen simpliciter non nihil sunt. Unde quod est bonum Deo comparatum simpliciter bonum est, sed quod est finitum Deo non sequitur simpliciter finitum esse, quia finitum ad quandam imperfectionem pertinet sed bonum ad perfectionem. In utrisque tamen aliquid simpliciter est tale, quod secundum iudicium divinum tale invenitur.

9. Ad nonum dicendum quod cum dicitur ' Deus finite se ipsum cognoscit ' hoc dupliciter intelligi potest: uno modo ut modus referatur ad rem cognitam, ut scilicet cognoscat se esse finitum, et secundum hunc intellectum est falsum quia sic cognitio sua esset falsa; alio modo ut modus referatur ad cognoscentem, et sic adhuc dupliciter potest intelligi: uno modo ut li finite nihil aliud sit quam perfecte ut dicatur finite cognoscere quia pervenit ad finem cognitionis, et sic Deus se ipsum finite cognoscit; alio modo ut li finite pertineat ad efficaciam cognitionis, et secundum hoc se infinite cognoscit quia eius cognitio est in infinitum efficax. Ex hoc autem quod sibi ipsi est finitus modo praedicto, non potest concludi quod se finite cognoscat nisi eo modo quo dictum est verum esse.

10. Ad decimum dicendum quod ratio illa procedit secundum quod li finite pertinet ad efficaciam cognitionis, et sic planum est quod non cognoscit se finite.

11. Ad undecimum dicendum quod cum alium alio plus intelligere dicimus dupliciter potest intelligi: uno modo ut li plus pertineat ad modum rei cognitae et sic nullus intelligentium plus alio intelligit de re intellecta secundum quod est intellecta: quicumque enim rei intellectae plus attribuit vel minus quam natura rei habeat, errat et non intelligit; alio modo potest referri ad modum cognoscentis et sic unus alio plus intelligit secundum quod unus alio perspicacius intelligit, sicut angelus homine et Deus angelo, et hoc propter potentiorem vim intelligendi. Et similiter etiam est distinguenda illa quae ad hoc probandum | assumitur, scilicet intelligere rem aliter quam sit: si enim li aliter sit modus rei cognitae tunc nullus intelligens intelligit rem aliter quam sit quia hoc esset intelligere rem esse aliter quam sit; si autem sit modus cognoscentis sic quilibet intelligens rem materialem intelligit aliter quam sit quia res, quae habet esse materialiter, immaterialiter solum intelligitur. *52vb*

Articulus tertius

Tertio quaeritur utrum Deus cognoscat alia a se. Et videtur quod non: intellectum enim est perfectio intelligentis; sed nihil aliud ab ipso potest esse perfectio eius quia sic esset aliquid eo nobilius; ergo nihil aliud ab ipso potest esse intellectum ab eo.

2. Sed dicebat quod res vel creatura secundum quod est cognita a Deo est unum cum ipso. — Sed contra, creatura non est unum cum Deo nisi secundum quod est in eo: si ergo

A 328 ut²...et sic] et *imp. praem.* pA 330 cognitionis] *idem conf. praem.* pA 334 Ex] *idem conf. praem.* pA finitus] infinitus *praem.* pA 343 alium...dicimus] dicitur *praem.* pA 344 plus] *idem conf. praem.* pA 352 homine] *idem conf. praem.* pA 362 res...esse] esse *imp. praem.* pA

Φ 305 comparatum] –ratur δ^1 309 imperfectionem] perfectionem Φ 310 sequitur] quod α pγ quod *add.* β sγ δ 311 omnia] sint (*seu* sicut) *add.* δ^1 313 comparatum *om.* α δ 321 cognoscit] cognoscere Φ 323 cognoscat] cogitat δ 324 intellectum] modum δ 330 se ipsum *post* finite β δ 331 alio modo...cognitionis *om.* δ^2 332 se *om.* Φ 333 in *om.* Σ (·δ^1) 338-342 ratio...dicendum quod *hom. om.* δ^2 346 secundum...intellecta *hom. om.* δ 351 quod] hoc δ 353 et hoc] *om.* β et α δ 354 similiter *om.* δ etiam est *inv.* Σ distinguenda] intelligenda Φ 355 hoc *om.* δ^1 356 sit] quia hoc esset intelligere rem (esse) aliter quam sit *add.* β (cf. *lin.* 358) 358-359 quia...sit *hom. om.* β δ (*cf. nota superior*) 360 quilibet *om.* α 361 materialem] materialiter α γ naturaliter β δ 362 immaterialiter *om.* γ

1 Tertio: *postea, peioribus omissionibus exceptis, notantur tantum lectiones quae a duobus testibus vel pluribus praebentur: testes ut supra* a. 1 9 unum] idem vel *praem.* β γ

311 omnia...nihil sunt: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* I d. 8 c. 1. 328 li: cf. supra q. 1 a. 1 206 in nota.

1 Parall.: *I Pars* q. 14 a. 5; *Cont. Gent.* I c. 49; *Super Sent. I* d. 35 a. 2; *Super Metaph.* XII lect. 11; *Super De causis* lect. 13; *Comp. theol.* cap. 30. 2 intellectum...intelligentis: cf. Averroes *Metaph.* XII comm. 51 (VIII, 335 F).

Deus non cognoscit creaturam nisi secundum quod est unum cum eo non cognoscet creaturam nisi secundum quod est in ipso, et ita non cognoscet eam in propria natura.

3. Praeterea, si intellectus divinus cognoscit creaturam, aut cognoscit ipsam per essentiam suam aut per aliud aliquid extrinsecum. Si per aliud extrinsecum medium, cum omne medium quo cognoscitur sit perfectio cognoscentis quia est forma ipsius in quantum est cognoscens, ut patet de specie lapidis in pupilla, sequeretur quod aliquid extrinsecum a Deo esset perfectio eius, quod est absurdum. Si autem cognoscit creaturam per essentiam suam, cum essentia sua sit aliud a creatura sequetur quod ex uno cognoscet aliud; sed omnis intellectus ex uno cognoscens aliud est intellectus discurrens et ratiocinans; ergo in intellectu divino est discursus, et sic erit imperfectus, quod est absurdum.

4. Praeterea, medium per quod res cognoscitur debet esse proportionatum ei quod per ipsum cognoscitur; sed essentia divina non est proportionata ipsi creaturae cum in infinitum ipsam excedat, infiniti autem ad finitum nulla sit proportio; ergo Deus cognoscendo essentiam suam non potest cognoscere creaturam.

5. Praeterea, Philosophus in XI Metaphysicae probat quod Deus tantum se ipsum cognoscit; sed tantum idem est quod non cum alio; ergo non cognoscit alia a se.

6. Praeterea, si cognoscit alia a se, cum cognoscat se ipsum, aut ergo eadem ratione cognoscet se ipsum et alia, aut alia et alia. Si eadem, cum se ipsum per essentiam suam cognoscat sequitur quod et res alias per essentiam earum cognoscet, quod esse non potest; si autem alia et alia ratione, cum cognitio cognoscentis sequatur rationem qua cognoscitur continget quod in divina cognitione invenietur multiplicitas et diversitas, quod repugnat divinae simplicitati: nullo ergo modo Deus creaturam cognoscit.

7. Praeterea, magis distat creatura a Deo quam distet persona Patris a natura deitatis; sed Deus non eodem cognoscit se esse Deum et se esse Patrem, quia in hoc quod dicitur cognoscit se ⟨esse⟩ Patrem includitur notio Patris quae non includitur dum dicitur cognoscit se esse Deum; ergo multo fortius, si creaturam cognoscit, alia ratione se ipsum et alia ratione cognoscet creaturam, quod est absurdum ut probatum est.

8. Praeterea, eadem sunt principia essendi et cognoscendi; sed non eodem Pater est Pater et Deus, ut dicit Augustinus; ergo non eodem cognoscit Pater se esse Patrem et se esse Deum, et multo fortius non eodem cognoscet se et creaturam si creaturam cognoscit.

9. Praeterea, scientia est assimilatio scientis ad scitum; sed inter Deum et creaturam est minima assimilatio cum sit ibi maxima distantia; ergo Deus minimam cognitionem vel nullam de creaturis habet.

10. Praeterea, quicquid cognoscit Deus intuetur; sed Deus, ut dicit Augustinus in libro LXXXIII Quaestionum, nec quicquam extra se intuetur; ergo nec quicquam extra se cognoscit.

11. Praeterea, eadem est comparatio creaturae ad Deum quae puncti ad lineam, unde Trismegistus dixit « Deus est sphaera intelligibilis cuius centrum est ubique circumferentia vero nusquam », per centrum intelligens crea-

A 46 res *sup. lin.* A] *om.* pA (*signum in marg.*) 54 magis distat] propinquior *praem.* pA 57 quia *postea brev. ras.* 58 ⟨esse⟩ *suppl.*] *om.* A 66 ut...ergo] g (*inc.* ergo) *praem.* pA 78 nec] *idem conf. praem.* pA 82 trimergistus A

Φ 12 unum...quod est *hom. om.* β cognoscet] cognoscit Σ (*def.* β) 13 ipso] eo Φ 14 cognoscet] cognoscit Φ eam] secundum quod est *add.* β γ 17 aliud aliquid *inv.* β δ^1 24 cognoscit] cognoscat Φ 25 sequetur] sequeretur β γ δ^1 26 cognoscet] cognoscit Φ (-δ) cognosceret δ^1 35 ipsam] eam δ^1 iam δ^2 finitum] infinitum α γ 36 sit] est Φ Deus *om.* Φ 44 aut...et alia *om.* δ^2 47 cognoscet] cognoscat Φ 49 rationem] cognitionem δ^2 cognitionem sive *praem.* δ^1 continget] contingit β δ 55 distet] distat Φ deitatis] divinitatis Φ 57 dicitur] *om.* β deus γ δ^1 58 ⟨esse⟩ (*induc.* A) *om.* Φ 59 dum] cum Φ 61 se ipsum] cognoscit *add.* Φ 62 cognoscet] –scit Σ *om.* β 68 cognoscet] –scit Φ 77 nec quicquam] nichil Φ 83 est *om.* Φ 84 intelligens] exponens Φ

21 lapidis in pupilla: exemplum Arist. *De anima* III 13 (431 b 29) ut refert Thomas infra q. 23 a. 1. 35 infiniti...proportio: cf. Boetius *De consol.* II pr. 7 (PL 63, 712 A). 39 *Metaph.* XI (=XII) 11 (1074 b 29). 40 tantum...alio: Petrus Hispan. *Summulae logicales* tr. 7 n. 36 ex Arist. *De soph. elench.* cap. 3 (178 a 39). 64 eadem...cognoscendi: Arist. ut patet infra q. 8 a. 11 25. 66 *Enarr. in Ps.* LXVIII[3] (PL 36, 844). 70 scientia...: cf. supra q. 1 a. 1 162 in nota. 77 Quaestio 46 (PL 40, 30). 82 Ps.-Trismegistus *Liber* XXIV *philosophorum* II (ed. Baeumker, p. 208), vide etiam Alan. de Insulis *Regulae de sacra theologia* 7 (PL 210, 627 A).

turam, ut Alanus exponit; sed lineae nihil deperit de eius quantitate si punctum ab ea separetur; ergo et nihil deperit perfectioni divinae si cognitio creaturae ei subtrahatur; sed quicquid est in eo ad eius perfectionem pertinet cum nihil accidentaliter sit in eo; ergo ipse de creaturis cognitionem non habet.

12. Praeterea, quicquid Deus cognoscit ab aeterno cognoscit eo quod | scientia sua non *53ra* variatur; sed quicquid cognoscit est ens quia cognitio nonnisi entis est; ergo quicquid cognoscit Deus ab aeterno fuit; sed nulla creatura fuit ab aeterno; ergo nullam creaturam cognoscit.

13. Praeterea, omne quod perficitur aliquo alio habet in se potentiam passivam respectu illius quia perfectio est quasi forma perfecti; sed Deus non habet in se potentiam passivam: haec enim est principium transmutationis, quae a Deo est procul; ergo non perficitur aliquo alio a se; sed perfectio cognoscentis dependet a cognoscibili quia perfectio cognoscentis est in hoc quod actu cognoscit, quod non est nisi cognoscibile; ergo Deus non cognoscit aliud a se.

14. Praeterea, ut dicitur in IV Metaphysicae, « motor est prior moto secundum naturam »; sed sicut sensibile est movens sensum, ut ibidem dicitur, ita intelligibile movet intellectum; si ergo Deus intelligeret aliquid aliud a se sequeretur quod aliquid esset prius eo, quod est absurdum.

15. Praeterea, omne intellectum facit aliquam delectationem in intelligente, unde in principio Metaphysicae « Omnes homines natura scire desiderant, cuius signum est sensuum delectatio », secundum quod quidam libri habent; si ergo Deus aliquid aliud a se ipso cognosceret illud aliud esset causa delectationis in ipso, quod est absurdum.

16. Praeterea, nihil cognoscitur nisi per naturam entis; sed creatura magis habet de non esse quam de esse, ut patet per Ambrosium et multa sanctorum dicta; ergo creatura magis est Deo incognita quam nota.

17. Praeterea, nihil apprehenditur nisi secundum quod habet rationem veri sicut nihil appetitur nisi secundum quod habet rationem boni; sed creaturae visibiles comparantur in Scriptura mendacio, ut patet Eccli. XXXIV [2] « Quasi qui apprehendit ventum et sequitur aestum sic qui attendit ad visa mendacia »; ergo creaturae magis sunt Deo incognitae quam notae.

18. Sed dicebat quod creatura non dicitur non ens nisi secundum comparationem ad Deum. — Sed contra, creatura non cognoscitur a Deo nisi secundum quod ad ipsum comparatur: si igitur creatura secundum quod comparatur ad Deum est mendacium et non ens et sic incognoscibilis, nullo modo a Deo cognosci poterit.

19. Praeterea, nihil est in intellectu quod non sit prius in sensu; sed in Deo non est ponere sensitivam cognitionem quia materialis est; ergo ipse non intelligit res creatas cum non sint prius in sensu.

20. Praeterea, res praecipue cognoscuntur per causas suas et maxime per causas quae sunt esse rei; sed inter quatuor causas efficiens

A 86 separetur] separaretur *praem.* pA 87 perfectioni divinae *in marg.* A] deo pA 89 eo] *idem conf. praem.* pA 108 cognoscibile] hoc (*seu* secundum, *non liquet*) quod *praem.* pA 130 nisi secundum] s *praem.* pA 148 in Deo] in intellectu *praem.* pA 150 ipse non] nec *praem.* pA 151 sensu] eius (*deletio non perspicua*) *praem.* pA 152 res praecipue cognoscuntur per causas] nichil cognoscitur nisi per (causam *add. in marg. manus poster.*) *praem.* A, *et delevimus* (*cf. supra lin.* 125) 153 per causas quae] q *praem.* pA

Φ 95 cognitio] eius *add.* Φ nonnisi entis est] non est nisi entis Φ 107 nisi] secundum quod *add.* Σ secundum quod sit aliquid *add.* β 114 aliquid aliud *inv.* Σ (-δ^1) 116 est absurdum *inv.* Φ 120 cuius] huius autem Φ 127 Ambrosium et *om.* α δ 130 apprehenditur] –prehendit α β 132 habet...boni] habet rationi (*seu* rationem) α convenit rationi β 135 et *om.* Φ 135-136 sequitur...mendacia] etc. Σ 136 qui] quia β (*def.* Σ) ad visa] ad diversa β (*def.* Σ) 142 secundum quod] in quantum Φ 151 sensu] eius (*induc.* pA) *praem.* Φ (-δ)

85 Alanus: **hic** supra; lineae...separetur: cf. Albertus *Lib. de indivis. lineis* cap. 6. 95 cognitio...est: Dionys. *De div. nom.* cap. 1 § 4 (PG 3, 593 A; Dion. 34) ut refertur infra a. 8 4, cf. Arist. *Anal. post.* I 4 (71 b 25). 111 Cap. 5 (1010 b 37) sec. transl. *Novae Metaph.* (ed. Averroes VIII, 92 I). 113 ibidem: *Metaph.* IV 14 (1010 b 30). 121 quidam libri: *Metaph.* I c. 1 (980 a 21) sec. transl. veterem (ms. Vat. lat. 2991, f. 3^r), cf. *Arist. Latinus* pars prior, p. 63. 128 Locos non invenimus, cf. tamen August. *Confess.* IV c. 10 (PL 32, 699), ibid. VII c. 11 (PL 32, 742). 130 nihil apprehenditur...: Arist. *Anal. post.* I 4 (71 b 25) ut dicitur infra a. 12 4. 131 nihil appetitur...: Arist. *Ethic.* I 1 (1094 a 3) ut refert Thomas supra q. 1 a. 1 158. 134 Eccli. XXXIV^2: textus videtur conflatus ex Eccli. l. c. et Os. XII^1. 140 nisi secundum comparationem...: Petrus Lomb. ut supra a. 2 311 in nota. 147 nihil...sensu: Arist. ut supra q. 1 a. 10 107 in nota.

et finis sunt causae fieri rei, forma autem et materia sunt causae essendi rem quia intrant eius constitutionem; Deus autem non est causa rerum nisi efficiens et finalis; ergo minimum est quod de creaturis cognoscit.

SED CONTRA, Hebr. IV [13] « Omnia nuda et aperta sunt oculis eius ».

2. Praeterea, cognito uno relativorum cognoscitur alterum; sed principium et principiatum relative dicuntur; ⟨ergo⟩ cum ipse sit principium rerum per essentiam suam cognoscendo essentiam suam cognoscit creaturas.

3. Praeterea, Deus est omnipotens: ergo eadem ratione debet dici omnisciens; ergo non tantum scit res fruibiles sed etiam utiles.

4. Praeterea, Anaxagoras posuit intellectum ' esse immixtum ut omnia cognoscat ', et de hoc a Philosopho commendatur in III De anima; sed intellectus divinus est maxime immixtus et purus; ergo maxime omnia cognoscit, non solum se sed alia.

5. Praeterea, quanto aliqua substantia est simplicior tanto est plurium formarum comprehensiva; sed Deus est substantia simplicissima; ergo ipse est comprehensivus formarum omnium rerum: ergo cognoscit omnes res, non solum se ipsum.

6. Praeterea, « propter quod unumquodque et illud magis » secundum Philosophum; sed Deus est causa cognoscendi creaturas omnibus qui cognoscunt: ipse enim est « lux quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum », Ioh. I [9]; ergo ipse maxime cognoscit creaturas.

7. Praeterea, sicut Augustinus probat in libro De Trinitate, nihil diligitur nisi cognitum; sed Deus « diligit omnia quae sunt », Sap. XI [25]; ergo etiam omnia cognoscit.

8. Praeterea, in Psal. dicitur « Qui finxit oculum non considerat? » quasi ' sic '; ergo ipse Deus qui fecit omnia omnia considerat et cognoscit.

9. Praeterea, in Psal. alibi dicitur « Qui finxit singillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum »: hic autem est Deus, cordium fictor; ergo cognoscit opera hominum et sic alia a se.

10. Praeterea, hoc idem habetur ex hoc quod alibi in Psal. dicitur « Qui fecit caelos in intellectu »; ergo ipse intelligit caelos quos creavit.

11. Praeterea, cognita causa, praecipue formali, cognoscitur effectus; sed Deus est causa formalis exemplaris creaturarum; ergo cum ipse se ipsum cognoscat cognoscet etiam creaturas.

RESPONSIO. Dicendum quod absque dubio concedendum est quod Deus non solum se | cognoscit sed etiam omnia alia, quod quidem hoc modo probari potest: omne enim quod naturaliter in alterum tendit oportet hoc habeat ex aliquo dirigente ipsum in finem, alias casu in illud tenderet; in rebus autem naturalibus invenimus naturalem appetitum quo unaquaeque 53rb

A 164 ⟨ergo⟩ *suppl. cum* T E Φ] *trans. ad lin. om.* A 165 suam] *idem conf. praem.* pA 169 utiles] Set *add.* pA 176 quanto *em.* A] *conf.* pA 177 comprehensiva] cogn. (*casu non del.*) *praem.* A, *et delevimus* 182 Praeterea, propter] pp (*inc.* propter) *praem.* pA 184 causa] *idem conf. praem.* pA 204 caelos] *idem conf. et imp. praem.* pA 218 appetitum] inesse *add.* pA

Φ 155 finis] finalis Φ fieri] esse Φ (-γ) 156 causae] causa Φ 160 IV] iii (*seu* 3) Φ et aperta *post* sunt Φ 163 alterum] aliud Φ 164 ⟨ergo⟩ *suppl.* Φ 165 rerum] *om.* δ^1 *post* cognoscendo δ^2 166 creaturas] –turam Φ 168 omnisciens] dei sciens α β 169 utiles] utibiles Φ 171 esse *om.* Σ de] ob Φ 175 sed alia] et alia α δ^2 sed et (*seu* etiam) alia γ δ^1 176 substantia] formarum α δ^2 forma δ^1 177 comprehensiva] apprehensiva β δ 179 comprehensivus] apprehensivus δ^1 183 et illud] tale ipsum α δ secundum Philosophum *om.* α δ 185 est] *om.* γ *post* lux δ^1 quae] qui α δ^1 194 quasi] quale β diceret *add.* γ 195 omnia[2] *om.* Σ 197-205 *scil. arg. sed c.* 9 *et* 10 *om.* α δ 200 fictor] cognitor vel factor β *ante* cordium γ (*def.* α δ) 202 hoc[1] *om.* β γ (*def.* α δ) 205 creavit] ipse *praem.* β γ (*def.* α δ) 206 praecipue *om.* β γ 209 ipse *om.* Φ cognoscet] –scit Φ 215 oportet] quod *add.* Φ

162 cognito...: Arist. *Praedic.* cap. 7 (8 a 35) ut refert Thomas *Super Sent. I* d. 35 a. 2 sed c. 2, *Super Sent. II* d. 38 a. 4. 169 fruibiles...utiles: vocabula August. *De doct. christ.* I c. 3 (PL 34, 20) ut refert Petrus Lomb. *Lib. Sent.* I d. 1 c. 2. 173 *De anima* III 7 (429 a 18). 176 quanto...comprehensiva: cf. *Liber de causis* prop. 10 (9) et comm. sec. Thomam *II-II* q. 45 a. 3 ad 1, cf. etiam ⟨Adam Pulchre-Mulieris⟩ *Liber de Intelligentiis* XI [1] (ed. Baeumker, p. 15). 183 *Anal. post.* I c. 2 (72 a 29) sec. transl. anon. (ed. Minio-Paluello, p. 10), cf. Thomas *Super Sent. I* d. 12 a. 2 arg. 2. 190 X c. 1 (PL 42, 971). 193 Ps. XCIII[9]. 194 quasi ' sic ': eandem loci interpretationem habet Bonaventura *Comment. in lib. Sap.* I[6]. 197 alibi: XXXII[15]. 203 alibi: CXXXV[6]. 216 dirigente...finem: Themistius ex Averrois *Metaph.* XII comm. 18 (VIII, 303 K) ut refertur *De malo* q. 3 a. 3 arg. 10. 218 naturalem appetitum: vocabulum ex Averrois *Phys.* I comm. 81 (IV, 46 D) depromptum.

res in finem suum tendit, unde oportet supra omnes res naturales ponere aliquem intellectum qui res naturales ad suos fines ordinaverit et eis naturalem inclinationem sive appetitum indiderit; sed res non potest ordinari ad finem aliquem nisi res ipsa cognoscatur simul cum fine ad quem ordinanda est, unde oportet quod in intellectu divino, a quo rerum naturae origo provenit et naturalis ordo in rebus, sit naturalium rerum cognitio. Et hanc probationem innuit Psalmista cum dixit « Qui finxit oculum non considerat? », ut Rabbi Moyses dicit, quod idem est ac si diceret ' qui oculum fecit sic proportionatum ad suum finem qui est eius actus, scilicet visio, nonne considerat oculi naturam? '

Sed oportet videre ulterius per quem modum creaturas cognoscit. Sciendum est igitur quod cum omne agens agat in quantum est in actu, oportet quod illud quod per agentem efficitur aliquo modo sit in agente, et inde est quod omne agens agit sibi simile; omne autem quod est in altero est in eo per modum recipientis; unde si principium activum sit materiale effectus eius est in eo quasi materialiter quia velut in virtute quadam materiali, si autem sit immateriale activum principium etiam effectus eius in eo immaterialiter erit. Dictum autem est supra quod secundum hoc aliquid cognoscitur ab altero secundum quod in eo immaterialiter recipitur. Et inde est quod principia activa materialia non cognoscunt effectus suos quia non sunt effectus sui in eis secundum quod cognoscibiles sunt; sed in principiis activis immaterialibus effectus sunt secundum quod cognoscibiles sunt quia immaterialiter, unde omne principium activum immateriale cognoscit effectum suum; et inde est quod in libro De causis dicitur quod « intelligentia cognoscit id quod est sub se in quantum est causa ei ». Unde cum Deus sit rerum immateriale principium activum sequitur quod apud ipsum sit earum cognitio.

1. Ad primum igitur dicendum quod intellectum non est perfectio intelligentis secundum illam rem quae cognoscitur, res enim illa est extra intelligentem, sed secundum rei similitudinem qua cognoscitur quia perfectio est in perfecto, lapis autem non est in anima sed similitudo lapidis. Sed similitudo rei intellectae est in intellectu dupliciter, quandoque quidem ut aliud ab ipso intelligente, quandoque vero ut ipsa intelligentis essentia, sicut intellectus noster cognoscendo se ipsum cognoscit alios intellectus in quantum ipsemet est similitudo aliorum intellectuum; sed similitudo lapidis in ipso existens non est ipsa essentia intellectus, immo recipitur in eo sicut forma quasi in materia: haec autem forma quae est aliud ab intellectu, quandoque quidem comparatur ad rem cuius est similitudo ut causa eius, sicut patet in intellectu practico cuius forma est cáusa rei operatae, quandoque autem est effectus rei, sicut patet in intellectu nostro speculativo accipiente cognitionem a rebus. Quandocumque ergo intellectus cognoscit rem aliquam per similitudinem quae non est intelligentis essentia tunc intellectus perficitur aliquo alio a se: sed si illa similitudo sit causa rei perficietur tantum similitudine et nullo modo re cuius est similitudo, sicut domus non est perfectio artis sed magis e converso; si autem sit effectus rei tunc res etiam erit quodam modo perfectio intellectus, active scilicet, similitudo vero eius formaliter; cum vero similitudo rei cognitae est ipsa intelligentis essentia non perficitur per aliud a se, nisi forte active

A 230 rabi A 232 eius] eus *idem conf. inc. praem.* pA 233 actus] *idem conf. praem.* pA 235 Sed...per quem modum] Quomodo *praem.* pA 291 etiam *hic* A] *post* quodam pA

Φ 221 suos fines] suum finem Φ (-δ^1) finem suum δ^1 231 diceret] diceretur Φ 232 qui] quod α δ^2 238-240 per... omne[1] *om.* α 246 in eo] *om.* δ *post* immaterialiter β autem est *inv.* β δ^1 252-254 sed...sunt *hom. om.* β 262 igitur] ergo Φ 262 intellectum] –lectus Φ 269 quidem] *om.* α δ ita *add.* β γ 276 immo] quia α δ 278 quidem *om.* Φ 279 sicut] ut Φ 282 in] de Φ 283 Quandocumque] quandoque δ^2 quando δ^1 287 aliquo alio] *inv.* α γ aliquo modo β 291 etiam erit *inv.* Φ

229 Ps. XCIII[9]. 230 *Dux neutr.* III c. 20. 237 omne...actu: sic Thomas passim, e. g. *Super Sent. II* d. 1 q. 1 a. 2 sed c. 2, ibid. d. 17 q. 2 a. 1, *Cont. Gent.* I c. 73, *Cont. Gent.* II c. 21, cf. Arist. *Phys.* III 4 (202 a 11), Averroes *Phys.* III comm. 17 (IV, 92 D), *De anima* III comm. 20 (VI[1], 137 F). 240 omne agens...simile: sic Thomas passim e. g. *Super Sent. II* d. 18 q. 2 a. 1 ad 4, *Cont. Gent.* I c. 49, *Cont. Gent.* II c. 46, cf. Arist. *De gen. et corr.* I c. 7 (324 a 10), *De anima* II 23 (424 a 1); omne autem...recipientis: cf. supra q. 1 a. 2 18 in nota. 247 supra: a. 2. 257 Prop. 8 (7).

utpote si eius essentia sit ab alio effecta. Et quia intellectus divinus non habet scientiam causatam a rebus nec similitudo rei per quam cognoscit res est aliud quam sua essentia nec essentia sua est ab alio causata, nullo modo ex hoc quod cognoscit res alias sequitur quod eius intellectus sit ab alio perfectus.

2. Ad secundum dicendum quod Deus non cognoscit res tantum secundum quod in ipso sunt si li secundum quod referatur ad cognitionem ex parte cogniti, quia non cognoscit in rebus solum esse quod habent in ipso secundum quod sunt unum cum eo sed etiam esse quod habent extra ipsum secundum quod diversificantur ab eo; si autem li secundum quod determinet cognitionem ex parte cognoscentis sic verum est quod Deus non cognoscit res nisi secundum quod sunt in ipso, quia ex similitudine rei quae est idem cum ipso in ipso existens.

53va 3. Ad tertium dicendum quod Deus hoc modo cognoscit creaturas secundum quod sunt in ipso; effectus autem in quacumque causa efficiente existens non est aliud ab ipsa si accipiatur illud quod est per se causa, sicut domus in arte non est aliud quam ipsa ars, quia secundum hoc effectus est in principio activo quod principium activum assimilat sibi effectum: hoc autem est ex hoc ipso quo agit; unde si aliquod principium activum agat per suam formam tantum, secundum hoc est effectus eius in eo quod habet formam illam nec effectus eius in eo erit distinctus a forma sua: similiter nec in Deo, cum agat per suam essentiam, effectus eius in eo est dictinctus ab essentia sua sed omnino unum, et ideo hoc quo cognoscit effectum non est aliud quam essentia sua. Nec tamen sequitur quod cognoscendo effectum per hoc quod essentiam suam cognoscit sit aliquis discursus in intellectu eius. Tunc enim solum dicitur intellectus de uno in aliud discurrere quando diversa apprehensione utrumque apprehendit, sicut intellectus humanus alio actu apprehendit causam et effectum et ideo effectum per causam cognoscens dicitur de causa discurrere in effectum; quando vero non alio actu fertur potentia cognoscitiva in medium quo cognoscit et in rem cognitam tunc non est aliquis discursus in cognitione, sicut visus cognoscens lapidem per speciem lapidis in ipso existentem vel rem quae resultat in speculo per speculum non dicitur discurrere, quia idem est ei ferri in similitudinem rei et in rem quae per talem similitudinem cognoscitur. Hoc autem modo Deus per essentiam suam effectus suos cognoscit sicut per similitudinem rei cognoscitur res ipsa, et ideo una cognitione se et alia cognoscit, ut etiam Dionysius dicit VII cap. De divinis nominibus sic dicens « Non igitur Deus propriam habet sui ipsius cognitionem aliam autem communem existentia omnia comprehendentem », et ideo nullus discursus est in eius intellectu.

4. Ad quartum dicendum quod aliquid dicitur proportionatum alteri dupliciter: uno modo quia inter ea attenditur proportio, sicut dicimus quatuor proportionari duobus quia se habet in dupla proportione ad duo; alio modo per modum proportionalitatis, ut si dicamus sex et octo esse proportionata quia sicut sex est duplum ad tria ita octo ad quatuor: est enim proportionalitas similitudo proportionum. Et quia in omni proportione attenditur habitudo ad invicem eorum quae proportionata

A 311 cognoscentis *coni. cum* δ^1] cogniti (*cf. lin.* 306) A 315 existens] *idem conf. praem.* pA 316 Ad tertium...*incip. pag.* A] Ad tertium dicendum quod cognoscere unum per aliud dupliciter contingit. Vno modo quando est diversa cognitio eius quod cognoscitur et eius quo cognoscitur. et tunc de necessitate in cognoscendo unum per aliud est discursus. quia est ibi cognitio ex cognitione causata sicut *in fine col.* 53^{rb} *praem.* pA, *quod per lineam circumductam et verbum* va-cat *deletur* 317 cognoscit *em.* A] cognoscitur (*ut videtur*) pA 323 quod] secundum h *praem.* pA 340 effectum] effe *conf. inc. praem.* pA 364 si *trans. ad lin. rep.* A, *et alterum delevimus*

Φ 298 causatam] creatam β δ^1 304 tantum *om.* Φ 310 quod *om.* Φ (-γ) 311 determinet] referatur vel *praem.* β γ 311 cognoscentis] cogniti (*cf.* A) Φ (-δ^1) 314 in ipso *hom. om.* Φ 319 efficiente existens *inv.* Φ (-δ) 320 illud] id γ δ^1 327 quod] secundum *praem.* β γ 331-332 sed...essentia sua *hom. om.* δ^2 331 quo] quod Σ (*def.* δ^2) 332 effectum] creaturam α δ^1 (*def.* δ^2) 336 solum dicitur *inv.* Φ de] ab β γ 338 humanus] noster α δ 339 actu] modo Σ et ideo effectum *hom. om.* δ^2 340 causam] causas Φ de causa *om.* α δ 346 rem] res Σ 350 autem modo] *inv.* Φ (-δ^1) modo quo (*seu* modo que) δ^1 354 Dionysius dicit *inv.* Φ 357 comprehendentem] apprehendentem β δ 369 proportionata] –nari Φ

354 § 2 (PG 3, 869 C) sec. transl. Sarraceni (Dion. 400). 366 est enim...proportionum: Euclides *Element.* V sec. transl. Adelardi de Bath, Versio II (ed. Venetiis 1482, f. 29^v). 368 in omni proportione...: cf. Euclides hic supra (f. 29^r).

dicuntur secundum aliquem determinatum excessum unius super alterum, ideo impossibile est infinitum aliquod proportionari finito per modum proportionis; sed in his quae proportionata dicuntur per modum proportionalitatis non attenditur habitudo eorum ad invicem sed similis habitudo aliquorum duorum ad alia duo, et sic nihil prohibet esse proportionatum infinitum finito quia sicut quoddam finitum est aequale cuidam finito ita infinitum est aequale alteri infinito. Et secundum hunc modum oportet esse proportionatum medium ei quod per ipsum cognoscitur, ut scilicet sicut se habet medium ad aliquid demonstrandum ita se habeat quod per ipsum cognoscitur ad hoc quod demonstretur, et sic nihil prohibet essentiam divinam esse medium quo creatura cognoscatur.

5. Ad quintum dicendum quod aliquid intelligitur dupliciter: uno modo in se ipso, quando scilicet ex ipsa re intellecta vel cognita formatur acies intuentis; alio modo videtur aliquid in altero quo cognito et illud cognoscitur. Deus ergo se ipsum tantum cognoscit in se ipso alia vero non in se ipsis cognoscit sed cognoscendo suam essentiam, et secundum hoc Philosophus dixit quod Deus tantum se ipsum cognoscit, cui etiam consonat Dionysii dictum in VII cap. De divinis nominibus « Deus », inquit, « existentia cognoscit non scientia quae sit existentium sed quae sit sui ipsius ».

6. Ad sextum dicendum quod si ratio cognitionis accipiatur ex parte cognoscentis Deus eadem ratione se cognoscit et alia quia et idem cognoscens et idem cognitionis actus et idem medium est cognoscendi; si autem accipiatur ratio ex parte rei cognitae sic non eadem ratione se cognoscit et alia quia non est eadem habitudo sui et aliorum ad medium quo cognoscit, quia ipse illi medio est idem per essentiam res autem aliae per assimilationem tantum, et ideo se ipsum cognoscit per essentiam alia vero per similitudinem: idem tamen est quod est eius essentia et aliorum similitudo.

7. Ad septimum dicendum quod ex parte cognoscentis omnino eadem cognitione cognoscit Deus se esse Deum et se esse Patrem; sed non est idem quo cognoscit ex parte cogniti: cognoscit enim se esse Deum deitate et se esse Patrem paternitate, quae secundum modum intelligendi non idem est quod deitas quamvis realiter unum sit.

8. Ad octavum dicendum quod illud quod est principium essendi etiam est principium cognoscendi ex parte rei cognitae quia per sua principia res cognoscibilis est; sed illud quo cognoscitur ex parte cognoscentis est ⟨rei⟩ similitudo vel principiorum eius quae non est principium essendi ipsi rei nisi forte in practica cognitione.

9. Ad nonum dicendum quod similitudo aliquorum duorum | ad invicem potest dupliciter attendi: uno modo secundum convenientiam in natura, et talis similitudo non requiritur inter cognoscens et cognitum, immo videmus quandoque quod quanto talis similitudo est minor tanto cognitio est perspicacior, sicut minor est similitudo similitudinis quae est in intellectu ad lapidem quam illius quae est in sensu cum sit magis a materia remota, et tamen intellectus perspicacius cognoscit quam sensus; alio modo quantum ad repraesentationem, et haec similitudo requiritur cognoscentis ad cognitum. Quamvis igitur sit minima similitudo creaturae ad Deum secundum convenientiam in natura, est tamen maxima similitudo secundum hoc quod expressissime divina essentia repraesentat creaturam, et ideo intellectus divinus optime rem cognoscit. *53vb*

10. Ad decimum dicendum quod cum dicitur quod Deus nihil extra se intuetur intelligendum est sicut in quo intueatur non sicut

A 393 se ipsum] s *et litt. imp. add.* pA 425 illud...ex parte cognoscentis] ex parte cognoscentis *praem.* pA 426 ⟨rei⟩ *suppl.*] *trans. ad lin. om.* A

Φ 372 aliquod] aliquid Φ 377 prohibet esse *om.* α δ^2 384 habeat] habet β δ^1 397 in] v. α *om.* γ δ 410 tantum *om.* Φ 423 principium²] intelligendi vel *add.* β γ 426 ⟨rei⟩] (*induc.* A) *om.* Φ (-δ) *post* similitudo *suppl.* δ 427 vel *om.* Φ (-δ) 433 natura] ipsa α δ 446 hoc *om.* Φ 450 quod *om.* Φ

391 acies intuentis: vocabulum August. e. g. *De Trin.* XIV c. 3 (PL 42, 1039). 398 § 2 (PG 3, 869 C) sec. transl. Sarraceni (Dion. 401).

quod intueatur: illud enim in quo omnia intuetur in ipso est.

11. Ad undecimum dicendum quod quamvis a linea si diminuatur punctus in actu nihil depereat de lineae quantitate, si tamen diminuatur a linea quod non sit terminabilis ad punctum peribit lineae substantia; similiter etiam est et de Deo: non enim aliquid Deo deperit si eius creatura ponatur non esse, deperit tamen perfectioni ipsius si auferatur ab eo potestas producendi creaturam. Non autem cognoscit res solum secundum quod sunt in actu sed etiam secundum quod sunt in potentia eius.

12. Ad duodecimum dicendum quod quamvis cognitio non sit nisi entis non tamen oportet ut illud quod cognoscitur sit tunc ens in sua natura quando cognoscitur: sicut enim cognoscimus distantia loco ita cognoscimus distantia tempore, ut patet de praeteritis; et ideo non est inconveniens si cognitio Dei ponatur aeterna de rebus non aeternis.

13. Ad tertium decimum dicendum quod perfectionis nomen si stricte accipiatur in Deo poni non potest quia nihil est perfectum nisi quod est factum; sed in Deo nomen perfectionis accipitur magis negative quam positive, ut dicatur perfectus quia nihil deest ei ex omnibus, non quod sit in eo aliquid quod sit in potentia ad perfectionem quod aliquo perficiatur quod sit actus eius; et ideo non est in eo potentia passiva.

14. Ad quartum decimum dicendum quod intelligibile et sensibile non movent sensum vel intellectum nisi secundum quod cognitio sensitiva vel intellectiva a rebus accipitur; non est autem talis divina cognitio, et ideo ratio non procedit.

15. Ad quintum decimum dicendum quod, secundum Philosophum in VII et X Ethicorum, delectatio intellectus est ex operatione convenienti: unde ibi dicitur quod « Deus una et simplici operatione gaudet »; secundum hoc igitur aliquod intelligibile est causa delectationis intellectui secundum quod est causa operationis ipsius; hoc autem est secundum quod facit similitudinem suam in ipso qua intellectus operatio informatur; unde patet quod res quae intelligitur non est causa delectationis in intellectu nisi quando cognitio intellectus a rebus accipitur, quod non est in intellectu divino.

16. Ad sextum decimum dicendum quod esse simpliciter et absolute dictum de solo divino esse intelligitur sicut et bonum, ratione cuius dicitur Matth. XIX [17] « Nemo bonus nisi solus Deus »; unde quantum creatura accedit ad Deum tantum habet de esse, quantum vero ab eo recedit tantum habet de non esse; et quia non accedit ad Deum nisi secundum quod esse finitum participat, distat autem in infinitum, ideo dicitur quod plus habet de non esse quam de esse: et tamen illud esse quod habet cum a Deo sit a Deo cognoscitur.

17. Et similiter dicendum ad septimum decimum quia creatura visibilis non habet veritatem nisi secundum quod accedit ad primam veritatem, secundum quod vero ab eo deficit falsitatem habet, ut etiam Avicenna dicit.

18. Ad duodevicesimum dicendum quod aliquid comparatur Deo dupliciter: vel secundum commensurationem, et sic creatura Deo comparata invenitur quasi nihil; vel secundum conversionem ad Deum a quo esse recipit, et sic hoc solum modo esse habet quo comparatur ad Deum, et sic etiam a Deo cognoscibilis est.

19. Ad undevicesimum dicendum quod ver-

A 471 ut...et ideo non] et ideo no *praem.* pA 478 accipitur] accipiatur *praem.* pA 488 non procedit] p *praem.* pA 499 res...delectationis] intelligibile non est causa delectationis *praem.* pA 502 quod...divino *in marg.* A] *om.* pA 505 esse] et *praem.* pA 520 ut etiam] et *praem.* pA

Φ 457 terminabilis] *lac.* (*seu om.*) α terminata β 468 ut] quod Φ 471 ideo] ita Φ 472 Dei *om.* Φ aeterna *om.* Φ 476 poni *post* potest Φ 491 VII] metaphysice *add.* Σ Ethicorum] ethice Σ 495 aliquod] aliquid Φ 498 qua] quo Φ 499 operatio] opere Φ informatur] –metur Φ 517 quia] dicendum quod δ^2 quod Φ (-δ^2) 519 quod vero *inv.* Φ 519 eo deficit] ea recedit Φ 520 falsitatem habet *inv.* Φ (-δ) ut...dicit *om.* δ^2 etiam Avicenna *inv.* δ^1 526 modo esse habet] esse Φ

457 terminabilis ad punctum: cf. Euclides *Element.* I (ed. Venetiis 1482, f. 2^r) quem refert Thomas *I Pars* q. 85 a. 8 arg. 2. 476 nihil...factum: cf. Isid. *Etymol.* VII c. 1 (PL 82, 263 A). 479 perfectus...deest ei: Arist. *Phys.* III 11 (207 a 8) ut refert Thomas *III Pars* q. 27 a. 5 arg. 2. 492 *Ethic.* VII 14 (1154 b 15) et X 6 (1174 b 19). 493 ibi: *Ethic.* VII c. 15 (1154 b 26) sec. transl. Lincolniensis (ms. Vat. lat. 2171, f. 151^v) ubi tamen legitur ' delectatione ' loco ' operatione '. 507 Rectius Luc. XVIII[19]. 520 *Metaph.* VII c. 6 (f. 100^{ra} A).

bum illud est intelligendum de intellectu nostro qui a rebus scientiam accipit: gradatim enim res a sua materialitate ad immaterialitatem intellectus deducitur, scilicet mediante immaterialitate sensus; et ideo oportet ut quod est in intellectu nostro prius in sensu fuerit, quod in intellectu divino locum non habet.

20. Ad vicesimum dicendum quod, quamvis agens naturale, ut Avicenna dicit, non sit causa nisi fiendi, – cuius signum est quod eo destructo non cessat esse rei sed fieri solum –, agens tamen divinum quod est influens esse rebus est omnibus rebus causa essendi quamvis rerum constitutionem non intret, et tamen est similitudo principiorum essentialium quae intrant rei constitutionem: et ideo non solum cognoscit fieri rei sed esse eius et principia essentialia ipsius.

Articulus quartus

54ra Quarto quaeritur utrum Deus de rebus habeat propriam et determinatam cognitionem. Et videtur quod non quia, sicut dicit Boetius, « universale est dum intelligitur, singulare dum sentitur »; sed in Deo non est cognitio sensitiva sed intellectiva tantum; ergo Deus non habet nisi universalem cognitionem de rebus.

2. Praeterea, si Deus cognoscit creaturas, aut cognoscit eas pluribus aut uno: si pluribus, ergo eius scientia plurificatur etiam ex parte cognoscentis quia id quo cognoscitur in cognoscente est; si autem uno, et per unum non potest haberi de multis cognitio distincta et propria, videtur quod Deus non habeat propriam cognitionem de rebus.

3. Praeterea, sicut Deus est causa rerum eo quod eis esse influit ita ignis est causa calidorum ex hoc quod eis calorem influit; sed si ignis se ipsum cognosceret, cognoscendo calorem suum non cognosceret alia nisi in quantum sunt calida; ergo Deus cognoscendo essentiam suam non cognoscit alia nisi in quantum sunt entia; sed istud non est habere cognitionem propriam de rebus sed maxime universalem; ergo Deus non habet propriam cognitionem de rebus.

4. Praeterea, cognitio propria de re aliqua haberi non potest nisi per speciem quae nihil plus vel minus contineat quam in re sit: sicut enim viridis color imperfecte cognosceretur per speciem deficientem ab ipso, scilicet nigri, ita imperfecte cognosceretur per speciem superexcedentem, scilicet albi, in quo perfectissime natura coloris invenitur unde et albedo est mensura omnium colorum, ut dicitur in X Metaphysicae; sed quantum essentia divina superat creaturam tantum creatura deficit a Deo; cum ergo divina essentia nullo modo proprie et complete possit cognosci mediante creatura nec creatura poterit proprie cognosci mediante essentia divina; sed Deus non cognoscit creaturam nisi per essentiam suam; ergo non habet propriam cognitionem de creaturis.

5. Praeterea, omne medium quod facit propriam cognitionem de re potest assumi ut medium demonstrationis ad concludendum illud; sed essentia divina non hoc modo se habet ad creaturam, alias creaturae essent quandocumque fuit essentia divina; ergo Deus cognoscens creaturas per essentiam suam non habet propriam cognitionem de rebus.

6. Praeterea, si Deus cognoscit creaturam, aut cognoscit eam in propria natura aut in idea. Si in propria natura, tunc propria natura creaturae est medium quo Deus cognoscit creaturam; sed medium cognoscendi est perfectio

A 533 intellectus] *idem conf. praem.* pA
1 de rebus habeat...cognitionem] cognoscat *praem.* pA 4 intelligitur...singulare dum sentitur] sentitur sing *praem.* pA 13 cognoscente] *litt. imp. praem.* pA 31 per speciem deficientem *rep.* A, *et alterum delevimus* 40 mediante] per me *praem.* pA

Φ 542 est omnibus rebus] *hom. om.* Φ (-γ) est omnibus γ 546 rei] res Φ (-γ)
1 Deus] *om.* δ^2 *post* rebus δ^1 2 cognitionem *ante* et determinatam Φ 12 quo] quod Φ 14 de multis] *hic et ante* non α β *ante* non δ 14-15 cognitio...propria] cognitio propria et distincta Φ (-δ) propria cognitio et distincta δ 18 ita] et *add.* δ^1 (*def.* δ^2) 18-19 ita...influit *hom. om.* δ^2 23 sunt entia] sunt essentia α est essentia δ^1 24 cognitionem propriam *inv.* Φ 28 cognitio propria *inv.* Φ 41 proprie cognosci *inv.* Φ (-δ) 48 se habet *om.* α β 50 fuit] esset δ^1 sint δ^2

538 *Metaph.* VI c. 2 (f. 92ra C) ut refert Thomas infra q. 5 a. 8 325.
1 Parall.: *I Pars* q. 14 a. 6; *Cont. Gent.* I c. 50; *Super Sent. I* d. 35 a. 3. 4 *In Porphyrii Isagogen ed. sec.* I (PL 64, 85 D); hanc sententiam quamvis verbatim apud Boetium non invenies, sic communiter tamen proferunt Scholastici e. g. infra a. 6 36, Bonaventura *Super Sent. II* d. 3 p. 1 a. 2 q. 2 arg. 5, Albertus *Super Sent. I* d. 39 a. 9. 37 *Metaph.* X 3 (1053 b 28).

cognoscentis; ergo natura creaturae erit perfectio divini intellectus, quod est absurdum. Si vero cognoscit creaturam in idea, cum idea sit magis remota a re quam essentialia vel accidentalia rei, minorem cognitionem habebit de re quam illam quae est per essentialia vel accidentalia eius; sed omnis propria cognitio de re habetur vel per essentialia vel per accidentalia eius quia etiam « accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est », ut dicitur in I De anima; ergo Deus non habet propriam cognitionem de rebus.

7. Praeterea, per medium universale non potest haberi propria cognitio de aliquo particulari, sicut per animal non potest haberi propria cognitio de homine; sed essentia divina est medium maxime universale quia communiter se habet ad omnia cognoscenda; ergo Deus per essentiam suam non potest habere propriam cognitionem de creaturis.

8. Praeterea, cognitio disponitur secundum medium cognoscendi, ergo propria cognitio non habebitur nisi per proprium medium; sed essentia divina non potest esse proprium medium cognoscendi hanc creaturam, quia si esset proprium ⟨huic⟩ iam alteri non esset medium cognoscendi: quod enim est huic et alteri, est commune utrique et non proprium alteri; ergo Deus per essentiam suam creaturas cognoscens non habet propriam cognitionem de eis.

9. Praeterea, Dionysius dicit VII cap. De divinis nominibus quod Deus cognoscit « materialia immaterialiter et multa unite » sive distincta indistincte; sed talis est divina cognitio qualiter Deus res cognoscit; ergo Deus habet indistinctam cognitionem de rebus et ita non proprie cognoscit hoc aut illud.

SED CONTRA, nullus potest discernere inter illa de quibus non habet propriam cognitionem; sed Deus hoc modo creaturas cognoscit quod inter eas discernit: cognoscit enim hanc non esse illam, alias non daret singulis secundum suam capacitatem nec redderet unicuique secundum opus suum iuste de actibus hominum iudicando; ergo Deus habet propriam cognitionem de rebus.

2. Praeterea, nihil imperfectum est Deo attribuendum; sed cognitio qua cognoscitur aliquid in communi et non in speciali est imperfecta cum aliquid ei desit; ergo divina cognitio non est in communi tantum de rebus sed etiam in speciali.

3. Praeterea, secundum hoc accideret Deum, ' qui est felicissimus, esse insipientissimum ' si non cognosceret de rebus hoc quod nos cognoscimus, quod etiam pro inconvenienti habet Philosophus in I De anima et in III Metaphysicae.

RESPONSIO. Dicendum quod ex hoc ipso quod Deus res ordinat ad suum finem probari potest quod Deus propriam cognitionem habet de rebus, quia non potest res aliqua in proprium finem ordinari per aliquam cognitionem nisi cognoscatur propria eius natura secundum quam habet determinatam habitudinem ad finem illum. Qualiter autem hoc esse possit hoc modo considerandum est. 54rb

Per cognitionem enim causae non cognoscitur effectus ⟨nisi⟩ secundum hoc quod effectus ex ea consequitur; unde si sit aliqua causa universalis cuius actio ad aliquem effectum non determinetur nisi mediante aliqua causa particulari, per cognitionem illius causae communis non habebitur propria cognitio de effectu sed scietur in communi tantum, sicut actio solis determinatur ad productionem huius plan-

A 62 rei] *idem conf. praem.* pA 80 proprium] *idem conf. praem.* pA 83 ⟨huic⟩ *suppl. cum* E] *trans. ad lin. om.* A 84 est[2]] et *imp. praem.* pA 110 secundum hoc] secundum secundum *praem.* pA 112-115 cognoscimus...Metaphysicae *in appendice col.* 54[ra] 120 per...nisi] nisi *praem.* pA 126 effectus[1]] *idem conf. praem.* pA ⟨nisi⟩ *suppl. cum* γ] *trans. ad lin. om.* A 130 communis] *idem conf. praem.* pA 131 habebitur] he *praem.* pA

Φ 60 in idea *ante* cognoscit Φ 64 eius] rei Σ 66 magnam] maximam Φ 83 ⟨huic⟩] (*induc.* A) *om.* Φ iam] medium cognoscendi hanc creaturam quia si esset proprium *praem.* δ[2] medium cognoscendi hanc creaturam *praem.* δ[1] 83 alteri] alterius (*induc.* A) Φ 88 Dionysius dicit *inv.* Φ (-δ[1]) 99 secundum *om.* α δ 105 attribuendum] tribuendum Φ 107 aliquid ei *inv.* Φ 112 de rebus *post* hoc Σ 113 etiam *om.* Φ 114 I] libro Φ 126 ⟨nisi⟩] (*induc.* A) *om.* Φ (-γ) 127 causa] *om.* α δ[2] *post* universalis γ δ[1]

68 Cap. 1 (402 b 21) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 91,13). 89 § 2 (PG 3, 869 B) sec. transl. Sarraceni (Dion. 398). 104 nihil...attribuendum: Moyses Maim. ut supra a 1 43 in nota. 114 *De anima* I 12 (410 b 4). 115 *Metaph.* III 11 (1000 b 3). 121 nisi...natura: Moyses Maim. ut supra a. 3 230 in nota.

tae mediante vi sementiva quae est in terra vel in semine, unde si sol cognosceret se ipsum non haberet cognitionem propriam de hac planta sed communem tantum nisi cum hoc cognosceret propriam causam eius; et ideo ad hoc quod habeatur propria et perfecta cognitio de aliquo effectu oportet quod in cognoscente congregentur omnes cognitiones causarum communium et propriarum. Et hoc est quod Philosophus dicit in principio Physicorum, « tunc cognoscere dicimur unumquodque cum causas cognoscimus primas et principia prima usque ad elementa », id est usque ad causas proximas, ut Commentator exponit. Secundum hoc autem aliquid in cognitione divina ponimus secundum quod ipse per essentiam suam est causa eius: sic enim in ipso est ut cognosci possit; unde cum ipse sit causa omnium causarum propriarum et communium, ipse per essentiam suam cognoscit omnes causas proprias et communes, quia nihil est in re per quod determinetur eius natura communis cuius Deus non sit causa; et ideo per quam rationem ponitur cognoscere communem naturam rerum per eandem ponetur cognoscere propriam naturam uniuscuiusque et proprias causas eius. Et hanc rationem assignat Dionysius VII cap. De divinis nominibus sic dicens « Si secundum unam causam Deus omnibus existentibus esse tradidit secundum eandem causam sciet omnia », et infra « Ipsa enim omnium causa se ipsam cognoscens vacat alicubi si ea quae sunt ab ipsa et quorum est causa ignoraverit »; vacare dicit deficere a causalitate alicuius quod in re invenitur, quod sequeretur si aliquid eorum quae sunt in re ignoraret.

Et sic patet ex dictis quod omnia similia quae inducuntur ad manifestandum quod Deus per se omnia cognoscit sunt deficientia, sicut quod inducitur de puncto qui si se cognosceret dicitur quod lineas cognosceret et de luce quod cognoscendo se cognosceret colores: non enim quicquid est in linea potest reduci in punctum sicut in causam nec quicquid est in colore ad lucem, unde punctus cognoscens se ipsum non cognosceret lineam nisi in universali, similiter nec lux colorem; secus autem est de cognitione divina, ut ex dictis patet.

1. Ad primum igitur dicendum quod verbum illud Boetii est intelligendum de intellectu nostro non autem de intellectu divino qui singularia cognoscere potest, ut infra dicetur; et tamen intellectus noster singularia non cognoscens propriam cognitionem habet de rebus cognoscens eas secundum proprias rationes speciei, unde etsi etiam intellectus divinus singularia non cognosceret nihilominus posset propriam de rebus cognitionem habere.

2. Ad secundum dicendum quod Deus cognoscit omnia uno quod est ratio plurium, scilicet essentia sua quae est similitudo rerum omnium, et quia essentia sua est propria ratio uniuscuiusque rei ideo de unoquoque propriam cognitionem habet. Qualiter autem unum possit esse multorum propria ratio et communis sic considerari potest.

Essentia enim divina secundum hoc est ratio alicuius rei quod res illa divinam essentiam imitatur; nulla autem res imitatur divinam essentiam ad plenum: sic enim non posset esse nisi una imitatio ipsius nec sua essentia esset per modum istum nisi unius propria ratio, sicut una sola est imago Patris perfecte eum imitans, scilicet Filius; sed quia res creata imperfecte imitatur divinam essentiam contingit esse diversas res diversimode imitantes, in quarum tamen nulla est aliquid

A 156 et ideo] Vnde *praem.* pA 157 communem] *idem conf. et imp. praem.* pA 167 deficere] quia *praem.* pA 168 quod... si aliquid eorum quae sunt in re] si aliquid quod in re *praem.* pA 169 ignoraret (*ex* ingnoraret pA) *em.* A 193 scilicet...et] et *praem.* pA 198 ratio] r *conf. praem.* pA 202 nulla...res] diverse *praem.* pA (*cf. lin.* 209)

Φ 134 sementiva] seminativa Φ 141 communium et propriarum *inv.* Φ 144 dicimur] *om.* Φ (-δ) dicimus δ^1 dicuntur δ^2 154 in *om.* Φ (-δ) 156 sit] est Φ ponitur] potest Φ (-δ) 157 naturam rerum *inv.* Φ 158 ponetur] detur γ poneretur δ^1 159 eius *om.* Φ 163 sciet] sol *praem.* δ^2 solum *praem.* δ^1 164 et *om.* Φ (-δ) 168 aliquid] aliquod δ^1 aliquem δ^2 172 deficientia] –cientiora Φ (-δ) 174 dicitur] diceretur Φ (-δ^1) diceret δ^1 179 lineam] lineas Φ 186 singularia] singula Φ 187 propriam *post* de rebus Φ cognitionem habet *inv.* Φ 197 possit] posset β δ^1 198 propria ratio *inv.* Φ 204 esse *om.* α δ^2

143 Cap. 1 (184 a 12) sec. transl. veterem (ms. Urbin. lat. 206, f. 2^r). 147 *Phys.* I comm. 1 (IV, 6 F). 161 § 2 (PG 3, 869 B) sec. transl. Sarraceni (Dion. 399). 164 infra: § 2 (PG 3, 869 C) sec. transl. Sarraceni (Dion. 400). 173 de puncto: exemplum depromptum ex *Summa fr. Alexandri* I pars n. 166 (p. 249) et ibid. n. 173 (p. 256). 185 infra: a. 5.

quod non deducatur a similitudine divinae essentiae; et ideo illud quod est proprium unicuique rei habet in divina essentia quid imitetur, et secundum hoc divina essentia est similitudo rei quantum ad proprium ipsius rei et sic est propria eius ratio et eadem ratione est propria ratio alterius et omnium aliorum. Est igitur communis omnium ratio in quantum ipsa res est una quam omnia imitantur sed est propria huius ratio vel illius secundum quod res eam diversimode imitantur, et sic propriam cognitionem divina essentia facit de unaquaque re in quantum est propria ratio uniuscuiusque.

3. Ad tertium dicendum quod ignis non est causa calidorum quantum ad omne id quod in eis invenitur sicut dictum est de essentia divina, et ideo non est simile.

54va 4. Ad quartum dicendum quod albedo superabundat a viridi colore quantum ad alterum eorum quod est de natura coloris, scilicet quantum ad lucem quae est quasi formale in compositione coloris, et secundum hoc est mensura aliorum colorum; sed in coloribus invenitur aliquid aliud quod est quasi materiale in ipsis, scilicet terminatio diaphani, et secundum hoc albedo non est mensura colorum: et sic patet quod in specie albedinis non est totum id quod in aliis coloribus invenitur, et ideo per speciem albedinis non potest haberi propria cognitio de quolibet aliorum colorum, secus autem est de essentia divina. Et praeterea in essentia divina sunt res aliae sicut in causa, alii autem colores non sunt in albedine sicut in causa, et ideo non est simile.

5. Ad quintum dicendum quod demonstratio est species argumentationis quae quodam discursu intellectus perficitur, unde intellectus divinus, qui sine discursu est, non cognoscit per essentiam suam effectus suos quasi demonstrando etsi certiorem cognitionem habeat per essentiam suam de rebus quam demonstrator per demonstrationem; si quis etiam essentiam eius comprehenderet, certius per eam singulorum naturam cognosceret quam per medium demonstrationis conclusio cognoscatur. Nec tamen sequitur quod effectus Dei sint ab aeterno propter hoc quod essentia eius est aeterna, quia effectus non sunt hoc modo in essentia ut semper in se ipsis sint sed ut quandoque sint, quando scilicet divina sapientia determinatur.

6. Ad sextum dicendum quod Deus cognoscit res in propria natura si ista determinatio referatur ad cognitionem ex parte cogniti; si autem loquamur de cognitione ex parte cognoscentis sic cognoscit res in idea, id est per ideam quae est similitudo omnium quae sunt in re, et accidentalium et essentialium, quamvis ipsa non sit accidens rei neque essentia eius, sicut etiam similitudo rei in intellectu nostro non est accidentalis vel essentialis ipsi rei sed similitudo vel essentiae vel accidentis.

7. Ad septimum dicendum quod essentia divina est universale medium quasi universalis causa. Alio autem modo se habet ad faciendum cognitionem rerum causa universalis et forma universalis: in forma enim universali est effectus in potentia quasi materiali, sicut differentiae sunt in genere secundum proportionem qua formae sunt in materia, ut Porphyrius dicit, sed effectus sunt in causa in potentia activa, sicut domus est in mente artificis in potentia activa; et quia unumquodque cognoscitur secundum quod est in actu et non secundum quod est in potentia, ideo hoc quod differentiae specificantes genus sunt in genere in potentia non sufficit ad hoc quod per formam generis habea-

A 211 deducatur...divinae essentiae] sit in divina essentia *praem.* pA 220 huius (*ex* huiusmodi pA) *em.* A 227 simile *in appendice col.* 54rb 228 superabundat] hoc (*conf. et primo deletum*) hoc modo *praem.* pA (*cf. lin.* 232) 234 quod...secundum] secundum *praem.* pA 235 terminatio (*e* determinatio pA) *em.* A 241 essentia2] *idem conf. praem.* pA 247 unde] et *imp. praem.* pA 248 cognoscit] secundum *praem.* pA 252 etiam *sup. lin.* A] tamen pA 258 essentia] ee *praem.* pA 270 accidentalis *em.* A] *conf.* pA 271 essentiae] essentia *conf. et imp. praem.* pA 279 formae (*e* forma pA) *em.* A porfirus A 280 in causa in potentia] in potentia *inc. lin. praem.* pA

Φ 216 eius] ipsius Φ 219 res est *inv.* Φ (-δ1) 221 imitantur] imitatur Φ 225 omne] esse Φ 237 id *om.* Φ 249 suos *om.* Φ 251 de rebus *ante* per250 Φ 259 sint1] sunt γ δ 260 determinatur] –minaverit δ *om.* α terminatur β 265 in] ut Φ (-γ) *om.* γ 268 neque...rei in *om.* δ2 269 in intellectu] intellectui Φ (-δ1) 270 accidentalis vel essentialis *inv.* Φ 273 est] non *praem.* Σ 274 faciendum] –dam Φ 277 quasi] *ante* in potentia Φ (-δ) *ante et post* in potentia δ

231 quasi formale...quasi materiale: cf. Arist. *De anima* II 14 (418 b 9), *De sensu* 6 (439 a 18). 279 *Isagoge* De differentia (ed. Minio-Paluello, p. 18). 282 unumquodque...potentia: Arist. *Metaph.* IX 10 (1051 a 29) ut refert Thomas infra q. 13 a. 3 221, *Super Sent. IV* d. 49 q. 2 a. 1.

tur propria cognitio de specie, sed ex hoc quod propria alicuius rei sunt in aliqua causa activa sufficit ut per causam illam habeatur cognitio de illa re: unde per ligna et lapides non cognoscitur domus sicut cognoscitur per formam suam quae est in artifice. Et quia in Deo sunt propriae condiciones uniuscuiusque rei sicut in causa activa, ideo quamvis sit universale medium potest propriam cognitionem facere de unaquaque re.

8. Ad octavum dicendum quod essentia divina est et commune medium et proprium sed non secundum idem, ut dictum est.

9. Ad nonum dicendum quod, cum dicitur Deus scit distincta indistincte, si li indistincte determinet cognitionem ex parte cognoscentis sic verum est, et sic intelligit Dionysius, quia ipse una cognitione omnia distincta cognoscit; si autem determinet cognitionem ex parte cogniti sic falsa est: Deus enim cognoscit distinctionem unius rei ab alia et cognoscit id per quod unum ab alio distinguitur, unde propriam cognitionem habet de unoquoque.

Articulus quintus

Quinto quaeritur utrum Deus cognoscat singularia. Et videtur quod non: intellectus enim noster singularia non cognoscit quia est a materia separatus; sed intellectus divinus est multo magis separatus a materia quam noster; ergo singularia non cognoscit.

2. Sed dicebat quod intellectus noster non habet hoc solum quod singularia non cognoscit quia est immaterialis sed quia abstrahit a rebus cognitionem. — Sed contra, intellectus noster non accipit a rebus nisi mediante sensu vel imaginatione: per prius ergo a rebus accipiunt sensus et imaginatio quam intellectus; et tamen per sensum et imaginationem singularia cognoscuntur; ergo non est aliqua ratio quod intellectus singularia non cognoscat quia cognitionem a rebus accipit.

3. Sed dicebat quod intellectus accipit a rebus formam penitus depuratam, non autem sensus et imaginatio. — Sed contra, depuratio formae in intellectu receptae non est ratio quare intellectus singularia non cognoscat ratione termini a quo, immo secundum hoc magis deberet cognoscere quia secundum hoc totam assimilationem suam trahit quod a re recipit: relinquitur ergo quod depuratio formae non impedit cognitionem singularis nisi secundum terminum ad quem, qui est puritas quam in intellectu habet; sed ista puritas formae est tantum propter immunitatem intellectus a materia; ergo ista est sola ratio quare intellectus noster singularia non cognoscit quia est a materia separatus, et sic habetur propositum quod Deus singularia non cognoscat. *54vb*

4. Praeterea, si Deus cognoscit singularia oportet quod omnia cognoscat quia eadem est ratio de uno et de omnibus; sed non cognoscit omnia; ergo nulla cognoscit. Probatio mediae: sicut dicit Augustinus in Enchiridion, « melius est multa nescire quam scire », scilicet vilia; sed inter singularia multa sunt vilia; cum ergo omne quod melius est sit Deo reponendum videtur quod non omnia singularia cognoscat.

5. Praeterea, omnis cognitio fit per assimilationem cognoscentis ad cognitum; sed nulla est assimilatio singularium ad Deum quia singularia sunt mutabilia et materialia et multa alia huiusmodi habent quorum contraria penitus sunt in Deo; ergo Deus singularia non cognoscit.

6. Praeterea, quicquid Deus cognoscit perfecte cognoscit; sed perfecta cognitio non habetur de re nisi quando cognoscitur eo modo quo

A 12 a rebus accipiunt] accipiunt *praem.* pA 13 intellectus] intellectis *praem.* pA 24 totam assimilationem suam trahit] ei assimilatur *praem.* pA 37 ratio] *idem conf. praem.* pA 42 est *sup. lin.* A] *om.* pA 53 sed] quic *add.* pA

Φ 293 condiciones] cognitiones Φ 303 quia] quod β δ^1 304 distincta] *om.* δ^2 distincte δ^1 8 cognoscit] –scat Φ (-δ) 15 aliqua] alia α β illa δ 34 cognoscat] quia in deo est maior puritas *add.* β cognoscit δ^1 35 cognoscit] –scat β δ 48 mutabilia] *om.* α et *praem.* γ corruptibilia δ

1 Parall.: *I Pars* q. 14 a. 11; *Cont. Gent.* I c. 65; *Super Sent. I* d. 36 q. 1 a. 1; *Super Periherm.* I lect. 14; *Comp. theol.* cap. 132 et 133. 39 Cap. 17 (PL 40, 239); hanc sententiam quamvis ad verbum apud August. non invenies, sic communiter tamen proferunt Scholastici e. g. Thomas *I Pars* q. 22 a. 3 arg. 3, *Summa fr. Alexandri* I pars n. 203 (p. 295), Alex. Halensis *Glossa in Lib. Sent. I* d. 39 n. 9 (p. 399). 42 omne...reponendum: Ans. ut supra a. 1 91. 45 per assimilationem: cf. supra q. 1 a. 1 162 in nota.

est; cum ergo Deus non cognoscat singulare eo modo quo est quia singulare materialiter est Deus autem immaterialiter cognoscit, videtur quod Deus non possit perfecte singulare cognoscere et ita nullo modo cognoscat.

7. Sed dicebat quod perfecta cognitio requirit ut cognoscens cognoscat rem eo modo quo est, ut modus accipiatur ex parte cogniti non autem si accipiatur ex parte cognoscentis. — Sed contra, cognitio fit per applicationem cogniti ad cognoscentem: ergo oportet quod idem sit modus cogniti et cognoscentis, et sic praedicta distinctio nulla videtur.

8. Praeterea, secundum Philosophum si aliquis vult invenire rem aliquam oportet quod aliquam de ea notitiam praehabeat, nec sufficit quod per formam communem habeat nisi forma illa per aliquid contrahatur, sicut aliquis servum amissum quaerere non posset convenienter nisi aliquam notitiam de ipso praehabuisset quia non recognosceret quando etiam inveniret eum, nec sufficeret quod sciret eum esse hominem quia sic eum a ceteris non discerneret, sed oportet quod habeat aliquam notitiam per ea quae sunt propria ei; si igitur Deus debet cognoscere aliquod singulare oportet quod forma communis per quam cognoscit, scilicet essentia sua, per aliquid contrahatur; cum ergo non sit aliquid in ipso per quod contrahi possit videtur quod ipse singularia non cognoscat.

9. Sed dicebat quod illa species per quam Deus cognoscit ita est communis quod tamen est propria unicuique. — Sed contra, proprium et commune ad invicem opponuntur: ergo non potest esse ut idem sit forma communis et propria.

10. Praeterea, cognitio visus non determinatur ad aliquod coloratum per lucem, quae est medium in visu, sed determinatur per obiectum, quod est res ipsa colorata; sed in cognitione divina qua res cognoscit, essentia eius se habet sicut medium cognitionis et sicut lux quaedam per quam omnia cognoscuntur, ut etiam Dionysius dicit VII cap. De divinis nominibus; ergo cognitio eius nullo modo determinatur ad aliquod singulare, et sic singularia non cognoscit.

11. Praeterea, scientia cum sit qualitas est talis forma per cuius variationem mutatur subiectum; sed ad variationem scitorum mutatur scientia quia si scio te sedere te surgente scientiam amisi; ergo ad variationem scitorum mutatur sciens; sed Deus nullo modo mutari potest; ergo singularia, quae sunt variabilia, ab eo scita esse non possunt.

12. Praeterea, nullus potest scire singulare nisi sciat illud per quod singulare completur; sed completivum singularis in quantum huiusmodi est materia; Deus autem materiam non cognoscit; ergo nec singularia. Probatio mediae: quaedam sunt, ut dicit Boetius et Commentator in II Metaphysicae, quae sunt nobis difficilia ad cognoscendum propter defectum nostrum, sicut ea quae sunt manifestissima in natura ut substantiae immateriales, quaedam vero quae non cognoscuntur propter sui defectum, sicut illa quae habent minimum de esse ut motus et tempus et vacuum et huiusmodi; sed materia prima habet minimum de esse; ergo Deus materiam non cognoscit cum secundum se sit incognoscibilis.

13. Sed dicebat quod quamvis sit incognoscibilis intellectui nostro est tamen cognoscibilis intellectui divino. — Sed contra, intellectus

A 60 Sed dicebat] Preterea *praem.* pA 62 ut...ex parte cogniti] ex parte cog *praem.* pA 69 aliquam] quam *praem.* pA 86 Deus] fo *praem.* pA tamen] *idem conf. praem.* pA 87 unicuique] unico *praem.* pA 93 sed] nisi *praem.* pA 95 essentia eius *ante et post* qua res cognoscit A, *et alterum delevimus* (*cf. infra lin.* 377-379) 109 esse] *idem conf. praem.* pA 117 defectum nostrum] nostrum *praem.* pA 128 intellectus] *idem conf. praem.* pA

Φ 55 non *om.* α δ 57 immaterialiter] singulariter α δ materialiter non γ 58 singulare] singularia Φ 59 cognoscat] -scit Φ 62 cogniti...ex parte *hom. om.* δ^2 70 de ea notitiam] cognitionem de ea Σ 75 recognosceret] cognosceret β γ 79 propria ei *inv.* Φ 94 quod] quia Φ (-δ) que δ cognitione divina *inv.* Φ 95 essentia eius] *ante et post* qua res cognoscit (*induc.* A) Φ (-δ) *ante* qua res δ 98 Dionysius dicit *inv.* Φ 102 scientia *om.* α β 103-104 mutatur...variationem *hom. om.* γ δ^2 105 scio] *om.* α scivi *post* sedere β δ^2 scivi *ante* sedere δ^1 112 completivum] completum α β complementum δ 120 non *om.* α γ 125 secundum] de Φ

68 Rectius Plato [ex Averrois *Anal. post.* I comm. 5 (I^2, 24 F)] ut dicitur infra q. 22 a. 1 arg. 10. 92 lucem...visu: cf. Arist. *De anima* II 14 (418 a 29). 99 § 2 (PG 3, 869 B; Dion. 398). 102 Praeterea...: argumentum ex Algazelis *Metaph.* p. I tr. 3 sent. 6 (ed. Muckle, p. 71) et Moysis Maim. *Dux neutr.* III c. 17 et 21 desumptum. 115 *Contra Eut. et Nest.* cap. 1 (PL 64, 1341 B) ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 17 q. 1 a. 1 ad 4 et *Super Metaph.* II lect. 1. 116 Comm. 1 (VIII, 29 B). 126 incognoscibilis...divino: cf. Albertus *Super Sent. I* d. 35 a. 10.

noster cognoscit rem per similitudinem acceptam a re sed intellectus divinus per similitudinem quae est causa rei; sed maior convenientia requiritur inter similitudinem quae est causa rei et rem ipsam quam inter aliam similitudinem; cum ergo defectus materiae sit in causa ut non possit esse in intellectu nostro tanta similitudo quae sufficiat ad eius cognitionem, multo fortius erit in causa ut non sit in intellectu divino similitudo materiae ad ipsam cognoscendam.

14. Praeterea, secundum Algazel haec est ratio quare Deus cognoscat se ipsum quia tria quae ad intelligendum requiruntur, scilicet substantia intelligens quae sit a materia separata et intelligibile separatum a materia et unio utriusque, in Deo inveniuntur: ex quo habetur quod nihil intelligitur nisi in quantum est a materia separatum; sed singulare in quantum huiusmodi non est a materia separabile; ergo singulare intelligi non potest.

15. Praeterea, cognitio media est inter cognoscentem et obiectum, et quanto cognitio magis a cognoscente desilit tanto imperfectior est; quandocumque autem in aliquid cognitio fertur quod est extra cognoscentem in aliud desilit; cum ergo cognitio divina sit perfectissima non videtur quod cognitio eius sit de singularibus quae sunt extra ipsum.

16. Praeterea, cognitionis actus sicut dependet a potentia cognoscitiva essentialiter ita essentialiter dependet ab obiecto cognoscibili; sed inconveniens est ponere quod actus divinae cognitionis, qui est sua essentia, ab aliquo extra se essentialiter dependeat; ergo inconveniens est dicere quod cognoscat singularia quae sunt extra ipsum.

17. Praeterea, nihil cognoscitur nisi per modum quo est in cognoscente, ut Boetius dicit in V De consolatione; sed res sunt in Deo immaterialiter et ita absque concretione materiae et condicionum ipsius; ergo non cognoscit ea quae a materia dependent sicut sunt singularia.

SED CONTRA est quod dicitur I Cor. XIII [12] « Tunc cognoscam sicut et cognitus sum »; ipse autem Apostolus qui loquebatur quoddam singulare erat; ergo singularia a Deo sunt cognita.

2. Praeterea, res cognoscuntur a Deo in quantum ipse est causa earum, ut ex praedictis patet; sed ipse est causa singularium; ergo singularia cognoscit.

3. Praeterea, impossibile est cognoscere naturam instrumenti nisi cognoscatur id ad quod instrumentum est ordinatum; sed sensus sunt quaedam potentiae instrumentaliter ordinatae ad singularium cognitionem; si ergo Deus singularia non cognosceret, etiam naturam sensus ignoraret et per consequens etiam naturam intellectus humani cuius formae in imaginatione existentes sunt obiectum, quod est absurdum.

4. Praeterea, potentia Dei et sapientia adaequantur: ergo quicquid subest potentiae subest eius scientiae; sed potentia eius se extendit ad productionem singularium; ergo et scientia eius se extendit ad cognitionem eorundem.

5. Praeterea, sicut supra dictum est, Deus habet de rebus propriam et distinctam cognitionem; sed hoc non esset nisi sciret ea quibus res ab invicem distinguuntur; ergo cognoscit singulares condiciones cuiuslibet rei secundum quas una res ab alia distinguitur; ergo cognoscit singularia in sua singularitate.

RESPONSIO. Dicendum quod circa hoc multipliciter erratum fuit. Quidam enim, ut Commentator in XI Metaphysicae, simpliciter negaverunt Deum singularia cognoscere nisi forte

A 129 rem] *idem praem.* pA 132 inter] int *conf. praem.* pA 137 fortius] forti *praem.* pA 138 materiae *hic* A] *post* ad ipsam pA 148 separabile *em.* A] *conf.* pA ergo *em.* A] *conf.* pA 168 res sunt] q *praem.* pA 192 ergo] g *conf. praem.* pA 196 supra *em.* A] *conf.* pA 198 quibus *em.* A] *conf.* pA 199 invicem] in *in fine lin. praem.* pA 204 ut...Metaphysicae (dicit *add.* pA) *in marg.* A

Φ 133 rei *om.* Φ 141 cognoscat] –scit Φ (-α) 145 inveniuntur] –nitur β δ^1 146 intelligitur] *om.* Φ (-δ) intelligatur δ^1 148 separabile] separatum Σ 164 cognoscat] –scit Φ 166 per] secundum Φ 174 sicut...sum] etc. Φ 178 praedictis] dictis β γ 185 singularium] sensuum α δ 197 cognitionem *ante* de rebus Φ 205 Metaphysicae] dicit (*induc.* pA) *add.* Φ 205 simpliciter *om.* α δ

140 *Metaph.* p. I tr. 3 sent. 1 (ed. Muckle, p. 63). 152 desilit: vocabulum Bonaventurae *De scientia Christi* q. 1 (ed. Quaracchi V, p. 5). 168 Prosa 4 (PL 63, 848 C). 178 praedictis: a. 3. 196 supra: a. 4. 205 *Metaph.* XI (=XII) comm. 51 (VIII, 337 A).

in universali, volentes naturam intellectus divini ad mensuram nostri intellectus coartare. Sed hic error per rationem Philosophi destrui potest qua contra Empedoclem invehitur in I De anima et in III Metaphysicae: si enim, ut ex dictis Empedoclis sequebatur, Deus odium ignoraret quod alia cognoscebant, sequeretur 'Deum esse insipientissimum cum tamen ipse sit felicissimus' ac per hoc sapientissimus; similiter ergo et si ponatur Deus singularia ignorare quae nos omnes cognoscimus. Et ideo alii dixerunt, ut Avicenna et sequaces eius, quod Deus unumquodque singularium cognoscit sed quasi in universali dum cognoscit omnes causas universales ex quibus singulare producitur, sicut si quis astrologus cognosceret omnes motus caeli et distantias caelestium corporum, cognosceret unamquamque eclipsim quae futura est usque ad centum annos, non tamen cognosceret eam in quantum est singulare quoddam ut sciret eam nunc esse vel non esse sicut rusticus eam cognoscit dum eam videt: et hoc modo ponunt Deum singularia cognoscere non quasi singularem eorum naturam inspiceret sed per cognitionem universalium causarum. Sed haec etiam positio stare non potest quia ex causis universalibus non consequuntur nisi formae universales si non sit aliquid per quod formae individuentur, ex formis autem universalibus congregatis, quotcumque fuerint, non constituitur aliquod singulare quia adhuc collectio illarum formarum potest intelligi in pluribus esse; et ideo, si aliquis modo supradicto per causas universales eclipsim cognosceret, nihil singulare sed universale tantum cognosceret: universalis enim effectus proportionatur causae universali, particularis autem particulari; et sic remaneret praedictum inconveniens quod Deus singularia ignoraret.

Et ideo simpliciter concedendum est quod Deus omnia singularia cognoscit, non solum in universalibus causis sed etiam unumquodque secundum propriam | et singularem suam naturam. Ad cuius evidentiam sciendum est quod scientia divina quam de rebus habet comparatur scientiae artificis eo quod est causa omnium rerum sicut ars artificiatorum. Artifex autem secundum hoc cognoscit artificiatum per formam artis quam apud se habet secundum quod ipsum producit; artifex autem non producit nisi formam quia materiam ad artificialia praeparavit natura; et ideo artifex per artem suam non cognoscit artificiata nisi ratione formae; omnis autem forma de se universalis est; et ideo aedificator per artem suam cognoscit quidem domum in universali, non autem hanc vel illam nisi secundum quod per sensum eius notitiam sumit. Sed si forma artis esset productiva materiae sicut est et formae, per eam cognosceret artificiatum et ratione formae et ratione materiae, et ideo, cum individuationis principium sit materia, non solum cognosceret ipsum secundum naturam universalem sed etiam in quantum est singulare quoddam. Unde cum ars divina sit productiva non solum formae sed materiae, in arte sua non solum existit similitudo formae sed materiae, et ideo cognoscit res et quantum ad formam et quantum ad materiam, unde non solum universalia sed et singularia cognoscit. *55rb*

Sed tunc restat dubitatio: cum omne quod est in aliquo sit in eo per modum eius in quo

A 208 coartare] co *mac. praem.* pA 210 I *scrips.*] prima (p^a) *casu* A 213 sequeretur *em.* A] *conf.* pA 218 ut...quod] c (*fort. inc.* q) *praem.* pA 230 singularem...inspiceret] in *praem.* pA 232 ex causis] quantum *praem.* pA 235 ex formis autem *scrips.*] ex (omnibus *add.* pA) autem formis A (*cf.* quotcumque fuerint *lin.* 236) 257 nisi] nisi *in fine lin.* artificiatum (artificiatum *casu non del.* A, *et delevimus*) *praem.* pA 257 formam] secundum *praem.* pA 259 artificiata] in artificiatis *praem.* pA 260 forma *in marg. eadem manu temp. post.* A] *om.* pA 261 cognoscit (*e* cognosceret pA) *em.* A 263 per sensum] a sensu *praem.* pA 264 si] sili (*incip.* similitudo *?*) *praem.* pA

Φ 212 odium] *lac.* (*seu om.*) α aliquid β γ 216 Deus] *om.* β *hic et ante* et si ponatur γ *ante* ponatur δ 220 sed *om.* Φ 227 nunc esse vel *om.* γ 228 eam[1]] *om.* Φ (-δ^1) *post* cognoscit δ^1 230 eorum naturam *inv.* Φ 231 cognitionem] positionem Φ (-δ) 236 quotcumque] quotquotcumque β quocumque (*seu* quecumque) δ^1 241 tantum cognosceret *inv.* Φ (-α) 244 remaneret] remanet Φ 247 omnia *om.* Φ 249 suam] sui Φ (-δ) eius δ 253 artificiatorum] omnium *praem.* Φ (-α) 255 habet] *om.* β *ante* apud Σ 256 ipsum] ipsam Φ 257 nisi] artificiatum (*induc.* A) *praem.* Φ formam] secundum (*induc.* pA) *praem.* Φ (-δ) quantum *praem.* δ 257 ad artificialia *om.* α δ 258 praeparavit natura *inv.* Φ 264 sumit] habent Φ (-δ) 265 et *om.* Σ 269 ipsum] ipsam Φ 273 sed] etiam *add.* Φ 274 formam...materiam *inv.* Φ 275 et] etiam Φ 277 dubitatio] dubium Φ

211 *De anima* I 12 (410 b 4); *Metaph.* III 11 (1000 b. 3). 218 *Metaph.* VIII c. 6 (f. 100^{rb} C); sequaces eius: e. g. Algazel *Metaph.* p. I tr. 3 sent. 6 (ed. Muckle, p. 72). 252 scientiae artificis: cf. supra q. 1 a. 2 92 in nota. 277 omne... in quo est: cf. supra q. 1 a. 2 18 in nota.

est et ita similitudo rei non sit in Deo nisi immaterialiter, unde est quod intellectus noster ex hoc ipso quod immaterialiter recipit formas rerum singularia non cognoscit, Deus autem cognoscit? Cuius ratio manifeste apparet si consideretur diversa habitudo quam habent ad rem similitudo rei quae est in intellectu nostro et similitudo rei quae est in intellectu divino. Illa enim quae est in intellectu nostro est accepta a re secundum quod res agit in intellectum nostrum agendo per prius in sensum; materia autem propter debilitatem sui esse, quia est in potentia ens tantum, non potest esse principium agendi, et ideo res quae agit in animam nostram agit solum per formam; unde similitudo rei quae imprimitur in sensum nostrum et per quosdam gradus depurata usque ad intellectum pertingit est tantum similitudo formae. Sed similitudo rerum quae est in intellectu divino est factiva rei; res autem sive forte sive debile esse participet hoc non habet nisi a Deo, et secundum hoc similitudo omnis rei in Deo existit quod res illa a Deo esse participat; unde similitudo immaterialis quae est in Deo non solum est similitudo formae sed materiae. Et quia ad hoc quod aliquid cognoscatur requiritur quod similitudo eius sit in cognoscente non autem quod sit per modum quo est in re, inde est quod intellectus noster non cognoscit singularia quorum cognitio ex materia dependet quia non est in eo similitudo materiae, non autem propter hoc quod similitudo sit in eo immaterialiter; sed intellectus divinus qui habet similitudinem materiae, quamvis immaterialiter, potest singularia cognoscere.

1. Ad primum igitur dicendum quod intellectus noster cum hoc quod est separatus a materia habet cognitionem acceptam a rebus, et ideo nec materialiter recipit nec similitudo materiae esse potest, et propter hoc singularia non cognoscit; secus autem est de intellectu divino, ut ex dictis patet.

2. Ad secundum dicendum quod sensus et imaginatio sunt vires organis affixae corporalibus, et ideo similitudines rerum recipiuntur in eis materialiter, id est cum materialibus condicionibus, quamvis absque materia, ratione cuius singularia cognoscunt; secus autem est de intellectu, et ideo ratio non sequitur.

3. Ad tertium dicendum quod ex termino depurationis contingit quod immaterialiter recipiatur forma, quod non sufficit ad hoc quod singulare non cognoscatur; sed ex principio huius actionis contingit quod similitudo materiae in intellectu non recipiatur sed formae tantum, et ideo ratio non sequitur.

4. Ad quartum dicendum quod omnis notitia secundum se de genere bonorum est, sed per accidens contingit quod notitia quorundam vilium mala sit, vel ex eo quod est occasio turpis actus alicuius et secundum hoc quaedam scientiae sunt prohibitae, vel ex hoc quod per quasdam scientias aliquis a melioribus retrahitur et sic quod in se est bonum efficitur alicui malum, quod in Deo contingere non potest.

5. Ad quintum dicendum quod ad cognitionem non requiritur similitudo conformitatis in natura sed similitudo repraesentationis tantum, sicut per statuam auream ducimur in memoriam alicuius hominis; ratio autem procedit ac si similitudo conformitatis naturae ad cognitionem requireretur.

6. Ad sextum dicendum quod perfectio cognitionis consistit in hoc ut cognoscatur res esse eo modo quo est, non ut modus rei cognitae sit in cognoscente, sicut saepe supra dictum est.

7. Ad septimum dicendum quod applicatio

A 285 similitudo] qu (*primo deletum*) intellectus rei *add.* pA: *primo*, rei *signis consuetis post* similitudo *translatur, deinde* intellectus *deletur* A 287 nostro] *idem conf. praem.* pA 294 nostrum] *idem conf. praem.* pA 295 per quosdam] q *imp. praem.* pA 304 requiritur...similitudo] si *praem.* pA 323 ideo similitudines] s *praem.* pA 329 depurationis] pu *praem.* pA 329 quod *in appendice lin.* A] *idem conf. in principio lin. sequentis* pA 331 ex *sup. lin.* A] a pA 352 ut] quod *praem.* pA

Φ 294 nostrum *om.* Σ 314 igitur] ergo Φ 320 ex dictis patet] dictum est Φ 324 condicionibus] vel dispositionibus *add.* β γ 338 occasio] actio Φ

295 depurata: cf. Avicenna ut supra a. 2 171 in nota. 322 organis affixae: cf. Thomas *Super Sent. III* d. 15 q. 2 a. 1 qc. 2 ad 2 ubi eisdem vocabulis utendis addit ' ut quidam dicunt', cf. etiam Albertus *Super Sent. III* d. 15 a. 3. 335 omnis notitia...bonorum est: August. *De lib. arb.* I c. 1 (PL 32, 1223) ut dicitur infra a. 15 30. 339 scientiae sunt prohibitae: scil. scientiae magicae ut refert Thomas *Super Sent. III* d. 35 q. 2 a. 3 qc. 3. 341 a melioribus retrahitur: cf. Hieron. *Epist. 21 ad Damasum* n. 13 (PL 22, 386) ut refert Thomas *II-II* q. 167 a. 1. 354 supra: a. 2 et a. 3 ad 1.

cogniti ad cognoscentem quae cognitionem facit
55va non est intelligenda | per modum identitatis
sed per modum cuiusdam repraesentationis,
unde non oportet quod sit idem modus cogno-
360 scentis et cogniti.

8. Ad octavum dicendum quod ratio illa procederet si similitudo qua Deus cognoscit esset ita communis quod non esset singulis propria, cuius contrarium supra ostensum est.

365 9. Ad nonum dicendum quod idem secundum idem non potest esse commune et proprium; qualiter autem essentia divina per quam Deus cognoscit omnia sit similitudo communis omnium et tamen propria singulis supra expo-
370 situm est.

10. Ad decimum dicendum quod in visu corporali est duplex medium, medium scilicet sub quo cognoscit, quod est lumen, et hoc medio non determinatur visus ad aliquod determina-
375 tum obiectum, et aliud medium quo cognoscit, scilicet similitudo rei cognitae, et hoc medio determinatur visus ad speciale obiectum; essentia autem divina in cognitione divina qua cognoscit res tenet locum utriusque, et ideo pro-
380 priam cognitionem de singulis rebus facere potest.

11. Ad undecimum dicendum quod scientia Dei nullo modo variatur secundum variationem scibilium: ex hoc enim contingit quod nostra
385 scientia ex eorum variatione varietur quia alia conceptione cognoscit res praesentes vel praeteritas vel futuras, et inde est quod Socrate non sedente illa cognitio quae habebatur de eo quod sederet efficitur falsa; sed Deus eodem
390 intuitu videt res ut praesentes, praeteritas vel futuras, unde eadem veritas in intellectu eius remanet qualitercumque res varietur.

12. Ad duodecimum dicendum quod illa quae habent deficiens esse secundum hoc defi-
395 ciunt a cognoscibilitate intellectus nostri quod deficiunt a ratione agendi; non autem ita est de intellectu divino qui non accipit scientiam a rebus, ut ex dictis patet.

13. Ad tertium decimum dicendum quod in intellectu divino qui est causa materiae potest 400
esse similitudo materiae quasi in ipsam imprimens; non autem in intellectu nostro potest esse similitudo quae sufficiat ad materiae cognitionem, ut ex dictis patet.

14. Ad quartum decimum dicendum quod, 405
quamvis singulare in quantum huiusmodi non possit a materia separari, tamen potest cognosci per similitudinem a materia separatam quae est materiae similitudo: sic enim, etsi sit separata a materia secundum esse, non tamen est sepa- 410
rata secundum repraesentationem.

15. Ad quintum decimum dicendum quod actus divinae cognitionis non est aliquid diversum ab eius essentia cum in eo sit idem intellectus et intelligere quia sua actio est sua essen- 415
tia, unde per hoc quod cognoscit aliquid extra se eius cognitio non potest dici desiliens vel defluens. Et praeterea nulla actio cognitivae virtutis potest dici desiliens sicut sunt actus virtu- 420
tum naturalium qui procedunt ab agente in patiens, quia cognitio non dicit effluxum a cognoscente in cognitum sicut est in actionibus naturalibus sed magis dicit existentiam cogniti in cognoscente.

16. Ad sextum decimum dicendum quod 425
actus cognitionis divinae nullam dependentiam habet ad cognitum: relatio enim quae importatur non importat dependentiam ipsius cognitionis ad cognitum sed magis e converso ipsius cogniti ad cognitionem, sicut e converso relatio 430
quae importatur in nomine scientiae designat dependentiam nostrae scientiae a scibili. Nec hoc modo se habet actus cognitionis ad obiectum sicut ad potentiam cognoscitivam: substantificatur enim in esse suo per poten- 435

A 367 essentia...sit similitudo] si *praem.* pA 383 variationem *coni.* (*cf. arg.* 11)] cognitionem (*fort. mendum Thomae e lapsu dictionis*) A 387 Socrate *scrips.*] sorte A, *et sic deinceps* 394 deficiens] parum *praem.* pA 396 ita *em.* A] inta pA 403 similitudo *in marg.* A] cognitio pA 414 sit idem] idem *praem.* pA 417 non potest] p *imp. praem.* pA 421 cognitio] ac *praem.* pA 431 scientiae] *idem conf. praem.* pA 433 habet] *idem conf. praem.* pA

Φ 372 medium² *om.* Φ 373 medio] modo α δ 374-377 aliquod...visus ad *hom. om.* β 383 variationem] cognitionem (*induc.* A) Φ 386 vel *om.* Φ 390 videt] *om.* Φ (-δ) cognoscit δ 410 est] *om.* Φ (-δ) *post* separata δ 419 desiliens] fluens vel *praem.* α β fluens et *praem.* γ defluens vel *praem.* δ 431 in *om.* Φ 433 cognitionis *om.* α δ

364 supra: a. 4. 369 supra: a. 4 ad 2. 389 efficitur falsa: Arist. *Praedic.* cap. 5 (4 a 24) ut refert Thomas *Super Sent. I* d. 41 a. 5.

tiam cognoscitivam non autem per obiectum quia actus est in ipsa potentia sed non in obiecto.

17. Ad septimum decimum dicendum quod hoc modo aliquid cognoscitur secundum quod est in cognoscente repraesentatum et non secundum quod est in cognoscente existens: similitudo enim in vi cognoscitiva existens non est principium cognitionis rei secundum esse quod habet in potentia cognoscitiva sed secundum relationem quam habet ad rem cognitam; et inde est quod non per modum quo similitudo rei habet esse in cognoscente res cognoscitur sed per modum quo similitudo in intellectu existens est repraesentativa rei; et ideo, quamvis similitudo divini intellectus habeat esse immateriale, quia tamen est similitudo materiae est etiam principium cognoscendi materialia et ita singularia.

Articulus sextus

Sexto quaeritur utrum intellectus humanus singularia cognoscat. Et videtur quod sic: intellectus enim humanus cognoscit abstrahendo formam a materia; sed abstractio formae a materia non aufert ei particularitatem quia etiam in mathematicis, quae sunt a materia abstracta, est considerare particulares lineas; ergo intellectus noster per hoc quod immaterialis est non impeditur quin singularia cognoscat.

2. Praeterea, singularia non distinguuntur secundum quod conveniunt in natura communi quia participatione speciei plures homines sunt unus homo: si ergo intellectus noster non cognoscit nisi universalia, tunc intellectus noster non cognosceret distinctionem | unius singularis ab alio, et sic intellectus noster non dirigeret in operabilibus, in quibus per electionem dirigimur, quae distinctionem unius ab altero praesupponit. *55vb*

3. Sed dicebat quod intellectus noster singularia cognoscit in quantum applicat formam universalem ad aliquod particulare. — Sed contra, intellectus noster non potest applicare unum ad aliud nisi utrumque praecognoscat: ergo cognitio singularis praecedit applicationem universalis ad singulare; non ergo applicatio praedicta potest esse causa quare intellectus noster singulare cognoscat.

4. Praeterea, secundum Boetium in V De consolatione philosophiae, « quicquid potest virtus inferior potest superior »; sed, ut ipse ibidem dicit, intellectus est supra imaginationem et imaginatio supra sensum; ergo cum sensus singulare cognoscat et intellectus noster singulare cognoscere poterit.

SED CONTRA est quod Boetius dicit quod « universale est dum intelligitur, singulare dum sentitur ».

RESPONSIO. Dicendum quod quaelibet actio sequitur condicionem formae agentis quae est principium actionis, sicut calefactio mensuratur secundum modum caloris; similitudo autem cogniti qua informatur potentia cognoscitiva est principium cognitionis secundum actum, sicut calor calefactionis, et ideo oportet ut quaelibet cognitio sit secundum modum formae quae est in cognoscente. Unde cum similitudo rei quae est in intellectu nostro accipiatur ut separata a materia et ab omnibus materialibus condicionibus quae sunt individuationis principia, relinquitur quod intellectus noster per se loquendo singularia non cognoscit sed universalia tantum: omnis enim forma in quantum huiusmodi universalis est nisi forte sit forma

A 443 vi cognoscitiva] intellectu *praem.* pA
17 electionem] ee *conf. inc. praem.* pA 18 distinctionem *coni.*] electionem (*fort. mendum Thomae e lapsu dictionis*) A 23 potest applicare *inv.* pA 54 forma (*e* forte pA) *em.* A

Φ 453 etiam *om.* Φ
15 cognosceret] –scit Φ singularis] singularium Φ 18 distinctionem] electionem (*induc.* A) Φ 25 singularis] universalis α β particularis γ universalis et *praem.* δ 36 quod² *om.* Φ (-α) 37-38 universale...sentitur] singulare est dum sentitur universale dum intelligitur Φ 39 Dicendum quod *om.* α δ 40 quae] qua Φ (-δ¹) 52 cognoscit] –scat Φ

1 Parall.: infra q. 10 a. 5; *I Pars* q. 86 a. 1; *Quodlib.* XII q. 8. 12 participatione...: Porphyrius *Isagoge* De specie sec. transl. Boetii (ed. Minio-Paluello, p. 12) ut refert Thomas *Cont. Gent.* IV c. 52. 30 Prosa 4 (PL 63, 849 B), ad verbum habet ⟨Adam Pulchre-Mulieris⟩ *Liber de Intelligentiis* XXXVIII [3] (ed. Baeumker, p. 46), infra q. 11 a. 3 176 eadem sententia Dionysio attribuitur. 31 ibidem: hic supra. 36 Ut supra a. 4 4 in nota.

subsistens, quae ex hoc ipso quod subsistit incommunicabilis est.

Sed per accidens contingit quod intellectus noster singulare cognoscat. Ut enim Philosophus dicit in III De anima, phantasmata se habent ad intellectum nostrum sicut sensibilia ad sensum, ut colores, qui sunt extra animam, ad visum: unde sicut species quae est in sensu abstrahitur a rebus ipsis et per eam cognitio sensus continuatur ad ipsas res sensibiles, ita intellectus noster abstrahit speciem a phantasmatibus et per eam eius cognitio quodam modo ad phantasmata continuatur.

Sed tamen tantum interest quod similitudo quae est in sensu abstrahitur a re ut ab obiecto cognoscibili, et ideo per illam similitudinem res ipsa per se directe cognoscitur; similitudo autem quae est in intellectu non abstrahitur a phantasmate sicut ab obiecto cognoscibili sed sicut a medio cognitionis, per modum quo sensus noster accipit similitudinem rei quae est in speculo dum fertur in eam non ut in rem quandam sed ut in similitudinem rei, unde intellectus noster non directe ex specie quam suscipit fertur ad cognoscendum phantasma sed ad cognoscendum rem cuius est phantasma. Sed tamen per quandam reflexionem redit etiam in cognitionem ipsius phantasmatis dum considerat naturam actus sui et speciei per quam intuetur et eius a quo speciem abstrahit, scilicet phantasmatis, sicut per similitudinem quae est in visu a speculo acceptam directe fertur visus in cognitionem rei speculatae sed per quandam reversionem fertur per eandem in ipsam similitudinem quae est in speculo: in quantum ergo intellectus noster per similitudinem quam accipit a phantasmate reflectitur in ipsum phantasma a quo speciem abstraxit, quod est similitudo particularis, habet quandam cognitionem de singulari secundum continuationem quandam intellectus ad imaginationem.

1. Ad primum igitur dicendum quod duplex est materia a qua fit abstractio, scilicet materia intelligibilis et sensibilis, ut patet in VII Metaphysicae, et dico intelligibilem ut quae consideratur in natura continui, sensibilem autem sicut est materia naturalis; utraque autem dupliciter accipitur, scilicet ut signata et ut non signata, et dico signatam secundum quod consideratur cum determinatione dimensionum harum scilicet vel illarum, non signatam autem quae sine determinatione dimensionum consideratur. Secundum hoc igitur sciendum est quod materia signata est individuationis principium a qua abstrahit omnis intellectus secundum quod dicitur abstrahere ab hic et nunc; intellectus autem naturalis non abstrahit a materia sensibili non signata: considerat enim hominem et carnem et os, in cuius diffinitione cadit sensibilis materia non signata; sed a materia sensibili totaliter abstrahit intellectus mathematicus, non autem a materia intelligibili non signata. Unde patet quod abstractio quae est communis omni intellectui facit formam esse universalem.

2. Ad secundum dicendum quod, secundum Philosophum in III De anima, non solum intellectus est movens in nobis sed etiam phantasia per quam universalis conceptio intellectus ad particulare operabile applicatur; unde intellectus est quasi movens remotum sed ratio particularis et phantasia sunt movens proximum. *56ra*

3. Ad tertium dicendum quod homo praecognoscit singularia per imaginationem et sensum, et ideo potest applicare cognitionem universalem quae est in intellectu ad particulare: non enim proprie loquendo sensus aut intel-

A 60 sicut sensibilia] se *praem.* pA 63 a (*ex* al pA) *em.* A 68 similitudo] rei *add.* pA 70 et ideo...similitudo autem quae] similitudo autem que *praem.* pA 73 cognoscibili] cognitionis *praem.* pA 74 per *sup. lin.* A] propter pA 90 intellectus] intell *conf. inc. praem.* pA 95 intellectus] *idem conf. praem.* pA 97 a qua] q *praem.* pA 99 ut *sup. lin.* A] *om.* pA 107 igitur] *idem mac. praem.* pA 109 secundum quod] *idem conf. praem.* pA 121 non] quia *praem.* pA 127 homo] intelli *praem.* pA

Φ 58 singulare] –laria β –larem δ^2 70 res ipsa *ante* per^{70} Φ 71 per se directe] recte α δ 77 in *om.* Φ (-δ^1) 97 fit] sit δ^1 *om.* δ^2 118 omni intellectui] omnium intellectuum Φ 119 esse] *om.* Σ *ante* formam β 122 phantasia] fantasma Σ fantasmata β 123 conceptio] cognitio α δ 126 phantasia] fantasma Φ (-δ^1) fantasmata δ^1 129 cognitionem universalem *inv.* Φ

59 *De anima* III 12 (431 a 14). 61 colores...visum: exemplum Averrois *De anima* III comm. 5 (VI^1, 146 D). 99 *Metaph.* VII 10 (1036 a 9) et 11 (1036 a 26). 121 *De anima* III 16 (434 a 14).

lectus cognoscunt sed homo per utrumque, ut patet in I De anima.

4. Ad quartum dicendum quod illud quod potest virtus inferior potest etiam superior, non tamen eodem modo sed nobiliori; unde eandem rem quam cognoscit sensus cognoscit et intellectus, nobilius tamen quia immaterialius; et sic non sequitur quod si sensus singulare cognoscit, quod intellectus cognoscat.

Articulus septimus

Septimo quaeritur utrum Deus cognoscat singulare nunc esse vel non esse, propter positionem Avicennae superius tactam, et hoc est quaerere utrum cognoscat enuntiabilia et praecipue circa singularia. Et videtur quod non quia intellectus divinus semper se habet secundum eandem dispositionem; sed singulare secundum quod nunc est et nunc non est habet dispositionem diversam; ergo intellectus divinus non cognoscit singulare nunc esse et nunc non esse.

2. Praeterea, inter potentias animae illae quae aequaliter se habent ad rem praesentem et absentem, ut imaginatio, non cognoscunt an res nunc sit vel non sit, sed hoc cognoscunt illae solum potentiae quae non sunt rerum absentium sicut praesentium, sicut sensus; sed intellectus divinus eodem modo se habet ad res praesentes et absentes; ergo non cognoscit res nunc esse vel non esse sed cognoscit earum naturam simpliciter.

3. Praeterea, secundum Philosophum in VI Metaphysicae, compositio quae significatur cum dicitur aliquid esse vel non esse non est in rebus sed in intellectu nostro tantum; sed in intellectu divino non potest esse aliqua compositio; ergo non cognoscit rem esse vel non esse.

4. Praeterea, Ioh. 1 [3] dicitur « Quod factum est in ipso vita erat », quod exponens Augustinus dicit quod res creatae sunt in Deo sicut arca in mente artificis; sed artifex per similitudinem arcae quam habet in mente sua non cognoscit an arca sit vel non sit; ergo nec Deus cognoscit singulare nunc esse vel non esse.

5. Praeterea, quanto aliqua cognitio est nobilior tanto est divinae cognitioni similior; sed cognitio intellectus comprehendentis diffinitiones rerum est nobilior quam sensitiva cognitio quia intellectus diffiniens ad interiora rei progreditur sed sensus circa exteriora versatur; cum ergo intellectus diffiniens non cognoscat an res sit vel non sit sed naturam rei simpliciter, sensus autem cognoscat, videtur quod iste modus cognitionis sit Deo maxime attribuendus qua cognoscitur rei natura simpliciter sine hoc quod sciatur esse res vel non esse.

6. Praeterea, Deus cognoscit unamquamque rem per ideam rei quae est apud ipsum; sed illa idea aequaliter se habet ad rem sive sit sive non sit, alias per eam futura non cognoscerentur ab eo; ergo Deus non cognoscit an res sit vel non sit.

SED CONTRA, quanto aliqua cognitio est perfectior tanto plures condiciones in re cognita comprehendit; sed divina cognitio est perfectissima; ergo cognoscit rem secundum omnem condicionem eius et ita cognoscit eam esse vel non esse.

2. Praeterea, ut ex dictis patet, Deus habet propriam et distinctam cognitionem de rebus; sed non distincte cognosceret res nisi distin-

A 135 inferior] *idem conf. praem.* pA
6 intellectus] in *praem.* pA 17 sicut[2]] *conf. et imp. idem praem.* pA 30 res creatae sunt in Deo] sunt res crea *add.* pA 43 videtur] *idem conf. praem.* pA 47 unamquamque *scrips.*] unaquamque (*casu om. compl. abbrev.*) A 51 res] *idem conf. praem.* pA 56 ergo] *idem conf. praem.* pA

Φ 135 etiam] et Φ (-δ) 138 quia] et *add.* Φ (-δ[1]) immaterialius] immaterialis α γ 139 si *om.* Φ sensus] intellectus γ δ[1] *om.* δ[2] 140 cognoscit, quod intellectus *hom. om.* Φ
8 nunc[1]] tunc α γ 9 dispositionem diversam *inv.* Φ 14 an] aut Φ (-δ) 16 solum *om.* Φ 23 Metaphysicae] physice Φ 36 est] *post* divinae α β *post* cognitioni γ δ 41 cognoscat] –scit Φ 43 cognoscat] –scit β δ[1] 44 Deo maxime *inv.* Φ 46 esse res *inv.* Φ 50 eam] eum Φ (-δ) 54 condiciones] cognitiones Φ (-δ) 61 cognosceret] cognoscit Φ (-δ)

133 *De anima* I 10 (408 b 11).
1 Parall.: *I Pars* q. 14 a. 14; *Cont. Gent.* I c. 59; *Super Sent. I* d. 38 a. 3; ibid. d. 41 a. 5. 3 superius: a. 5. 23 *Metaph.* VI 4 (1027 b 29). 30 *In Ioh. ev. tract.* I n. 17 (PL 35, 1387). 39 intellectus...exteriora: cf. supra q. 1 a. 12 26 in nota. 42 res sit vel non sit: cf. Arist. *Anal. post.* I 19 (76 b 35), ibid. II 6 (92 b 19). 55 comprehendit: cf. supra a. 3 176 in nota. 59 dictis: a. 4.

gueret rem quae est ab ea quae non est; ergo scit rem esse vel non esse.

RESPONSIO. Dicendum quod, sicut se habet essentia universalis alicuius speciei ad omnia per se accidentia illius speciei, ita se habet essentia singularis ad omnia accidentia propria illius singularis, cuiusmodi sunt omnia accidentia in eo inventa quia per hoc quod in ipso individuantur efficiuntur ei propria; intellectus autem cognoscens essentiam speciei per eam comprehendit omnia per se accidentia speciei illius quia secundum Philosophum omnis demonstrationis per quam accidentia propria de subiecto concluduntur principium est quod quid est; unde et cognita propria essentia alicuius singularis cognoscerentur omnia accidentia singularis illius, quod intellectus noster non potest quia de essentia singularis est materia signata
56rb a qua intellectus noster abstrahit | et poneretur in eius diffinitione si singulare diffinitionem haberet. Sed intellectus divinus, qui est apprehensor materiae, comprehendit non solum essentiam universalem speciei sed etiam essentiam singularem uniuscuiusque individui, et ideo cognoscit omnia accidentia et communia toti speciei aut generi et propria unicuique singulari, inter quae unum est tempus, in quo invenitur unumquodque singulare in rerum natura, secundum cuius determinationem dicitur nunc esse vel non esse: et ideo Deus cognoscit de unoquoque singulari quod nunc est vel non est, et cognoscit omnia alia enuntiabilia quae formari possunt vel de universalibus vel de individuis.

Sed tamen differenter circa hoc se habet intellectus divinus ab intellectu nostro, quia intellectus noster diversas conceptiones format ad cognoscendum subiectum et accidens et ad cognoscendum diversa accidentia, et ideo discurrit de cognitione substantiae ad cognitionem accidentis; et iterum ad hoc quod inhaerentiam unius ad alterum cognoscat componit unam speciem cum altera et unit ea quodam modo et sic in se ipso enuntiabilia format; sed intellectus divinus per unum, scilicet suam essentiam, cognoscit omnes substantias et omnia accidentia, et ideo neque discurrit de substantia in accidens neque componit unum cum altero, sed loco eius quod in intellectu nostro est compositio specierum in intellectu divino est omnimoda unitas: et secundum hoc complexa incomplexe cognoscit sicut ' multa simpliciter et unite et materialia immaterialiter '.

1. Ad primum ergo dicendum quod intellectus divinus secundum unum et idem cognoscit omnes dispositiones quae possunt variari in re, et ideo semper in una dispositione manens ipse cognoscit omnes dispositiones rerum qualitercumque variatarum.

2. Ad secundum dicendum quod similitudo quae est in imaginatione est similitudo ipsius rei tantum, non autem est similitudo ad cognoscendum tempus in quo res invenitur; secus autem est de intellectu divino, et ideo non est simile.

3. Ad tertium dicendum quod loco compositionis quae est in intellectu nostro est unitas in intellectu divino; compositio autem est quaedam imitatio unitatis, unde et unio dicitur; et sic patet quod Deus non componendo verius enuntiabilia cognoscit quam ipse intellectus componens et dividens.

4. Ad quartum dicendum quod arca quae est in mente artificis non est similitudo omnium quae possunt arcae convenire, et ideo non est simile de cognitione artificis et de cognitione divina.

5. Ad quintum dicendum quod qui cognoscit diffinitionem cognoscit in potentia enuntiabilia quae per diffinitionem demonstrantur; in intellectu autem divino non differt esse in

A 62 rem quae] que *praem.* pA 63 esse² *clare in marg.* A] *idem conf. loco suo* pA 65 speciei] r *et litt. imp. praem.* pA 67 propria...inventa] que inveniu *praem.* pA 70 efficiuntur ei] eis (*?*) *praem.* pA 79 de] in *praem.* pA 95 Sed] et *praem.* pA 95 differenter] *idem conf. praem.* pA 99 discurrit de cognitione] dum cognoscit *praem.* pA 112 incomplexe] inc *add.* pA 127 unitas] unitus *praem.* pA 135 possunt arcae convenire] *idem mac. praem.* pA

Φ 72 speciei illius *inv.* Φ 77 cognoscerentur] cognoscuntur Φ 84 etiam *om.* Φ 95 differenter] indifferenter α β 95 circa hoc *post* habet Φ 103 unam] alteram Φ 105 suam essentiam *inv.* γ δ¹ 131 enuntiabilia] essentialia Φ (-δ) 139 in potentia *post* enuntiabilia Φ

73 *Anal. post.* I 2 (71 a 11) ut refert Thomas *Cont. Gent.* III c. 56. 112 ' multa...: Dionys. *De div. nom.* cap. 7 § 2 (PG 3, 869 B; Dion. 398) ut supra a. 4 89.

actu et posse; unde ex quo cognoscit essentias rerum statim comprehendit omnia accidentia quae consequuntur.

6. Ad sextum dicendum quod illa idea quae est in mente divina pro tanto se habet similiter ad rem in quacumque dispositione sit quia est similitudo rei secundum omnem eius dispositionem, et ideo per eam cognoscitur de re in quacumque sit dispositione.

Articulus octavus

Octavo quaeritur utrum Deus cognoscat non entia et quae nec sunt nec erunt nec fuerunt. Et videtur quod non quia, sicut dicit Dionysius in I cap. De divinis nominibus, cognitiones non sunt nisi existentium; sed illud quod nec est nec erit nec fuit non est aliquo modo existens; ergo de eo cognitio Dei esse non potest.

2. Praeterea, omnis cognitio est per assimilationem cognoscentis ad cognitum; sed intellectus divinus non potest assimilari ad non ens; ergo non potest cognoscere non ens.

3. Praeterea, cognitio Dei est de rebus per ideas; sed non entis non est idea; ergo Deus non cognoscit non ens.

4. Praeterea, quicquid Deus cognoscit est in Verbo eius; sed, sicut dicit Anselmus in Monologion, « eius quod nec fuit nec est nec erit non est aliquod verbum »; ergo talia Deus non cognoscit.

5. Praeterea, Deus non cognoscit nisi verum; sed verum et ens convertuntur; ergo ea quae non sunt Deus non cognoscit.

SED CONTRA, Rom. IV 17 « Vocat ea quae non sunt tamquam ea quae sunt »; sed non vocaret non entia nisi ea cognosceret; ergo cognoscit non entia.

RESPONSIO. Dicendum quod Deus habet cognitionem de rebus creatis per modum quo artifex cognoscit artificiata, quae est artificiatorum causa, unde in contraria habitudine habet se illa cognitio ad res cognitas et nostra cognitio: nostra enim cognitio, quia est a rebus accepta, naturaliter est posterior rebus, cognitio autem Creatoris de creaturis et artificis de artificiatis naturaliter praecedit res cognitas; remoto autem priori removetur posterius sed non e converso; et inde est quod scientia nostra de rebus naturalibus esse non potest nisi res ipsae praeexistant, sed apud intellectum divinum vel artificis indifferenter est cognitio rei sive sit sive non sit. 56va

Sed sciendum quod artifex de operabili habet duplicem cognitionem, scilicet speculativam et practicam: speculativam quidem sive theoricam cognitionem habet cum rationes operis cognoscit sine hoc quod ad operandum per intentionem applicet, sed tunc proprie habet practicam cognitionem quando extendit per intentionem rationes operis ad operationis finem, et secundum hoc medicina dividitur in theoricam et practicam, ut Avicenna dicit. Ex quo patet quod cognitio artificis practica sequitur cognitionem eius speculativam cum practica efficiatur per extensionem speculativae ad opus; remoto autem posteriori remanet prius: patet igitur quod apud artificem potest esse cognitio alicuius artificiati quandoque quidem quod facere disponit, quandoque vero quod facere numquam disponit ut cum confingit aliquam formam artificii quod facere non intendit. Hoc autem artificium quod facere non disponit non

A 143 rerum] *idem praem.* pA 24 non *hic restituimus cum Vulg. et* Φ] *post* quae[25] (*fort. translatio e lapsu dictionis*) A 25 ea] *idem conf. praem.* pA 32 et *postea brev. ras.*

Φ 146 similiter] simpliciter Φ 149 cognoscitur] cognoscit Φ 4 1] v Φ 18 fuit] est Φ est] fuit Σ (-δ^1) erit β δ^1 erit] fuit β δ^1 26 ea *om.* Σ 30 quae] qui δ 48 applicet] applicat Φ (-δ) 50 rationes *om.* Φ (-δ) 61 artificii] artificiati vel *praem.* Φ (-α) 62 artificium] artificiatum Φ non disponit] disponit α numquam disponit vel disponit β numquam disponit vel *praem.* γ vel numquam disponit *add.* δ

1 Parall.: *I Pars* q. 14 a. 9; *Cont. Gent.* I c. 66; *Super Sent. I* d. 38 a. 4. 4 § 4 (PG 3, 593 A; Dion. 34). 9 omnis cognitio...: cf. supra q. 1 a. 1 162 in nota. 18 Cap. 32 (PL 158, 186 A). 22 verum...: cf. supra q. 1 a. 5 181 in nota. 30 artifex...: Averroes ut supra q. 1 a. 2 92 in nota. 52 *Canon medic.* I fen 1 doctr. 1 c. 1. 55 per extensionem: Arist. *De anima* III c. 9 (433 a 1) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 355,14) ut refert Albertus *Summa de homine* q. 63 a. 4, vide etiam infra q. 22 a. 10 arg. 4; remoto...prius: *Liber de causis* comm. 1 ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 32 q. 2 a. 2.

semper intuetur ut in potentia sua existens, quia quandoque excogitat tale artificium ad quod faciendum vires ei non suppetunt, sed considerat ipsum in fine suo, prout scilicet videt quod ad talem finem posset per tale artificium deveniri: quia, secundum Philosophum in VI et VII Ethicorum, fines in operabilibus sunt sicut principia in speculativis, unde sicut conclusiones cognoscuntur in principiis ita artificiata in finibus.

Patet ergo quod Deus potest cognitionem habere aliquorum non entium, et horum quidem quorundam habet quasi practicam cognitionem, eorum scilicet quae fuerunt vel sunt vel erunt, quae ex eius scientia secundum eius dispositionem prodeunt; quorundam vero quae nec fuerunt nec sunt nec erunt, quae scilicet numquam facere disposuit, habet quasi speculativam cognitionem: et quamvis possit dici quod intueatur ea in sua potentia quia nihil est quod ipse non possit, tamen accommodatius dicitur quod intuetur ea in sua bonitate, quae est finis omnium quae ab eo fiunt, secundum quod scilicet intuetur multos alios modos esse communicationis propriae bonitatis quam sit communicata rebus existentibus praeteritis, praesentibus vel futuris, quia omnes res creatae eius bonitatem aequare non possunt quantumcumque de ea participare videantur.

1. Ad primum igitur dicendum quod illa quae nec fuerunt nec sunt nec erunt sunt aliquo modo existentia in potentia Dei sicut in principio activo vel in bonitate eius sicut in causa finali.

2. Ad secundum dicendum quod cognitio quae accipitur a rebus cognitis consistit in assimilatione passiva per quam cognoscens assimilatur rebus cognitis prius existentibus; sed cognitio quae est causa rerum cognitarum consistit in assimilatione activa per quam cognoscens assimilat sibi cognitum; et quia Deus potest sibi assimilare illud quod nondum est sibi assimilatum, ideo potest etiam non entis cognitionem habere.

3. Ad tertium dicendum quod, si idea sit forma cognitionis practicae, sicut magis est in communi usu loquentium, sic non est idea nisi eorum quae fuerunt vel sunt vel erunt; si autem sit forma etiam speculativae cognitionis, sic nihil prohibet etiam aliorum quae non fuerunt nec sunt nec erunt esse ideam.

4. Ad quartum dicendum quod Verbum nominat ' potentiam operativam Patris ' per quam scilicet omnia operatur, et ideo ad ea tantum se extendit Verbum ad quae se extendit divina operatio, unde et in Psal. dicitur « Dixit et facta sunt »: quamvis enim Verbum alia cognoscat non tamen aliorum est Verbum.

5. Ad quintum dicendum quod illa quae nec fuerunt nec sunt nec erunt secundum hoc habent veritatem secundum quod habent esse, prout scilicet sunt in suo principio activo vel finali, et sic etiam cognoscuntur a Deo.

Articulus nonus

Nono quaeritur utrum Deus sciat infinita. Et videtur quod non quia, ut dicit Augustinus XII De civitate Dei, « quicquid scitur scientis comprehensione finitur »; sed quod est infinitum finiri non potest; ergo quod est infinitum a Deo nescitur.

2. Sed dicebat quod Deus scit infinita scientia simplicis notitiae non autem scientia visionis. — Sed contra, omnis scientia perfecta comprehendit et per consequens finit illud quod

A 64 ad quod] quod *praem.* pA 68 deveniri] deviniri *praem.* pA 77 ex *clare sup. lin.* A] *idem conf.* pA 78 prodeunt] pro *conf. praem.* pA 86 communicationis] qu *praem.* pA 98 assimilatione] tali *praem.* pA passiva *in marg.* A] *om.* pA 106 sit] est *praem.* pA 112 esse] *idem conf. praem.* pA 117 operatio] *idem conf. praem.* pA

Φ 67 posset *ante* ad talem Φ 68 deveniri] –nire Φ 75 quorundam] quorum Φ (-δ) 76 eorum *om.* Φ (-δ) fuerunt vel sunt *inv.* Φ 80 quasi] quidem Φ (-δ^1) quod δ^1 85 quod scilicet *inv.* Φ 92 igitur] ergo γ δ^1 104 ideo] iam Φ 123 sunt *post* finali^{124} Φ
4 quod] infinitum secundum *praem.* Φ est *om.* Φ 5 quod est *om.* Σ 8 scientia...notitiae *om.* α δ 10 illud] id Φ

69 *Ethic.* VI 10 (1144 a 31); ibid. VII 8 (1151 a 16). 82 in sua potentia: cf. *Summa fr. Alexandri* I pars n. 168 (p. 250). 108 usu loquentium: cf. infra q. 3 a. 3. 114 ' potentiam...: August. *De div. quaest. 83* q. 63 (PL 40, 54) ut dicit Thomas infra q. 4 a. 5 73. 117 Ps. XXXII^9. 119 non...Verbum: cf. infra q. 4 a. 7.
1 Parall.: *I Pars* q. 14 a. 12; *Cont. Gent.* I c. 69; *Super Sent. I* d. 39 q. 1 a. 3; *Comp. theol.* cap. 133. 3 Cap. 18 (PL 41, 368). 8 scientia simplicis notitiae...scientia visionis: cf. Guill. Altiss. *Summa aurea* I c. ' De hoc verbo scire dicto de Deo ' (f. 21^{vb}), *Summa fr. Alexandri* I pars n. 179 (p. 264), Albertus *Super Sent. I* d. 39 a. 4, Bonaventura *Super Sent. I* d. 39 a. 1 q. 3.

scit; sed sicut scientia visionis in Deo est perfecta ita scientia simplicis notitiae; ergo sicut scientia visionis non potest esse infinitorum ita nec scientia simplicis notitiae.

3. Praeterea, quicquid Deus cognoscit per intellectum cognoscit; sed cognitio intellectus visio | dicitur; ergo quicquid Deus cognoscit scit per scientiam visionis; si ergo per scientiam visionis nescit infinita, nullo modo scit infinita. 56vb

4. Praeterea, omnium quae sunt cognita a Deo, rationes in Deo sunt et sunt actu in eo; si ergo infinita sunt scita a Deo, infinitae rationes actu erunt in ipso, quod videtur impossibile.

5. Praeterea, quicquid Deus scit perfecte cognoscit; sed nihil perfecte cognoscitur nisi cognitio cognoscentis pertranseat usque ad intima rei; ergo quicquid Deus cognoscit quodam modo pertransit illud; sed infinitum nullo modo potest transiri neque a finito neque ab infinito; ergo Deus nullo modo infinita cognoscit.

6. Praeterea, quicumque intuetur aliquid suo intuitu finit illud; sed quicquid Deus cognoscit intuetur; ergo quod est infinitum ab eo cognosci non potest.

7. Praeterea, si scientia Dei est infinitorum, ipsa erit etiam infinita; sed hoc esse non potest cum omne infinitum sit imperfectum, ut probatur III Physicorum; ergo scientia Dei nullo modo est infinitorum.

8. Praeterea, quod repugnat diffinitioni infiniti nullo modo potest infinito attribui; sed cognosci repugnat diffinitioni infiniti quia « infinitum est cuius quantitatem accipientibus semper est aliquid ultra accipere », ut dicitur in III Physicorum: illud autem quod cognoscitur oportet a cognoscente accipi nec plene cognoscitur cuius aliquid est extra cognoscentem, et sic patet quod diffinitioni infiniti repugnat quod plene ab aliquo cognoscatur; cum quicquid Deus cognoscit plene cognoscat, ergo Deus infinita non cognoscit.

9. Praeterea, scientia Dei est mensura rei scitae; sed infiniti non potest esse aliqua mensura; ergo infinitum non cadit sub scientia Dei.

10. Praeterea, nihil aliud est mensuratio quam certificatio de mensurati quantitate; si ergo Deus cognosceret infinitum et sic sciret quantitatem eius, mensuraret ipsum, quod est impossibile quia infinitum in quantum infinitum est immensum; ergo Deus non cognoscit infinitum.

SED CONTRA, sicut dicit Augustinus in XII De civitate Dei, « quamvis infinitorum numerorum nullus sit numerus, non est tamen incomprehensibilis ei cuius scientiae non est numerus ».

2. Praeterea, cum Deus nihil faciat incognitum, quicquid potest facere potest scire; sed Deus potest facere infinita; ergo potest infinita scire.

3. Praeterea, ad intelligendum aliquid requiritur immaterialitas ex parte intelligentis et ex parte intellecti et coniunctio utriusque; sed in infinitum est immaterialior ⟨intellectus divinus⟩ quam aliquis intellectus creatus; ergo in infinitum est magis intellectivus; sed intellectus creatus potest cognoscere infinita in potentia; ergo divinus potest cognoscere infinita in actu.

4. Praeterea, Deus scit quaecumque sunt, erunt et fuerunt; sed si mundus in infinitum duraret, numquam generatio finiretur, et sic essent singularia infinita; hoc autem esset Deo possibile; ergo non est impossibile ipsum cognoscere infinita.

5. Praeterea, sicut dicit Commentator in

A 41 infiniti] infin *mac. praem.* pA 43 repugnat diffinitioni infiniti] *idem conf. et mac. praem.* pA 60 quia...ergo] g (*inc.* ergo) *praem.* pA 61 Deus] d *conf. praem.* pA 65 tamen] *idem conf. praem.* pA 72 intelligendum] cognoscendum *praem.* pA 75 ⟨intellectus divinus⟩ *coni.* (*cf.* Σ)] *trans. ad lin. om.* A 82 et *sup. lin.* A] *om.* pA (*signum in marg.*)

Φ 18 si *om.* Φ 19 infinita[1]] ergo *add.* Φ 23 actu erunt] *inv.* Φ (-δ) sunt actu δ 26 intima] ultima Φ 29 transiri] pertransiri Φ 30 infinita *ante* nullo Φ 32 aliquid] aliqua Φ 33 finit] scivit δ^1 sivit δ^2 illud] illa Φ 37 erit etiam *inv.* Φ 38 omne] esse Φ (-δ^2) esset δ^2 39 III] in *praem.* β δ^1 43 cognosci] cognoscit α cognitio dei δ 44 quantitatem] qualitatem α β δ^2 51 ergo *post* cum[50] Φ 52 cognoscit] –scet Φ 63 in XII] xi Φ 69 potest scire] sciet Φ 70 infinita scire *inv.* Φ 75 in *om.* β γ ⟨intellectus divinus⟩] (*induc.* A) *om.* β *ante* in *suppl.* Σ 77 intellectus] nullus α nullus *praem.* δ 78 cognoscere...potentia] in (in *om.* β) potentia infinita cognoscere Φ 79 potest] poterit Φ 82 et] vel Φ

28 infinitum...: Arist. *Phys.* VI 9 (237 b 23) ut supra a. 2 56. 39 *Phys.* III 11 (207 a 14). 46 Cap. 6 (207 a 7) sec. transl. veterem (ms. Urbin. lat. 206, f. 35v) ubi legitur ' extra ' loco ' ultra '. 64 Cap. 18 (PL 41, 368) ubi habetur ' intelligentiae ' loco ' scientiae '. 72 ad intelligendum...utriusque: Algazel ut supra a. 5 140.

XI Metaphysicae, « omnes proportiones et formae quae sunt in potentia in prima materia sunt in actu in primo motore », cui etiam consonat quod Augustinus dicit quod rationes seminales rerum sunt in prima materia sed rationes causales sunt in Deo; sed in materia prima sunt infinitae formae in potentia eo quod potentia eius passiva est infinita; ergo et in primo motore, scilicet Deo, sunt infinita in actu; sed quicquid est actu in eo ipse cognoscit; ergo infinita cognoscit.

6. Praeterea, Augustinus in XV De civitate Dei contra Academicos disputans, qui negabant aliquid esse verum, ostendit quod non solum est numerosa multitudo verorum sed etiam infinita per quandam reduplicationem intellectus supra se ipsum vel etiam dictionis, ut si ego dico aliquid verum, verum est me dicere verum et verum est me dicere dicere verum et sic in infinitum; sed omnia vera Deus cognoscit; ergo Deus cognoscit infinita.

7. Praeterea, quicquid est in Deo Deus est; ergo scientia Dei est ipse Deus; sed Deus est infinitus quia nullo modo comprehenditur; ergo et scientia eius est infinita; ergo ipse habet infinitorum scientiam.

RESPONSIO. Dicendum quod, sicut dicit Augustinus XII De civitate Dei, quidam, volentes iudicare de intellectu divino secundum modum intellectus nostri, dixerunt quod Deus non potest cognoscere infinita sicut nec nos, et ideo, cum ponerent eum cognoscere singularia et cum hoc ponerent mundum aeternum, sequebatur quod esset revolutio eorundem secundum numerum in diversis saeculis, quod penitus absurdum est. Unde dicendum quod Deus infinita cognoscit, ut potest ostendi ex his quae sunt supra determinata: cum enim ipse sciat non solum quae fuerunt vel sunt vel erunt sed etiam omnia quae nata sunt bonitatem eius participare, cum huiusmodi sint infinita eo quod sua bonitas infinita est, relinquitur quod ipse infinita cognoscit, quod qualiter fiat considerandum est.

Sciendum est igitur quod secundum virtutem medii cognoscendi cognitio ad multa vel ad pauca se extendit, sicut similitudo quae recipitur in visu est determinata secundum particulares condiciones rei, unde non est ductiva in cognitionem nisi unius rei, sed similitudo rei | recepta in intellectu est absoluta a particularibus condicionibus, unde cum sit elevatior est ductiva in plura. Et quia una forma universalis nata est ab infinitis singularibus participari, inde est quod intellectus quodam modo infinita cognoscit: sed quia illa similitudo quae est in intellectu non ducit in cognitionem singularis quantum ad ea quibus singularia ad invicem distinguuntur sed solum quantum ad naturam communem, inde est quod intellectus noster per speciem quam habet apud se non est cognoscitivus infinitorum nisi in potentia; sed medium illud quo Deus cognoscit, scilicet essentia sua, est infinitorum similitudo quae ipsam imitari possunt nec tantum quantum ad id quod commune est eis sed etiam quantum ad ea quibus ad invicem distinguuntur, ut ex praecedentibus patet, unde divina scientia habet efficaciam ad infinita cognoscendum. Quomodo autem actu infinita cognoscat, hoc modo considerandum est.

57ra

Nihil prohibet aliquid esse infinitum uno modo et alio modo finitum, ut si aliquod corpus

A 94 eo...ergo] g (*inc.* ergo) *praem.* pA 97 sed...Praeterea] *signum novae paragraphi imp. praem.* pA 100 qui...ostendit] dicit *praem.* pA 104 vel...sed] s *praem.* pA 106 est] *rep.* pA 108 cognoscit[1] *em.* A] *conf.* pA 110 Dei...Deus] deus, *inc. lin. et imp., praem.* pA 110 sed] *litt. imp. add.* pA 118 potest cognoscere *inv.* pA 119 singularia] s *add.* pA 120 et (*ex* etiam pA) *em.* A 134 sicut] quia ergo *praem.* pA 146 ad (*ex* ab pA) *em.* A 147 inde] ideo *praem.* pA 159 aliquid *hic conf.* pA] *post* esse *clare* A, *et ordinem dictatorum restituimus*

Φ 92 rerum *om.* Φ 93 materia prima *inv.* Φ 95 potentia eius *inv.* Φ 98 ergo] deus *add.* Φ 99 in *om.* Φ 103 quandam *om.* Φ 105 ut] et δ^2 dico aliquid] dicam Φ 106 dicere[2] *om.* Φ (-δ) 117 Deus *om.* Σ 120 et] etiam α β etiam *add.* γ δ 123 absurdum est *inv.* Φ 127 bonitatem eius *inv.* Φ 129 infinita est *inv.* Φ 131 fiat] sit α δ *om.* γ 134 ad *om.* Φ 136 non *om.* Φ 137 nisi *om.* Φ 138 recepta] accepta Φ 139 sit elevatior] sic elevatur Φ 148 intellectus noster] intelliguntur Φ 148 habet] habent Φ 149 non] ergo *add.* Φ 156 habet efficaciam *inv.* Φ 157 cognoscat] -scit Φ 159 aliquid esse (*induc.* A) *inv.* Φ infinitum *post* prohibet Φ

88 *Metaph.* XI (= XII) comm. 18 (VIII, 305 I). 91 *De Gen. ad litt.* VI c. 10 (PL 34, 346), ibid. cap. 14 (PL 34, 349), ibid. IX c. 17 (PL 34, 406). 100 Rectius *De Trin.* XV c. 12 (PL 42, 1074). 109 quicquid...: Alan. de Insulis *Regulae de sacra theologia* 9 (PL 210, 628 A). 115 Cap. 17 (PL 41, 366). 125 supra: a. 2 ad 5 et a. 8. 155 praecedentibus: a. 4 et 5.

esset quidem longitudine infinitum sed latitudine finitum; et similiter potest esse in formis, ut si aliquod corpus infinitum ponamus esse album, quantitas albedinis extensiva, secundum quam dicitur quanta per accidens, erit infinita, quantitas autem eius per se, scilicet intensiva, nihilominus esset finita; et similiter est de quacumque alia forma corporis infiniti, quia omnis forma recepta in aliqua materia finitur ad modum recipientis et ita non habet intensionem infinitam. Infinitum autem sicut repugnat cognitioni ita et repugnat transitioni: infinitum enim nec cognosci nec transiri potest. Nihilominus tamen si aliquid moveatur super infinitum non per viam infinitatis suae, transiri poterit, sicut quod est infinitum longitudine et latitudine finitum potest pertransiri latitudine sed non longitudine; ita etiam si aliquod infinitum cognoscatur per viam per quam est infinitum, nullo modo perfecte cognosci potest, si autem cognoscatur non per viam infiniti, sic perfecte cognosci poterit. Quia enim « infiniti ratio congruit quantitati », secundum Philosophum in I Physicorum, omnis autem quantitas de sui ratione habet ordinem partium, sequitur quod tunc infinitum per viam infiniti cognoscatur quando apprehenditur pars post partem: unde si sic debeat intellectus noster cognoscere corpus album infinitum, nullo modo cognoscere poterit perfecte ipsum neque albedinem eius; si autem cognoscat ipsam naturam albedinis vel corporeitatis quae invenitur in corpore infinito, sic cognoscet infinitum perfecte quantum ad omnes partes eius, non tamen per viam infiniti; et sic possibile est ut intellectus noster quodam modo infinitum continuum perfecte cognoscat. Sed infinita discrete nullo modo, eo quod non potest per unam speciem multa cognoscere; et inde est quod si multa debet considerare, oportet quod unum post alterum cognoscat, et ita quantitatem discretam per viam infiniti cognoscit, unde si cognosceret infinitam multitudinem in actu, sequeretur quod cognosceret infinitum per viam infiniti, quod est impossibile. Sed intellectus divinus per unam speciem cognoscit omnia, unde simul et uno intuitu est eius cognitio de omnibus, et sic non cognoscit multitudinem secundum ordinem partium multitudinis, et sic potest infinitam multitudinem cognoscere non per viam infiniti: si enim per viam infiniti deberet cognoscere, ut acciperet multitudinis partem post partem, numquam veniret ad finem, unde non perfecte cognosceret. Unde concedo simpliciter quod Deus actu cognoscit infinita absolute. Nec ipsa infinita adaequant intellectum eius sicut ipse a se cognitus suum intellectum adaequat, quia essentia in infinitis creatis est finita quasi intensive, sicut albedo in corpore infinito, essentia autem Dei est infinita omnibus modis: et secundum hoc omnia infinita sunt Deo finita et sunt comprehensibilia ab ipso.

1. Ad primum ergo dicendum quod secundum hoc dicitur finiri a sciente quod scitur, quod intellectum scientis non excedit ut aliquid eius sit extra intellectum scientis: sic enim se habet ad intellectum scientis per modum finiti; nec est inconveniens hoc accidere de infinito quod non per viam infiniti scitur.

2. Ad secundum dicendum quod scientia simplicis notitiae et visionis nullam differentiam important ex parte scientis sed solum ex parte rei scitae. Dicitur enim scientia visionis in Deo ad similitudinem visus corporalis, qui res extra se positas intuetur, unde secundum scientiam visionis Deus scire non dicitur nisi quae sunt extra ipsum, quae sunt vel praesentia vel praeterita vel futura; sed scientia simplicis

A 163 infinitum ponamus] ponamus *conf. praem.* pA 164 secundum...erit] erit *praem.* pA 194 perfecte] *idem conf. praem.* pA 195 et] q *praem.* pA 200 oportet *sup. lin.* A] *om.* pA 202 infiniti *coni.*] quantitatis (*fort. e lapsu dictionis*) A

Φ 166 eius *om.* Φ 171 infinitam] finitam α β 181 non...infiniti] per viam finiti Φ 187 viam] modum Φ cognoscatur] –scitur Φ 188 debeat *post* noster Φ 189 infinitum *om.* α δ 190 perfecte ipsum *inv.* Φ 192 ipsam *om.* Φ 199 speciem] dispositionem Φ 202 infiniti] quantitatis (*induc.* A) continue Φ cognoscit] –scat Φ 206 intellectus divinus *inv.* Φ 212 deberet cognoscere] cognosceret Φ 213 multitudinis partem *inv.* Φ 215 actu cognoscit *inv.* Φ 216 infinita²] finita Φ (-δ) 217 adaequant] –quantur Φ intellectum] –lectui Φ cognitus] cognitis Φ (-γ) 221 infinita] in *add.* Φ (-δ) 224 ergo] igitur Φ 225 sciente] mente δ^2 mente vel *praem.* δ^1 228 se habet *inv.* Φ

165 per accidens...per se: Arist. *Praedic.* cap. 6 (5 a 38) ut refert Thomas *Super Sent. I* d. 17 q. 2 a. 1. 184 Cap. 2 (185 b 2) sec. transl. veterem (ms. Urbin. lat. 206, f. 3^v).

notitiae, ut supra probatum est, est eorum quae non sunt nec erunt nec fuerunt, nec alio modo scit Deus ista et illa. Unde non est ex parte scientiae visionis quod Deus infinita non videat sed ex parte ipsorum visibilium quae non sunt, quae si esse ponerentur infinita vel actu vel successione, procul dubio ea Deus cognosceret scientia visionis.

3. Ad tertium dicendum quod visus proprie est quidam corporalis | sensus, unde si nomen visionis ad immaterialem cognitionem transferatur, hoc non erit nisi metaphorice; in talibus autem locutionibus secundum diversas similitudines in rebus repertas diversa est ratio veritatis; unde nihil prohibet aliquando omnem divinam scientiam visionem dici, aliquando vero solam illam quae est praeteritorum, praesentium vel futurorum. 57rb

4. Ad quartum dicendum quod ipse Deus per suam essentiam est similitudo rerum omnium et propria uniuscuiusque, unde in Deo non dicuntur esse plures rationes rerum nisi secundum respectus eius ad diversas creaturas, qui quidem respectus sunt relationes rationis tantum: non autem est inconveniens relationes rationis multiplicari in infinitum, ut Avicenna dicit in Metaphysica sua.

5. Ad quintum dicendum quod pertransitio importat motum de uno in aliud, et quia Deus non discurrendo cognoscit omnes partes infiniti sive continui sive discreti sed uno simplici intuitu, ideo perfecte infinitum cognoscit nec tamen infinitum intelligendo pertransit.

6. Ad sextum dicendum sicut ad primum.

7. Ad septimum dicendum quod ratio illa procedit de infinito privative dicto, quod solum in quantitatibus invenitur: omne enim privative dictum est imperfectum; non autem procedit de infinito negative dicto, quomodo Deus infinitus dicitur: hoc enim perfectionis est ut aliquid per nihil terminetur.

8. Ad octavum dicendum quod ratio illa probat quod infinitum cognosci non potest per viam infiniti quia quamcumque partem quantitatis eius acceperis, cuiuscumque mensurae, semper aliquid erit accipere de ipso; sed Deus non hoc modo cognoscit infinitum ut transeat de parte in partem.

9. Ad nonum dicendum quod illud quod est infinitum quantitate habet esse finitum, ut dictum est, et secundum hoc divina scientia potest esse infiniti mensura.

10. Ad decimum dicendum quod ratio mensurationis consistit in hoc quod fiat certitudo de quantitate alicuius determinata; sic autem infinitum Deus non cognoscit ut sciat aliquam eius quantitatem determinatam, quia eam non habet; unde non repugnat rationi infiniti quod a Deo sciatur.

Articulus decimus

Decimo autem incidenter quaesitum fuit utrum Deus possit facere infinita. Et videtur quod sic: rationes enim in mente divina existentes sunt factivae rerum nec una impedit aliam a sua actione; cum ergo sint infinitae rationes in mente divina, possunt ex eis consequi infiniti effectus divina potentia exequente.

2. Praeterea, potentia Creatoris in infinitum excedit potentiam creaturae; sed de potentia creaturae est ut producantur infinita successive; ergo ⟨Deus⟩ potest simul producere infinita.

3. Praeterea, frustra est potentia quae non reducitur ad actum et maxime si ad actum reduci non possit; sed potentia Dei infinitorum

A 240 eorum] etiam (*deletio non perspicua*) *praem.* pA quae (*e* quem pA) *em.* A 243 infinita] illo *in fine lin. praem.* pA 253 ratio *hic conf.* pA] *post* veritatis *clare* A, *et ordinem dictatorum restituimus* 266 dicit] ut *add.* pA 270 uno] un *conf. praem.* pA 292 ratio...certitudo] cer *praem.* pA
11 ⟨Deus⟩ *suppl. cum* Φ] *om.* A

Φ 240 est²] etiam (*cf.* pA) *add.* Φ 241 non] nec Φ 243 visionis *om.* Φ 245 quae] sive α β sed δ 248 visus *om.* α visio δ 253 ratio veritatis (*induc.* A) *inv.* Φ 256 praeteritorum, praesentium *inv.* Φ 257 vel] *om.* Φ (-δ¹) et δ¹ 259 rerum omnium *inv.* β δ¹ 262 secundum] diversos *add.* Φ 263 sunt] secundum *add.* Φ (-γ) 271 ideo *om.* Φ 279 perfectionis] perfectius Φ (-δ¹) 285 aliquid erit *inv.* Φ 295 infinitum Deus *inv.* Φ 296 determinatam] indeterminatam α β δ¹
1 autem...fuit] queritur et fuit quesitum incidenter Φ 7 infiniti] divini Φ (-δ¹) 11 ⟨Deus⟩ *suppl.* Φ

240 supra: a. 8. 266 III c. 10 (f. 83vb F).
1 Parall.: *Quodlib.* IX q. 1 art. unic.; *Quodlib.* XII q. 2 art. unic. ad 2; *I Pars* q. 7 a. 4; *Super Phys.* III lect. 12.

est; ergo frustra esset talis potentia nisi posset actu facere infinita.

SED CONTRA est quod Seneca dicit « Idea est exemplar rerum quae naturaliter fiunt »; sed non possunt naturaliter esse infinita, et ita nec fieri, ut videtur, quia quod non potest esse non potest fieri; ergo in Deo infinitorum non erit idea; sed nihil Deus potest operari nisi per ideam; ergo Deus non potest operari infinita.

2. Praeterea, cum dicitur Deus creare res, nihil novum ex parte creantis ponitur sed ex parte creaturae tantum; unde hoc videtur esse ⟨idem⟩ dictu Deum creare res quod res exire in esse a Deo; ergo eadem ratione Deum posse creare res idem est quod res posse exire in esse a Deo; sed res infinitae non possunt fieri quia non est in creatura potentia ad actum infinitum; ergo nec Deus potest infinita actu facere.

RESPONSIO. Dicendum quod duplex invenitur infiniti distinctio. Uno modo distinguitur per potentiam et actum, et dicitur infinitum potentia quod semper in successione consistit, ut in generatione et tempore et divisione continui, in quibus omnibus est potentia ad infinitum semper uno post aliud accepto, actu autem infinitum sicut si poneremus lineam terminis carentem. Alio modo distinguitur infinitum per se et per accidens, cuius distinctionis intellectus hoc modo patet. Infiniti enim ratio, ut dictum est, quantitati congruit; quantitas autem per prius dicitur de discreta quantitate quam de continua; et ideo ad videndum qualiter sit per se et per accidens infinitum, considerandum est quod multitudo quandoque requiritur per se quandoque vero est per accidens tantum. Per se quidem multitudo requiritur, ut patet, in causis ordinatis et effectibus quorum unum habet dependentiam essentialem ad aliud, sicut anima movet calorem naturalem quo moventur nervi et musculi quibus moventur manus quae movent baculum quo movetur lapis: in his enim quodlibet posteriorum per se dependet a quolibet praecedentium. Sed per accidens multitudo invenitur | quando omnia quae in multitudine continentur quasi loco unius ponuntur ⟨et⟩ indifferenter se habent sive sint unum sive multa vel pauciora vel plura, sicut si aedificator facit domum in cuius factione plures serras consumit successive, multitudo serrarum non requiritur ad factionem domus nisi per accidens ex hoc quod una non potest semper durare, nec differt aliquid ad domum quotcumque ponantur, unde nec una earum habet dependentiam ad aliam sicut erat quando multitudo requirebatur per se. Secundum ergo hoc de infinito variae opiniones processerunt. 57va

Quidam enim antiqui philosophi posuerunt infinitum in actu non solum per accidens sed per se, volentes quod infinitum esset de necessitate eius quod ponebant principium, unde etiam processum causarum in infinitum ponebant: sed hanc opinionem Philosophus reprobat in II Metaphysicae et in III Physicorum. Alii vero Aristotilem sequentes concesserunt quod infinitum per se inveniri non potest neque in actu neque in potentia quia non est possibile quod aliquid essentialiter dependeat ab infinitis: sic enim eius esse numquam compleretur; sed infinitum per accidens posuerunt non solum esse in potentia sed in actu: unde Algazel in sua Metaphysica ponit animas humanas a corporibus separatas esse infinitas quia hoc sequitur ex hoc quod mundus secundum

A 18 Seneca] iste *praem.* pA 19 rerum...naturaliter] n *praem.* pA 28 ⟨idem⟩ *suppl.*] *trans. ad lin. om* A 44 intellectus] intelli *praem.* pA 45 quantitas...per prius] prima autem *praem.* pA 47 de continua] continua *praem.* pA 51 multitudo requiritur] invenitur *praem.* pA 61 ⟨et⟩ *suppl. cum* Φ (-δ^2)] *om.* A 83 essentialiter] ee *in fine lin. praem.* pA 89 hoc^1] secundum ipsum *add.* A, *quod coni. primam conscriptionem casu non deletam, et delevimus*

Φ 21 non potest] nec Σ 23 nihil Deus *inv.* Φ 28 ⟨idem⟩] *ante* videtur *suppl.* Φ res^1 *om.* β δ^1 34 duplex] dupliciter Φ 38 et tempore] corporum α corporum *praem.* δ et^2] in *add.* Σ 42 distinguitur] –tinguit α β 43 per^1] in *praem.* α β 44 Infiniti] finiti Φ 50 est *om.* Φ 52 quorum] suorum α quarum γ 58 dependet *ante* per se β δ^1 61 ⟨et⟩ *suppl.* Φ (-δ^2) 62 sint] sit Φ sive^2] sit *add.* δ^2 sint *add.* δ^1 vel^1] sive Φ vel plura *om.* Φ 63 si *om.* β γ 64 serras consumit] serre consumantur Φ 68 quotcumque] quocumque α γ 71 ergo hoc *inv.* Φ (-δ^2) 75 infinitum] non *add.* α β 77 in *om.* Φ 84 numquam] nusquam α β

18 *Epistul. Mor.* VI epist. 6 (58) 19. 45 dictum est: supra a. 2 ad 5 et a. 9. 54 anima...lapis: exemplum Moysis Maim. *Dux neutr.* II c. 1. 73 antiqui philosophi: Pythagorici, Anaxagoras, Democritus et Plato ut refert Arist. *Metaph.* I 4 (984 a 11) et *Phys.* III 6 (202 b 30). 79 *Metaph.* II 2 (994 a 1); *Phys.* III 6 (203 a 3). 87 Pars I tr. 1 div. 6 (ed. Muckle, p. 40).

ipsum est aeternus; nec hoc inconveniens reputat quia animarum ad invicem non est aliqua dependentia, unde in multitudine illarum animarum non invenitur infinitum nisi per accidens. Quidam vero posuerunt quod infinitum actu nec per se nec per accidens esse potest sed solum infinitum in potentia, quod in successione consistit, ut docetur in III Physicorum, et haec est positio Commentatoris in II Metaphysicae: sed hoc quod infinitum esse actu non possit potest contingere ex duobus, vel quia esse actu repugnet infinito ex hoc ipso quod infinitum est, vel propter aliquid aliud sicut moveri sursum repugnat triangulo plumbeo non quia triangulus sed quia plumbeus. Si ergo infinitum actu esse possit secundum rei naturam secundum mediam opinionem, vel si etiam esse non possit impediente aliquo alio quam ipsa ratione infiniti, dico quod Deus potest facere infinitum actu esse; si autem esse actu repugnet infinito secundum suam rationem, tunc Deus hoc facere non potest, sicut non potest facere hominem esse animal irrationale quia hoc esset contradictoria esse simul. Utrum autem esse actu repugnet infinito secundum rationem suam vel non, quia incidenter hoc motum est, discutiendum alias relinquatur ad praesens. Ad argumenta autem utriusque partis respondendum.

1. Ad primum igitur dicendum quod rationes quae sunt in mente divina non producunt se in creatura secundum modum quo sunt in Deo sed secundum modum quem patitur ratio creaturae, unde quamvis sint immateriales tamen ex eis res in esse materiali producuntur; si ergo de ratione infiniti sit quod non sit simul in actu sed in successione, sicut Philosophus dicit in III Physicorum, tunc rationes infinitae quae sunt in mente divina non possunt se in creaturis efficere omnes simul sed secundum successionem, et sic non sequitur esse infinita actu.

2. Ad secundum dicendum quod virtus creaturae dicitur aliquid non posse dupliciter: uno modo ex defectu virtutis, et tunc de illo quod creatura non potest recte arguitur quod Deus possit; alio modo ex eo quod illud quod creaturae impossibile dicitur in se ipso quandam repugnantiam continet, et hoc sicut nec creaturae ita nec Deo est possibile, ut contradictoria esse simul, et de talibus erit infinitum esse actu si esse in actu rationi infiniti repugnet.

3. Ad tertium dicendum quod frustra est quod non pertingit finem ad quem est, ut dicitur II Physicorum, unde ex hoc quod potentia non reducitur ad actum non dicitur esse frustra nisi in quantum effectus eius vel ipse actus diversus ab ea existens est potentiae finis; nullus autem divinae potentiae effectus est finis ipsius nec actus eius est diversus ab eo, et ideo ratio non sequitur.

1. Ad primum vero quod in contrarium obicitur, dicendum quod, quamvis secundum naturam non possint esse infinita simul, possunt tamen fieri quia esse infiniti non consistit in simul essendo sed est sicut ea quae sunt in fieri ut « dies et agon », ut in III Physicorum dicitur. Nec tamen sequitur quod Deus sola illa facere possit quae naturaliter fiunt: idea enim secundum praedictam assignationem accipitur secundum practicam cognitionem quae est ex hoc quod determinatur a divina voluntate ad actum; potest autem Deus voluntate sua multa

A 92 dependentia (*e* dependentiam pA) *em.* A 94 posuerunt *em.* A] *conf.* pA 101 ex] et *in fine lin. praem.* pA 103 sursum *scrips.*] sur (*trans. ad lin.*) sur A 108 dico quod Deus potest facere infinitum: *manus haec signans describitur in marg.* (*manu post., ni fallimur*) 115 hoc] *fortasse* hic A 125 si ergo] Qu *praem.* pA 130 non *em.* A] *conf.* pA 144 esse] ee *conf. praem.* pA 145 eius] *idem conf. praem.* pA 146 diversus] div *conf. praem.* pA 152 non possint] p *praem.* pA 158 secundum] ad *praem.* pA 159 ex...determinatur a divina voluntate] per determina. dei *praem.* pA

Φ 91 quia] eo quod Φ 97 docetur] dicitur Φ 101 infinito] infiniti Φ (-δ) 102 aliquid] aliquod β γ 103 sursum *om.* Φ (-γ) 106 mediam] meam Φ (-γ) 109 esse actu *inv.* Φ 113 contradictoria] contraria Φ esse simul *inv.* Φ 119 igitur] ergo γ δ^1 125 non] *om.* α β δ^1 (*def.* δ^2) 126 sicut] ut Φ 127 in III Physicorum] *om.* Φ (-γ) in tertio γ 129 efficere] conficere Φ 133 defectu virtutis *inv.* Φ illo] eo Φ 135 Deus] non potest recte quod deus *add.* Σ (-δ^1) 135 illud quod] id quod δ^1 *om.* δ^2 137 repugnantiam] repugnationem Φ 138 ita] sic Φ 140 in *om.* Φ 149 sequitur] procedit Φ 150 obicitur *ante* in contrarium Φ 155 agon] ago β δ^1 157 facere possit] potest facere Φ

98 *Phys.* III 10 (206 a 18). 99 Comm. 6 (VIII, 31 D). 113 contradictoria esse simul: Arist. *Metaph.* IV 15 (1011 b 16) ut refert Thomas *Super Sent. IV* d. 49 q. 1 a. 3 qc. 1 arg. 3. 116 alias: *Quodlib.* IX q. 1 art. unic. 127 *Phys.* III 10 (206 a 18). 143 *Phys.* II 10 (197 b 25). 155 Cap. 6 (206 a 18) sec. transl. veterem (ms. Urbin. lat. 206, f. 34^v).

alia facere quam quae ab ipso determinata sunt ut sint vel fuerint vel futura sint.

2. Ad secundum dicendum quod, quamvis 57vb | in creatione nihil sit novum nisi quod est ex parte creaturae, tamen creationis nomen non solum hoc importat sed etiam quod est ex parte Dei: significat enim divinam actionem, quae est sua essentia, et connotat effectum in creatura, qui est accipere esse a Deo; unde non sequitur quod Deum posse creare aliquid idem sit quod aliquid posse creari ab eo, alias antequam creatura esset nihil creare potuisset nisi creaturae potentia praeexisteret, quod est ponere materiam aeternam; unde quamvis potentia creaturae non sit ad hoc quod sint infinita actu, non ex hoc removetur quin Deus possit infinita actu facere.

Articulus undecimus

Undecimo quaeritur utrum scientia aequivoce pure dicatur de Deo et nobis. Et videtur quod sic: ubicumque enim est communitas univocationis vel analogiae ibi est aliqua similitudo; sed inter creaturam et Deum nulla potest esse similitudo; ergo non potest aliquid esse utrique commune secundum univocationem vel secundum analogiam: si ergo nomen scientiae de Deo et nobis dicitur, hoc erit aequivoce tantum. Probatio mediae: Is. XL [18] dicitur « Cui similem fecistis Deum? » etc., quasi dicat: nulli similis esse potest.

2. Praeterea, ubicumque est aliqua similitudo ibi est aliqua comparatio; sed Dei ad creaturam nulla potest esse comparatio cum creatura sit finita et Deus infinitus; ergo nulla potest esse eorum similitudo, et sic idem quod prius.

3. Praeterea, ubicumque est aliqua comparatio ibi oportet esse aliquam formam quae secundum magis et minus vel aequaliter a pluribus habeatur; sed hoc non potest dici de Deo et creatura quia sic esset aliquid Deo simplicius; ergo inter ipsum et creaturam non est aliqua comparatio, et ita nec similitudo nec communitas nisi aequivocationis tantum.

4. Praeterea, maior est distantia eorum quorum nulla est similitudo quam quorum est similitudo aliqua; sed inter Deum et creaturam est infinita distantia qua nulla maior esse potest; ergo non est inter ea aliqua similitudo, et sic idem quod prius.

5. Praeterea, maior est distantia creaturae ad Deum quam entis creati ad non ens, cum ens creatum non excedat non ens nisi secundum quantitatem suae entitatis, quae non est infinita; sed enti et non enti nihil potest esse commune « nisi secundum aequivocationem » tantum, ut dicitur in IV Metaphysicae, « ut puta si id quod nos vocamus hominem alii vocent non hominem »; ergo nec Deo et creaturae potest esse aliquid commune nisi secundum aequivocationem puram.

6. Praeterea, in omnibus analogis ita est quod vel unum ponitur in diffinitione alterius, sicut ponitur substantia in diffinitione accidentis et actus in diffinitione potentiae, vel aliquid idem ponitur in diffinitione utriusque, sicut sanitas animalis ponitur in diffinitione sani quod dicitur de urina et cibo, quorum alterum est conservativum alterum significativum sanitatis praedictae; sed creatura et Deus non hoc modo se habent neque quod unum in diffinitione ponatur alterius neque quod aliquid idem in diffinitione utriusque ponatur, etiam dato quod Deus diffinitionem haberet; ergo videtur quod

A 2 pure dicatur *inv.* pA 14 ad creaturam] et *imp. praem.* pA 17 et] *litt. imp. praem.* pA 23 aliquid...simplicius] et aliquid *add.* pA 25 nec[2] *em.* A] *conf.* pA 42 esse aliquid] a *praem.* pA

Φ 163 ut...sint[2]] vel...sint γ *om.* α δ 169 effectum] qui est *add.* Φ 172 eo] ipso Φ 174 praeexisteret] –sterent Φ (-δ^1)
2 pure dicatur] predicetur Φ 6 aliquid esse *inv.* Φ (-δ) 7 utrique commune *inv.* Φ 11 etc. *om.* Φ 13 aliqua *om.* Σ 14-15 sed...comparatio *hom. om.* γ 17 eorum similitudo *inv.* Φ 21 et] vel Φ (-δ^1) 23 quia] eo quod Φ 30 qua] quia Φ 31 ergo...similitudo *om.* α δ 33 est distantia *inv.* Φ (-δ^1) 34-35 cum...non ens *hom. om.* δ^2 39 IV] iii α δ 40 nos *om.* Φ 42 esse aliquid *inv.* Φ 52 praedictae *om.* Φ creatura] –ture Φ 53 ponatur *ante* in Φ 55 ponatur *ante* in Φ etiam dato] eo Σ *inv.* β 55 quod] sic *add.* Σ

1 Parall.: *I Pars* q. 13 a. 5; *Cont. Gent.* I c. 33; *Comp. theol.* cap. 27; *De pot.* q. 7 a. 7. aequivoce pure: Moyses Maim. *Dux neutr.* I c. 55 ut refert Thomas *De pot.* q. 7 a. 7. 39 Cap. 4 (1006 b 18) sec. transl. mediam (ed. Geyer, p. 177,86).

nihil secundum analogiam dici possit de Deo et creaturis, et ita restat quod aequivoce pure dicatur quicquid de eis communiter dicitur.

7. Praeterea, magis differt substantia et accidens quam duae species substantiae; sed idem nomen impositum ad significandum duas species substantiae secundum propriam utriusque rationem, aequivoce pure de his dicitur, sicut hoc nomen canis impositum caelesti, latrabili et marino; ergo multo fortius si unum nomen imponatur substantiae et accidenti; sed nostra scientia est accidens, divina autem est substantia; ergo nomen scientiae de utraque pure aequivoce dicitur.

8. Praeterea, scientia nostra non est nisi quaedam imago divinae scientiae; sed nomen rei non convenit imagini nisi aequivoce, unde animal aequivoce dicitur de vero animali et picto secundum Philosophum in Praedicamentis; ergo et nomen scientiae pure aequivoce dicitur de scientia Dei et nostra.

SED CONTRA est quod Philosophus dicit in V Metaphysicae quod illud est perfectum simpliciter in quo omnium generum perfectiones inveniuntur, et hoc est Deus, ut Commentator ibidem dicit; sed perfectiones aliorum generum non dicerentur inveniri in ipso nisi aliqua similitudo esset perfectionis ipsius ad aliorum generum perfectiones; ergo creaturae ad Deum est aliqua similitudo; non ergo pure aequivoce dicitur scientia vel quicquid aliud dicitur de creatura et Deo.

2. Praeterea, Gen. I [26] dicitur « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram »; ergo est aliqua similitudo creaturae ad Deum, et sic idem quod prius.

RESPONSIO. Dicendum quod impossibile est dicere aliquid univoce praedicari de creatura et Deo. In omnibus enim univocis communis est ratio nominis utrique eorum de quibus nomen univoce praedicatur, et sic quantum ad illius nominis rationem univocata in aliquo aequalia sunt, quamvis secundum esse unum altero possit esse prius vel posterius, sicut in ratione numeri omnes numeri sunt aequales, quamvis secundum naturam rei unus altero naturaliter prior sit. Creatura autem quantumcumque imitetur Deum non tamen potest pertingere ad hoc ut eadem ratione aliquid sibi conveniat qua convenit Deo: illa enim quae secundum eandem rationem sunt in diversis sunt eis communia secundum rationem substantiae sive quiditatis sed sunt discreta secundum esse; quicquid autem est in Deo, hoc est suum proprium esse: sicut enim essentia in eo est idem quod esse, ita scientia est idem quod esse scientem in eo; unde cum esse quod est proprium unius rei non possit alteri communicari, impossibile est ut creatura pertingat ad eandem rationem habendi aliquid qua habet Deus sicut impossibile est quod ad idem esse perveniat. Similiter etiam esset in nobis: si enim in Socrate non differret homo et hominem esse, impossibile esset quod homo univoce diceretur de eo et Platone, quibus est esse diversum. Nec tamen potest dici quod omnino aequivoce praedicetur quicquid de Deo et creaturis dicitur, quia nisi esset aliqua convenientia creaturae ad Deum secundum rem, sua essentia non esset creaturarum similitudo et ita cognoscendo suam essentiam non cognosceret creaturas; similiter etiam nec nos ex rebus creatis in cognitionem Dei pervenire possemus, 58ra

A 61 species substantiae] sb (*inc.* substantie*?*) *praem.* pA 64 aequivoce pure] proprie *praem.* pA 73 unde animal] *idem praem.* pA 81 et...sed] set *praem.* pA 83 aliqua (*ex* aliquid pA) *em.* A 86 ergo *coni.*] est A 97 et...quamvis] quamvis *praem.* pA 98 univocata] illa *praem.* pA 100 altero *macul.* A posterius *scrips.*] poterius (*vel* potius) A 111 essentia] *idem conf. et imp. praem.* pA 116 habendi] participan *praem.* pA 125 secundum rem *in marg.* A] *om.* pA

Φ 58 aequivoce pure *inv.* Φ 61-63 sed...substantiae *hom. om.* γ 62 impositum] suppositum Φ (*def.* γ) 64 aequivoce pure *inv.* Φ 64 sicut] sic Φ (-δ^1) 65 impositum *om.* Φ (-γ) 68 est^2 *om.* Φ 70 aequivoce dicitur *inv.* Φ 74-76 animal... pure] scientia α δ scientia *add.* β γ 79 illud] id Φ 81-82 inveniuntur...perfectiones *hom. om.* δ^2 82 ibidem] ibi Σ (*def.* δ^2) 88 et] de *add.* Φ 92 et...prius *om.* α δ 93 est dicere] dicitur Φ (-δ) 98 univocata] univoca δ^1 equivocata β 102 naturam] nomen Φ 103 naturaliter *om.* Φ 104 tamen *om.* Φ 106 qua convenit] quo convenit β et Σ 111 essentia] scientia α δ 112 est idem^2 *inv.* Φ 115 ut] quod γ δ^1 116 qua] quam δ^1 quod β 118 esset *post* nobis Φ 119 Socrate] petro Φ 121 eo et Platone] petro et paulo Φ 124 nisi] si non δ^1 si δ^2 127 suam essentiam] *inv.* Φ (-δ^1) esse naturam suam δ^1

65 nomen canis: exemplum Boetii *De divis.* (PL 64, 877 D). 76 Cap. 1 (1 a 1). 79 *Metaph.* V 18 (1021 b 30). 82 ibidem: comm. 21 (VIII, 131 B). 95 In omnibus...praedicatur: cf. Arist. *Praedic.* cap. 1 (1 a 6).

nec nominum quae creaturis aptantur unum magis de eo dicendum esset quam aliud quia in aequivocis non differt quodcumque nomen imponatur ex quo nulla rei convenientia attenditur.

Unde dicendum est quod nec omnino univoce nec pure aequivoce nomen scientiae de scientia Dei et nostra praedicatur sed secundum analogiam, quod nihil est dictu quam secundum proportionem. Convenientia autem secundum proportionem potest esse dupliciter et secundum haec duo attenditur analogiae communitas. Est enim quaedam convenientia inter ipsa quorum est ad invicem proportio eo quod habent determinatam distantiam vel aliam habitudinem ad invicem, sicut binarius cum unitate eo quod est eius duplum; convenientia etiam quandoque attenditur non duorum ad invicem inter quae sit proportio sed magis duarum ad invicem proportionum, sicut senarius convenit cum quaternario ex hoc quod sicut senarius est duplum ternarii ita quaternarius binarii: prima ergo convenientia est proportionis, secunda autem proportionalitatis. Unde et secundum modum primae convenientiae invenimus aliquid analogice dictum de duobus quorum unum ad alterum habitudinem habet, sicut ens dicitur de substantia et accidente ex habitudine quam accidens ad substantiam habet, et sanum dicitur de urina et animali ex eo quod urina habet aliquam habitudinem ad sanitatem animalis; quandoque vero dicitur aliquid analogice secundo modo convenientiae, sicut nomen visus dicitur de visu corporali et intellectu eo quod sicut visus est in oculo ita intellectus in mente. Quia ergo in his quae primo modo analogice dicuntur oportet esse aliquam determinatam habitudinem inter ea quibus est aliquid per analogiam commune, impossibile est aliquid per hunc modum analogice dici de Deo et creatura quia nulla creatura habet talem habitudinem ad Deum per quam possit divina perfectio determinari; sed in alio modo analogiae nulla determinata habitudo attenditur inter ea quibus est aliquid per analogiam commune, et ideo secundum illum modum nihil prohibet aliquod nomen analogice dici de Deo et creatura.

Sed tamen hoc dupliciter contingit: quandoque enim illud nomen importat aliquid ex principali significato in quo non potest attendi convenientia inter Deum et creaturam, etiam modo praedicto, sicut est in omnibus quae symbolice de Deo dicuntur, ut cum dicitur Deus leo vel sol vel aliquid huiusmodi, quia in horum diffinitione cadit materia, quae Deo attribui non potest; quandoque vero nomen quod de Deo et creatura dicitur nihil importat ex principali significato secundum quod non possit attendi praedictus convenientiae modus inter creaturam et Deum, sicut sunt omnia in quorum diffinitione non clauditur defectus nec dependent a materia secundum esse, ut ens, bonum et alia huiusmodi.

1. Ad primum igitur dicendum quod, sicut Dionysius dicit in IX cap. De divinis nominibus, Deus nullo modo creaturis similis dicendus est, sed creaturae possunt similes Deo dici aliquo modo. Quod enim ad imitationem alicuius fit, si perfecte illud imitetur, simpliciter potest ei simile dici, sed non e converso quia homo non dicitur | similis suae imagini sed e converso; si autem imperfecte imitetur, tunc potest dici et simile et dissimile illud quod imitatur ei ad cuius imitationem fit: simile quidem *58rb*

A 130 unum] *idem conf. praem.* pA 135 quod *sup. lin.* A] *om.* pA 136 scientiae de] de *praem.* pA 144 distantiam... habitudinem] habitudinem *praem.* pA 146 eo *in marg.* A] *trans. ad lin. om.* pA convenientia...attenditur] est et *praem.* pA 147 non *sup. lin.* A] *om.* pA 157 ex...et] et *praem.* pA 159 animali] sani *praem.* pA 160 urina] sa (*inc.* sana *?*) *praem.* pA 164 intellectus] in *in fine lin. praem.* pA 168 commune] communi *conf. praem.* pA 182 praedicto] *idem conf. praem.* pA 191 nec...materia] vel materia *praem.* pA 199 illud] impleat *add.* pA imitetur *em.* A] immitetur pA (*cf. nota superior*) 203 potest dici] quandoque *praem.* pA

Φ 132 in] ex Φ 133 nulla] nulli Φ 138 est] aliud *add.* Φ (-δ^2) aliud *praem.* δ^2 140 dupliciter] duplex Φ 141 haec duo] hoc duplex Φ 147 non] *post* quae Σ *hic et post* quae^{148} β 158 accidens ad substantiam] substantia et accidens Φ 158 habet] habent Φ (*cf. nota superior*) 159 et animali...quod urina *hom. om.* γ 160 habitudinem] similitudinem Φ 164 intellectus] est *add.* Φ 172 analogiae] –gice Φ 180 significato] –ficatione Φ 183 Deus *om.* Σ 194 igitur] ergo Σ 195 in IX] xi Φ 196 creaturis similis *inv.* Φ 197 possunt similes *inv.* Φ Deo dici] *inv.* Φ (-δ) dici δ 199 illud] id α β *om.* δ 201 similis] *post* suae β *post* imagini Σ 203 et^1 *om.* Φ illud] id Φ 204 quidem *om.* Φ

164 sicut...mente: exemplum Arist. *Topic.* I cap. 17 (108 a 11). 184 leo vel sol: Os. XIII^8 et Mal. IV^2. 196 § 6 (PG 3, 913 C; Dion. 468).

secundum hoc quod repraesentat, sed non simile in quantum a perfecta repraesentatione deficit. Et ideo sacra Scriptura Deum creaturis esse similem omnibus modis negat, sed creaturam esse similem Deo quandoque quidem concedit quandoque autem negat: concedit cum dicit hominem ad similitudinem Dei factum, sed negat cum dicit in Psal. «Deus, quis similis erit tibi?»

2. Ad secundum dicendum quod Philosophus in I Topicorum ponit duplicem modum similitudinis: unum qui invenitur in diversis generibus, et hic attenditur secundum proportionem vel proportionalitatem, ut quando alterum se habet ad alterum sicut aliud ad aliud, ut ipse ibidem dicit; alium modum in his quae sunt eiusdem generis, ut quando idem diversis inest. Similitudo autem non requirit comparationem secundum determinatam habitudinem quae primo modo dicitur sed solum quae secundo. Unde non oportet ut primus modus similitudinis a Deo removeatur respectu creaturae.

3. Ad tertium dicendum quod obiectio illa manifeste procedit de similitudine secundi modi, quam concedimus creaturae ad Deum non esse.

4. Ad quartum dicendum quod similitudo quae attenditur ex eo quod aliqua duo participant unum vel ex eo quod unum habet habitudinem determinatam ad aliud, ex qua scilicet ex uno alterum comprehendi possit per intellectum, diminuit distantiam, non autem similitudo quae est secundum convenientiam proportionum; talis enim similitudo similiter invenitur in multum vel parum distantibus: non enim est maior similitudo proportionalitatis inter duo et unum et sex et tria quam inter duo et unum et centum et quinquaginta; et ideo infinita distantia creaturae ad Deum similitudinem praedictam non tollit.

5. Ad quintum dicendum quod etiam enti et non enti aliquid secundum analogiam convenit quia ipsum non ens ens dicitur analogice, ut patet in IV Metaphysicae: unde nec distantia quae est inter creaturam et Deum communitatem analogiae impedire potest.

6. Ad sextum dicendum quod ratio illa procedit de communitate analogiae quae accipitur secundum determinatam habitudinem unius ad alterum: tunc enim oportet quod unum in diffinitione alterius ponatur, sicut substantia in diffinitione accidentis, vel aliquid unum in diffinitione duorum ex eo quod utraque dicuntur per habitudinem ad unum, sicut substantia in diffinitione quantitatis et qualitatis.

7. Ad septimum dicendum quod, quamvis inter duas species substantiae sit maior convenientia quam inter accidens et substantiam, tamen possibile est ut nomen non imponatur illis speciebus diversis secundum considerationem alicuius convenientiae quae sit inter ea, et tunc erit nomen pure aequivocum; nomen vero quod convenit substantiae et accidenti potest esse impositum secundum considerationem alicuius convenientiae inter ea, unde non erit aequivocum sed analogum.

8. Ad octavum dicendum quod hoc nomen animal imponitur non ad significandum figuram exteriorem in qua pictura imitatur animal verum, sed ad significandum interiorem naturam in qua non imitatur, et ideo nomen animalis de vero et picto aequivoce dicitur; sed nomen scientiae convenit creaturae et Creatori secundum id in quo creatura Creatorem imitatur, et ideo non omnino aequivoce praedicatur de utroque.

A 207 Scriptura Deum] d *praem.* pA 229 secundi] *idem conf. praem.* pA 236 diminuit] impedit *praem.* pA 237 quae... convenientiam] convenientium *praem.* pA 247 ens[1]] *idem conf. praem.* pA 249 est] *litt. imp. praem.* pA 265 ea *clare* A *et codd.* 267 convenit] imponitur *praem.* pA 277 scientiae] quod *praem.* pA convenit] commu *praem.* pA

Φ 205 hoc *om.* Φ 209 quidem...quandoque *hom. om.* δ^2 210 dicit] dicitur α β 212 in Psal.] *om.* Σ impossibile β 215 I] ii (*seu* secundo) Σ 217 hic] hoc Φ (-γ) 225 ut] quod Φ 229 manifeste] *om.* α δ *post* procedit β 233 habitudinem] aptitudinem (*post* determinatam δ^1) Φ 240 enim] autem Φ 245 etiam *om.* Φ 248 nec] nature α δ^2 natura δ^1 250 potest] non *praem.* Φ 263 possibile] impossibile Φ 273 qua] quo Φ 274 interiorem *om.* Φ

208 omnibus modis negat: e. g. Exodi IX[14], II Par. VI[14]. 210 concedit cum dicit: e. g. Gen. V[1], Sap. II[23], Iac. III[9]. 212 Ps. LXXXII[2]. 215 Cap. 17 (108 a 7). 248 *Metaph.* IV 1 (1003 b 10).

Articulus duodecimus

Duodecimo quaeritur utrum Deus sciat singularia futura contingentia. ⟨Et videtur quod non⟩: nihil enim potest sciri nisi verum, ut dicitur in I Posteriorum; sed in contingentibus singularibus et futuris non est veritas determinata, ut dicitur in libro Perihermeneias; ergo Deus non habet scientiam de futuris singularibus et contingentibus.

2. Praeterea, illud ad quod sequitur impossibile est impossibile; sed ad hoc quod Deus sciat singulare contingens et futurum sequitur impossibile, scilicet quod scientia Dei fallatur; ergo impossibile est quod sciat singulare futurum contingens. Probatio mediae: detur quod Deus sciat aliquod futurum contingens singulare ut Socratem sedere, aut ergo possibile est Socratem non sedere aut non est possibile: si non est possibile, ergo impossibile Socratem non sedere, ergo Socratem sedere est necessarium, datum autem fuerat quod esset contingens; si autem sit possibile non sedere, hoc
58va posito non debet | sequi aliquod inconveniens, sequitur autem quod scientia Dei fallatur, ergo non erit impossibile scientiam Dei falli.

3. Sed dicebat quod contingens ut in Deo est necessarium est. — Sed contra, illud quod est in se contingens non est necessarium quoad Deum nisi secundum quod est in ipso; sed secundum quod est in ipso non est distinctum ab eo; si igitur non est scitum a Deo nisi secundum quod est necessarium, non erit scitum ab eo secundum quod est in propria natura existens, secundum quod est a Deo distinctum.

4. Praeterea, secundum Philosophum in I Priorum, ex maiori de necesse et minori de inesse sequitur conclusio de necesse; sed haec est vera ' omne scitum a Deo necesse est esse ': si enim non esset quod Deus scit esse, scientia eius esset falsa; si ergo aliquid esse est scitum a Deo, illud necesse est esse. Sed nullum contingens necesse est esse; ergo nullum contingens scitur a Deo.

5. Sed dicebat quod cum dicitur ' omne scitum a Deo necesse est esse ', non importatur necessitas ex parte creaturae sed solum ex parte Dei scientis. — Sed contra, cum dicitur ' omne scitum a Deo necesse est esse ', necessitas attribuitur supposito dicti; sed suppositum dicti est id quod est scitum a Deo non ipse Deus sciens; ergo non importatur per hoc necessitas nisi ex parte rei scitae.

6. Praeterea, quanto aliqua cognitio est certior in nobis tanto minus potest esse de contingentibus: scientia enim non est nisi de necessariis quia certior est opinione quae potest esse de contingentibus; sed scientia Dei est certissima; ergo non potest esse nisi de necessariis.

7. Praeterea, in omni vera conditionali si antecedens est necessarium absolute et consequens erit absolute necessarium; sed ista conditionalis est vera ' si aliquid est scitum a Deo, illud erit '; cum ergo hoc antecedens ' hoc esse scitum a Deo ' sit absolute necessarium et consequens erit absolute necessarium; ergo omne

A 2 ⟨Et videtur quod non⟩ *suppl. cum traditione* Φ] *om.* A 3 verum] li (*vel* u *conf.*) *praem.* pA 6 periermminias A 7 habet scientiam] potest *praem.* pA 13 singulare] sin *in fine lin. praem.* pA 14 mediae (*e* mediem pA) *em.* A detur quod Deus] deus quidem deus *praem.* pA 25 Sed dicebat] § Preterea *praem.* pA in Deo est] scitum *praem.* pA 27 necessarium...secundum quod est in ipso] in deo nisi secundum *et litt. imp. praem.* pA 30 si igitur] g (*inc.* igitur) *praem.* pA 35 necesse et minori] mi *praem.* pA 36 sequitur] secundum *praem.* pA 37 omne] h *praem.* pA esse] ee *conf. praem.* pA 54 non... quia] cum *praem.* pA

Φ 2 ⟨Et...non⟩ *suppl.* Φ 8 et *om.* Φ 16 Socratem] petrum Φ 17 Socratem] petrum Φ 18 impossibile] est *add.* Φ 18 Socratem] petrum Φ 19 Socratem] petrum Φ 22 debet] deberet Φ 26 est[2] *om.* Φ (-γ) illud *om.* Σ 27 est[1] *post* in se Φ 29 est[1]] *om.* α δ[2] *post* in ipso β 31 erit] est Σ 32-33 in...quod est *hom. om.* Φ (*cf. infra lin.* 36 *nota ad* sed) 33 a Deo] ab eo (*post* distinctum δ) Φ 35 necesse] necessario Φ (-δ) necessitate δ 36 necesse] necessario Φ sed] contingens vel secundum quod est in propria natura existens secundum quod est a deo *praem.* β (*cf. nota ad* in...quod est *supra lin.* 32) 38-40 si enim...esse *hom. om.* α δ 45 solum *post* scientis[46] Φ 49 id] illud Φ (-γ) 55 potest] est (est *om.* β) de contingentibus vel *praem.* β γ non *praem.* δ[1] 59 et...necessarium *hom. om.* δ[2] 60 absolute necessarium] *inv.* Φ (*def.* δ[2]) 62 antecedens] scilicet *add.* Φ 63-64 et...necessarium *hom. om.* Σ 64 omne *om.* α δ

1 Parall.: *I Pars* q. 14 a. 13; *Cont. Gent.* I c. 67; *Super Sent. I* d. 38 a. 5; *Super Periherm.* I lect. 14. 4 *Anal. post.* I 4 (71 b 25). 6 *Periherm.* I 13 (18 a 28 sqq.). 16 Socratem sedere...: exemplum Arist. et Boetii ut supra q. 1 a. 6 16 in nota. 21 possibile...inconveniens: Arist. *Anal. prior.* I c. 13 (32 a 18), cf. Thomas *Super Sent. I* d. 38 a. 5 arg. 3. 35 Cap. 9 (30 a 15). 54 scientia...contingentibus: cf. Arist. *Anal. post.* I 44 (88 b 30), *Ethic.* VI 4 (1140 b 27-31). 58 in...necessarium: Arist. *Anal. post.* I 13 (75 a 1) ut refert Thomas *Super Sent. I* d. 38 a. 5 arg. 4 et *II-II* q. 171 a. 6 arg. 3.

quod scitum est a Deo necesse est absolute esse. Quod autem hoc sit necessarium absolute ' hoc esse scitum a Deo ', sic probabat: hoc est quoddam dictum de praeterito; sed omne dictum de praeterito, si est verum, est necessarium quia quod fuit non potest non fuisse; ergo hoc est absolute necessarium. Praeterea, omne aeternum est necessarium; sed omne quod Deus scivit ab aeterno scivit; ergo eum scivisse est necessarium absolute.

8. Praeterea, unumquodque sicut se habet ad esse sic se habet ad verum, sed futura contingentia non habent esse, ergo nec veritatem: ergo non potest de eis scientia esse.

9. Praeterea, secundum Philosophum in IV Metaphysicae, qui non intelligit unum determinatum nihil intelligit; sed futurum contingens, si est maxime ad utrumlibet, nullo modo est determinatum nec in se nec in sua causa; ergo nullo modo potest de eo scientia esse.

10. Praeterea, Hugo de Sancto Victore dicit in libro De sacramentis quod ' Deus nihil cognoscit extra se qui habet omnia apud se '; sed nihil est contingens nisi extra ipsum: in eo enim nihil est potentialitatis; ergo ipse nullo modo futurum contingens cognoscit.

11. Praeterea, per medium necessarium non potest cognosci aliquid contingens quia si medium est necessarium et conclusio necessaria; sed Deus cognoscit omnia per hoc medium quod est sua essentia; ergo cum hoc medium sit necessarium, videtur quod non possit aliquod contingens cognoscere.

SED CONTRA est quod in Psal. dicitur « Qui finxit singillatim corda eorum intelligit in omnia opera eorum »; sed opera hominum sunt contingentia cum dependeant a libero arbitrio; ergo futura contingentia cognoscit Deus.

2. Praeterea, omne necessarium scitur a Deo; sed omne contingens est necessarium secundum quod ad divinam cognitionem refertur, ut dicit Boetius in V De consolatione philosophiae; ergo omne contingens est scitum a Deo.

3. Praeterea, Augustinus dicit in VI De Trinitate quod Deus scit mutabilia immutabiliter; sed ex hoc est aliquid contingens quod mutabile quia contingens dicitur quod potest esse et non esse; ergo Deus scit contingentia immutabiliter.

4. Praeterea, Deus cognoscit res in quantum est causa earum; sed Deus non solum est causa necessariorum sed etiam contingentium; ergo tam necessaria quam contingentia cognoscit.

5. Praeterea, secundum hoc cognoscit Deus res quod in ipso est exemplar omnium rerum; sed exemplar divinum quod est contingentium et mutabilium potest esse immutabile, sicut et materialium est immateriale et compositorum simplex exemplar; ergo videtur quod sicut Deus cognoscit composita et materialia quamvis ipse sit immaterialis et simplex, ita cognoscat contingentia quamvis in eo contingentia locum non habeat.

6. Praeterea, scire est causam rei cognoscere; sed Deus scit omnium contingentium causam: scit enim se ipsum qui est causa omnium; ergo ipse scit contingentia.

RESPONSIO. Dicendum quod circa hanc quae-

A 76 esse *sup. lin.* A] verum pA 81 contingens *em.* A] *conf.* pA 99 in *sup. lin.* A] *om.* pA: *auctoritas rectius profertur supra* a. 3 *lin.* 197-199 113 scit] *idem mac. praem.* pA 122 divinum quod] q *praem.* pA 126 quamvis...ita cognoscat] ita cog *praem.* pA 128 quamvis *scrips.*] quam A

Φ 66 absolute] scilicet *add.* Φ 67 Deo] sit necessarium *add.* Σ probabat] probat Φ (-γ) probatur γ 71 Praeterea] *signum novae paragraphi praem.* Φ 72 est necessarium *inv.* Φ 78 scientia esse *inv.* Φ 80 unum] nomen α δ 82 si] *om.* β sed γ 85 dicit *post* sacramentis Φ 89 potentialitatis] vel possibilitatis *add.* β γ 92 aliquid] aliquod Φ 93 conclusio] erit *add.* Φ 94 hoc *om.* Φ 99-100 eorum...eorum] etc. Φ 105 refertur *ante* ad divinam Φ 106 philosophiae *om.* α δ 109 in VI De Trinitate *om.* α δ 111 quod] est *add.* β γ 116 solum] tantum Φ 121 in ipso] ipse Φ 125 exemplar *om.* Σ 127 simplex] et *add.* Φ (-δ^1) cognoscat] -scit Φ 128 quamvis] licet Φ in eo] *ante* locum Φ (-δ^1) *post* locum δ^1 129 habeat] habeant Φ 132 causam] causas Φ qui] quia Φ

71 omne...necessarium: Arist. *Metaph.* IX 9 (1050 b 6) ut dicitur infra q. 15 a. 2 arg. 3. 75 unumquodque...verum: Arist. *Metaph.* II 2 (993 b 30) ut dicitur infra a. 15 9. 80 Cap. 4 (1006 b 10) sec. transl. *Novae Metaph.* (ed. Averroes VIII, 76 H). 81 contingens...utrumlibet: Arist. *Periherm.* cap. 9 (18 b 8) sec. transl. Boetii (ed. Minio-Paluello, p. 14). 86 I pars II c. 15 (PL 176, 212 B). 92 si...necessaria: Arist. *Anal. post.* I 13 (75 a 4) ut refert Thomas *Super Sent. I* d. 38 a. 5 arg. 4, *II-II* q. 171 a. 6 arg. 3. 98 Ps. XXXII[15]. 107 Prosa 6 (PL 63, 861 A). 110 Cap. 10 (PL 42, 932).

stionem diversimode est erratum. Quidam enim de divina scientia iudicare volentes ad modum scientiae nostrae, dixerunt quod Deus futura contingentia non cognoscit: sed hoc non potest esse quia secundum hoc non haberet providentiam de rebus humanis quae contingenter | eveniunt. Et ideo alii dixerunt quod Deus omnium futurorum scientiam habet sed cuncta ex necessitate eveniunt alias scientia Dei falleretur de eis: sed hoc etiam esse non potest quia secundum hoc periret liberum arbitrium, nec esset necessarium consilium quaerere, iniustum etiam esset poenas vel praemia pro meritis reddere ex quo cuncta ex necessitate aguntur. Et ideo dicendum est quod Deus omnia futura cognoscit, nec tamen propter hoc impeditur quin aliqua contingenter eveniant.

58vb

Ad huius autem evidentiam sciendum est quod in nobis sunt quaedam potentiae et habitus cognoscitivi in quibus numquam falsitas esse potest, sicut sensus et scientia et intellectus principiorum, quidam vero in quibus potest esse falsum, sicut imaginatio et opinio et extimatio; ex hoc autem falsitas accidit in aliqua cognitione quod non est ita in re sicut apprehenditur; unde si aliqua vis cognoscitiva est talis quod numquam in ea est falsitas, oportet quod suum cognoscibile numquam deficiat ab eo quod de ipso cognoscens apprehendit. Necessarium autem non potest impediri quin sit, etiam antequam fiat, eo quod causae eius sunt immutabiliter ordinatae ad eius productionem, unde per huiusmodi habitus qui semper sunt veri possunt necessaria cognosci etiam quando sunt futura, sicut cognoscimus futuram eclipsim vel ortum solis per veram scientiam; sed contingens impediri potest antequam sit in esse productum quia tunc non est nisi in causis suis quibus potest accidere impedimentum ne perveniant ad effectum; sed postquam iam contingens in esse productum est iam impediri non potest et ideo de contingenti secundum quod est in praesenti potest esse iudicium illius potentiae vel habitus in quo numquam falsitas invenitur, sicut sensus iudicat Socratem sedere quando sedet: ex quo patet quod contingens ut futurum est per nullam cognitionem cognosci potest cui falsitas subesse non possit. Unde cum divinae scientiae non subsit falsitas nec subesse possit, impossibile esset quod de contingentibus futuris scientiam haberet Deus si cognosceret ea ut futura sunt.

Tunc autem aliquid cognoscitur ut futurum est quando inter cognitionem cognoscentis et rei eventum invenitur ordo praeteriti ad futurum; hic autem ordo non potest inveniri inter cognitionem divinam et quamcumque rem contingentem sed semper ordo divinae cognitionis ad rem quamcumque est sicut ordo praesentis ad praesens, quod quidem hoc modo intelligi potest. Si aliquis videret multos transeuntes per unam viam successive et hoc per aliquod tempus, in singulis partibus temporis videret praesentialiter aliquos transeuntium ita quod in toto tempore suae visionis omnes transeuntes praesentialiter videret, nec tamen simul omnes praesentialiter videret quia tempus suae visionis non est totum simul; si autem sua visio tota simul posset existere, simul praesentialiter omnes videret quamvis non omnes simul praesentialiter transirent; unde cum visio divinae scientiae aeternitate mensuretur, quae est tota simul et tamen totum tempus includit nec alicui parti temporis deest, sequitur ut quicquid in

A 135 diversimode est] multipliciter est *praem.* pA 139 non] vel *praem.* A, *et delevimus* 158 falsitas] falsitatis *in fine lin. praem.* pA 163 Necessarium autem] contingens autem *praem.* pA 179 iudicat] percipit *praem.* pA 185 scientiam] n *praem.* pA 194 intelligi *em.* A] *conf.* pA 205 visio] duratio ipm *praem.* pA

Φ 142 cuncta] cum (*seu* tamen) ita α β 147 etiam esset *inv.* α γ 155 et intellectus] habitus β γ 157 falsum] falsitas Φ 165 etiam *om.* Φ (-γ) 170 veram *om.* α γ 175 impediri *post* potest Φ 179 sicut] sic Φ (-δ^1) 182 cognosci potest *om.* α β 198 transeuntium] transeuntes Φ (-γ) 200 videret] vident α δ^1 viderentur γ 201 videret *om.* Φ (-γ) 203 posset] possit Φ

135 Quidam: Averroes *Metaph.* XII comm. 51 (VIII, 337 A) ut refert Thomas supra a. 5 205. 141 alii: Stoici ut refert Thomas *Cont. Gent.* III c. 73, de quorum doctrina cf. Tullius *De divin.* II c. 5-8, August. *De civ. Dei* V c. 8-9 (PL 41, 148), Nemesius *De nat. hom.* cap. 35 (PG 40, 744; Bd [105]), Boetius *In librum Arist. De interpr. ed. sec.* III (PL 64, 492, 503 et 506). 155 sicut sensus: cf. Arist. ut supra q. 1 a. 11 33 in nota; scientia et intellectus: cf. Arist. *Ethic.* VI 3 (1139 b 15). 157 imaginatio: cf. Arist. *Metaph.* IV 14 (1010 b 2); opinio et extimatio: cf. Arist. *Ethic.* VI 3 (1139 b 17). 170 eclipsim: exemplum Avicennae ut supra a. 5 218. 201 tempus...simul: Boetius *De consol.* V pr. 6 (PL 63, 859 A) ut refert Thomas *Super Sent. I* d. 38 a. 5.

tempore geritur non ut futurum sed ut praesens videat. Hoc enim quod est a Deo visum est quidem futurum rei alteri cui succedit in tempore, sed ipsi divinae visioni, quae non ⟨est⟩ in tempore sed extra tempus, non est futurum sed praesens: ita ergo nos videmus futurum ut futurum quia visioni nostrae futurum est cum tempore nostra visio mensuretur, sed divinae visioni, quae est extra tempus, futurum non est, sicut et aliter videret transeuntes ordinatim ille qui esset in ordine transeuntium, qui non videret nisi illa quae ante ipsum sunt, et aliter ille qui extra ordinem transeuntium esset, qui omnes transeuntes simul inspiceret.

Sicut ergo visus noster non fallitur umquam videns contingentia cum sunt praesentia et tamen ex hoc non removetur quin illa contingenter eveniant, ita Deus infallibiliter videt omnia contingentia sive quae nobis sunt praesentia sive quae praeterita sive quae futura, quia sibi non sunt futura sed ea inspicit esse tunc quando sunt, unde ex hoc non removetur quin contingenter eveniant. Difficultas autem in hoc accidit eo quod divinam cognitionem significare non possumus nisi per modum nostrae cognitionis consignificando temporum differentias: si enim significaretur ut est Dei scientia, magis deberet dici quod Deus scit hoc esse quam quod sciat futurum esse, quia sibi numquam sunt futura sed semper praesentia; unde etiam, ut Boetius dicit in V De consolatione, eius cognitio de futuris ' magis proprie dicitur providentia quam praevidentia quia ea porro | quasi longe positus in aeternitatis specula intuetur ', quamvis et praevidentia dici possit propter ordinem eius quod ab eo scitur ad alia quibus futurum est.

59ra

1. Ad primum igitur dicendum quod, licet contingens non sit determinatum quandiu futurum est, tamen ex quo productum est in rerum natura veritatem determinatam habet, et hoc modo super illud fertur intuitus divinae cognitionis.

2. Ad secundum dicendum quod, sicut dictum est, contingens refertur ad divinam cognitionem secundum quod ponitur esse in rerum natura; ex quo autem est non potest non esse tunc quando est quia « quod est necesse est esse quando est », ut in I Perihermeneias dicitur; non tamen sequitur quod simpliciter sit necessarium, nec quod scientia Dei fallatur, sicut et visus meus non fallitur dum video Socratem sedere quamvis hoc sit contingens.

3. Ad tertium dicendum quod contingens pro tanto dicitur esse necessarium secundum quod est scitum a Deo quia scitur ab eo secundum quod est iam praesens; non tamen secundum quod futurum est, ex hoc aliquam necessitatem sortitur ut possit dici quod necessario evenit: eventus enim non est nisi eius quod futurum est, quia quod iam est non potest evenire ulterius sed verum est illud evenisse et hoc est necessarium.

4. Ad quartum dicendum quod, cum dicitur omne scitum a Deo est necesse, haec est duplex quia potest esse vel de dicto vel de re. Si sit de dicto tunc est composita et vera, et est sensus: hoc dictum ' omne scitum a Deo esse ' est necessarium, quia non potest esse quod

A 210 a (*ex* ab pA) *em.* A 213 ⟨est⟩[1] *hic suppl. cum* γ δ[2]] *om.* A 219 esset] ea *praem.* pA 220 nisi illa] il *praem.* pA 223 umquam] sc *imp. praem.* pA 237 sciat futurum] f *praem.* pA 256 tunc] tun *conf. praem.* pA 257 in I] in primo A p *imp. praem.* pA 257 pierierminias A 262 contingens] futurum *praem.* pA 268 eventus enim] et *praem.* pA 276 omne scitum *inv.* pA 276 esse'est] est esse pA, *postea signis consuetis* est *post* esse *translatur, demum deletur et post* esse *iterum inscribitur*

Φ 210 est *om.* Φ 211 quidem *om.* α δ futurum] est *add.* Φ (-γ) 212 ipsi] ipse Φ (-δ) 213 ⟨est⟩] *post* tempus *suppl.* α β δ[1] *hic, et post* tempus, *suppl.* γ δ[2] 216 cum] ipsa *add.* Σ nostra visio *om.* Φ 217 visioni] visionis Φ (-δ) 218 videret] videt α δ vident β γ ordinatim *om.* Φ 219 esset] est Φ 220 videret] videt Φ nisi] ante *add.* α β 220 illa quae] illos qui Φ 223 visus noster *inv.* Φ umquam] numquam Φ 224 cum] vel α in quantum δ 234 temporum] *om.* α δ temporis vel *praem.* β γ 237 esse[2] *om.* Φ 239 in] libro *add.* Φ V *post* consolatione Φ (-γ) 243 et] etiam Φ 245 ad alia *om.* Φ (-δ) 246 igitur] ergo Φ 255 non esse] *om.* Σ (-δ[1]) *post* tunc β 257 quando est *om.* β 258 sit] dicatur Φ 260 Socratem] petrum Φ 263 esse necessarium *inv.* Φ 268 evenit] eveniet Φ 269 quia] id *add.* Φ 270 evenire ulterius *inv.* Φ illud] id Φ 273 necesse] necessarium Φ haec] hoc Φ duplex] dupliciter β γ 276 hoc dictum *om.* Φ 276 esse *om.* Φ

240 Prosa 6 (PL 63, 860 B). 243 specula: cf. Boetius *De consol.* IV pr. 6 (PL 63, 818 A). 257 Cap. 9 (19 a 23) sec. transl. Boetii (ed. Minio-Paluello, p. 17). 274 de dicto vel de re: cf. Petrus Hispan. *Summulae logicales* tr. 7 n. 26.

Deus aliquid sciat esse et id non sit; si sit de re sic est divisa et falsa, et est sensus: id quod est scitum a Deo, necesse est esse; res enim quae a Deo sunt scitae, non propter hoc necessario eveniunt, ut ex dictis patet. Et si obiciatur quod ista distinctio non habet locum nisi in formis quae sibi invicem succedere possunt in subiecto ut albedo et nigredo, non autem potest esse ut aliquid sit scitum a Deo et postea nescitum, et sic distinctio praedicta hic locum non habet, dicendum quod, quamvis scientia Dei invariabilis sit et semper eodem modo, tamen dispositio secundum quam res refertur ad Dei cognitionem non semper eodem modo se habet ad ipsam: refertur enim res ad Dei cognitionem secundum quod est in sua praesentialitate; praesentialitas autem rei non semper ei convenit; unde res potest accipi cum tali dispositione vel sine ea, et sic per consequens potest accipi illo modo quo refertur ad Dei cognitionem vel alio modo et secundum hoc praedicta distinctio procedit.

5. Ad quintum dicendum quod, si sit de re praedicta propositio, verum est quod necessitas ponitur circa ipsum quod est scitum a Deo; sed si sit de dicto, necessitas non ponitur circa ipsam rem sed circa ordinem scientiae ad scitum.

6. Ad sextum dicendum quod sicut scientia nostra non potest esse de futuris contingentibus ita nec scientia Dei et adhuc multo minus si ea ut futura cognosceret; cognoscit autem ea ut praesentia sibi, aliis autem futura, et ideo ratio non procedit.

7. Ad septimum dicendum quod circa hoc est diversa opinio. Quidam enim dicunt quod hoc antecedens est contingens ' hoc est scitum a Deo ' eo quod quamvis sit praeteritum tamen importat ordinem ad futurum et ideo non est necessarium, sicut cum dicitur ' hoc fuit futurum ', istud praeteritum non est necessarium quia quod fuit futurum potest non esse futurum, ut in II enim De generatione dicitur « futurus quis incedere non incedet ». Sed hoc nihil est quia cum dicitur ' hoc est futurum ' vel ' fuit futurum ', designatur ordo qui est in causis illius rei ad productionem eius; quamvis autem causae quae sunt ordinatae ad aliquem effectum possint impediri ut effectus non consequatur ex eis, non tamen potest impediri quin fuerint aliquando ad hoc ordinatae; unde licet quod est futurum possit non esse futurum, numquam tamen potest non fuisse futurum.

Et ideo alii dicunt quod hoc antecedens est contingens quia est compositum ex necessario et contingenti: scientia enim Dei est necessaria sed scitum ab eo est contingens, quorum utrumque in praedicto antecedente includitur, sicut et hoc est contingens ' Socrates est homo albus ' vel ' Socrates est animal et currit '. Sed hoc iterum nihil est quia veritas propositionis non variatur per necessitatem et contingentiam ex eo quod materialiter in locutione ponitur sed solum ex principali compositione in qua fundatur veritas propositionis, unde eadem ratio necessitatis et contingentiae est in utraque istarum ' ego cogito hominem esse animal ' et ' ego cogito Socratem currere '; et ideo, cum actus principalis qui significatur in hoc antecedente ' Deus scit Socratem currere ' | sit necessarius, quantumcumque illud quod materialiter ponitur sit contingens, ex hoc non impeditur quin antecedens praedictum sit necessarium. *59rb*

Et ideo alii concedunt simpliciter quod sit

A 278 sciat *ante et post* aliquid A, *et primum delevimus* si sit de re] vel potest esse de re *praem.* pA 292 eodem modo] et *praem.* pA 296 cum...vel sine] vel *praem.* pA 314 scitum a Deo] *idem conf. praem.* pA 337 sicut] sc *praem.* pA 343 veritas *hic conf.* pA] *clare post* propositionis A, *et ordinem dictatorum restituimus* 345 cogito *in marg.* A] scio pA

Φ 280 necesse] necessarium Φ 287 distinctio praedicta *inv.* Φ 291 non] invariabilis et α invariabilis *praem.* β etiam variabilis et γ invariabilis est et δ 295 semper *om.* α δ^2 297 quo...modo *hom. om.* β 301 praedicta] presenti α δ 303 sed *om.* Φ 308 Dei] dicitur δ^2 dicitur esse *add.* δ^1 311 ratio] obiectio Φ 313 dicunt] dixerunt Φ 317 fuit *om.* α δ^2 318 istud] illud Φ 320 enim *om.* Φ generatione] et corruptione *add.* Φ 323 vel 'fuit futurum *om.* γ 326-327 ut...impediri *hom. om.* α δ^2 333 quia] quod Φ (-δ^1) 336 includitur] concluditur Φ 337 Socrates] petrus Φ 338 Socrates] petrus Φ 338 et currit] etc. δ^2 *om.* δ^1 345 esse animal] est δ^2 *om.* δ^1 346 Socratem] petrum Φ 348 Socratem currere] petrum legere Φ 348 necessarius] –sarium Φ

282 Et si obiciatur: cf. Guill. Alvern. *De universo* I 3 c. 15 (ed. Opera omnia, Parisiis 1674, p. 778). 313 Quidam: *Summa fr. Alexandri* I pars n. 187 (p. 275), Albertus *Super Sent. I* d. 38 a. 4 ad 3. 320 Cap. 11 (337 b 7) sec. transl. veterem (ms. Urbin. lat. 206, f. 208^r). 332 alii: Bonaventura *Super Sent. I* d. 38 a. 2 q. 2. 353 alii: non invenimus; eandem opinionem recitat Thomas *I Pars* q. 14 a. 13 ad 2.

necessarium, sed dicunt quod ex antecedente necessario absolute non oportet quod sequatur consequens necessarium absolute nisi quando antecedens est causa proxima consequentis: si enim sit causa remota, potest necessitas effectus impediri per contingentiam causae proximae, sicut quamvis sol sit causa necessaria, tamen floritio arboris quae est eius effectus est contingens quia causa eius proxima est variabilis, scilicet vis germinativa plantae. Sed hoc etiam non videtur sufficiens quia hoc non est propter naturam causae et causati quod ex antecedente necessario sequitur consequens necessarium sed magis propter ordinem consequentis ad antecedens quia contrarium consequentis nullo modo potest stare cum antecedente, quod contingeret si ex antecedente necessario sequeretur consequens contingens: unde hoc accidere est necesse in qualibet condicionali si vera sit, sive antecedens sit effectus sive causa proxima sive remota, et si hoc non inveniatur in condicionali, nullo modo erit vera, unde et haec condicionalis est falsa ' si sol movetur, arbor florebit '.

Et ideo aliter dicendum quod hoc antecedens est simpliciter necessarium et consequens est necessarium absolute eo modo quo ad antecedens sequitur. Aliter enim est de his quae attribuuntur rei secundum se, aliter de his quae attribuuntur ei secundum quod est cognita: illa enim quae attribuuntur ei secundum se conveniunt ei secundum modum suum, sed illa quae attribuuntur ei vel quae consequuntur ad ipsam in quantum est cognita sunt secundum modum cognoscentis; unde si in antecedente significetur aliquid quod pertineat ad cognitionem, oportet quod consequens accipiatur secundum modum cognoscentis et non secundum modum rei cognitae, ut si dicam ' si ego intelligo aliquid, illud est immateriale ', non enim oportet ut quod intelligitur sit immateriale nisi secundum quod est intellectum. Et similiter cum dico ' si Deus scit aliquid, illud erit ', consequens est sumendum non secundum dispositionem rei in se ipsa sed secundum modum cognoscentis; quamvis autem res in se ipsa sit futura, tamen secundum modum cognoscentis est praesens; et ideo magis esset dicendum ' si Deus scit aliquid, hoc est ' quam ' hoc erit ': unde idem est iudicium de ista ' si Deus scit aliquid, hoc erit ' et de hac ' si ego video Socratem currere, Socrates currit ' quorum utrumque est necessarium dum est.

8. Ad octavum dicendum quod, quamvis contingens dum est futurum non habeat esse, tamen ex quo est praesens esse habet et veritatem et sic divinae visioni substat, quamvis etiam Deus cognoscat ordinem unius ad alterum et sic cognoscat aliquid esse futurum alteri; sed sic non est inconveniens quod ponatur quod Deus scit aliquid esse futurum quod non erit, in quantum scilicet ⟨scit⟩ aliquas causas esse inclinatas ad aliquem effectum qui non producetur; sic enim nunc non loquimur de cognitione futuri prout a Deo in suis causis videtur sed prout cognoscitur in se ipso: sic enim cognoscitur ut praesens.

9. Ad nonum dicendum quod secundum quod est scitum a Deo est praesens et ita est determinatum ad unam partem, quantumcumque dum est futurum sit ad utrumlibet.

10. Ad decimum dicendum quod Deus nihil cognoscit extra se si li extra referatur ad id quo cognoscit, cognoscit autem aliquid extra se si referatur ad id quod cognoscit, et de hoc supra dictum est.

11. Ad undecimum dicendum quod duplex

A 359 impediri per] impe *add.* pA 376 haec *sup. lin.* A] *om.* pA 377 arbor] *idem conf. praem.* pA 385 modum *hic conf.* pA] *clare post* suum A, *et ordinem dictatorum restituimus* 387 in quantum est *in marg.* A] *verbum illegibile et* in quantum est *mac. in fine lin. praem.* pA 400 modum...praesens] quod est *praem.* pA 401 ideo] sic est *add.* pA 404 erit] *idem conf. in fine lin. praem.* pA 416 ⟨scit⟩ *suppl. cum* Φ] *om.* A 418 nunc non *inv.* pA 423 scitum *scil.* futurum, *ut in argumento*

Φ 356 necessarium *om.* Σ 357 antecedens] predictum *add.* Σ 363 germinativa] generativa Φ hoc etiam *inv.* Φ 365 propter] per Φ 366 sequitur] sequatur Φ (-δ^1) sequetur δ^1 368 consequentis] antecedentis Φ 369 antecedente] consequente Φ 372 est necesse *inv.* Φ 377 florebit] floret Φ 384 ei] rei Φ se...secundum *hom. om.* δ^2 385 modum suum (*induc.* A) *inv.* Φ 388-391 unde...cognoscentis *hom. om.* α δ 395 intellectum] in intellectu Φ 398 se *om.* Φ 400 se] re α β δ^2 401 esset] est β δ 402 hoc] *om.* β γ illud α δ 403-404 unde...erit *hom. om.* α δ^2 413 alteri] respectu alterius Φ 415 esse futurum *inv.* Φ 416 ⟨scit⟩ *suppl.* Φ 417 esse inclinatas] *post* effectum β inclinatas *post* effectum Σ 418 nunc *post* loquimur Φ non] *om.* δ^2 *post* futuri[419] δ^1 420 prout] in quantum Φ 422-423 secundum...scitum a] quod est futurum α est futurum δ^2 illud quod est futurum δ^1 424 quantumcumque] quamcumque Φ 425 dum] sed *praem.* Φ

429 supra: a. 3 ad 10.

est cognitionis medium: unum quod est medium demonstrationis et hoc oportet esse conclusioni proportionatum ut eo posito conclusio ponatur, et tale medium cognoscendi non est Deus respectu contingentium; aliud medium cognitionis est quod est similitudo rei cognitae, et tale medium cognitionis est divina essentia, non tamen adaequatum alicui etsi sit proprium singulorum, ut supra dictum est.

Articulus tertius decimus

Tertio decimo quaeritur utrum scientia Dei sit variabilis. Et videtur quod sic quia scientia est assimilatio scientis ad rem scitam; sed scientia Dei est perfecta; ergo perfecte assimilabitur rebus scitis; sed scita a Deo sunt variabilia; ergo scientia eius est variabilis.

2. Praeterea, omnis scientia quae potest falli est variabilis; sed scientia Dei potest falli: est enim de contingenti, quod potest non esse, et si non sit scientia Dei fallitur; ergo est variabilis.

3. Praeterea, scientia nostra quae est per receptionem a rebus est per modum scientis: ergo scientia Dei quae est per hoc quod confert aliquid rebus | est per modum rei scitae; sed scita a Deo sunt variabilia; ergo et scientia eius est variabilis.

4. Praeterea, ablato uno relativorum aufertur et reliquum: ergo et variato uno variatur et reliquum; sed scita a Deo sunt variabilia; ergo et scientia eius est variabilis.

5. Praeterea, omnis scientia quae potest augeri vel minui potest variari; sed scientia Dei potest augeri et minui; ergo potest variari. Probatio mediae: omnis sciens qui quandoque scit plura quandoque pauciora, eius scientia variatur; ergo sciens qui potest plura scire quam scit vel pauciora habet scientiam variabilem. Sed Deus potest plura scire quam sciat: scit enim aliqua esse vel fuisse vel futura esse quae facturus est, posset autem plura facere quae numquam est facturus et ita posset plura scire quam sciat, et eadem ratione potest pauciora scire quam sciat quia potest dimittere aliquid eorum quae facturus est; ergo eius scientia potest augeri et minui.

6. Sed dicebat quod quamvis plura essent subiecta vel pauciora divinae scientiae non tamen eius scientia variaretur. — Sed contra, sicut possibilia sunt subiecta potentiae divinae ita scibilia sunt subiecta divinae scientiae; sed si Deus posset plura facere quam potuerit eius potentia augeretur, minueretur autem si posset in pauciora; ergo eadem ratione si plura sciret quam prius scivisset eius scientia augeretur.

7. Praeterea, Deus quandoque scivit Christum nasciturum, nunc autem nescit eum esse nasciturum sed esse iam natum: ergo Deus aliquid scit quod prius nescivit et aliquid scivit quod nunc nescit, et sic eius scientia variatur.

8. Praeterea, sicut ad scientiam requiritur scibile ita requiritur et modus sciendi; sed si modus cognoscendi variaretur quo Deus scit, scientia eius esset variabilis; ergo eadem ratione, cum scibilia ab ipso varientur, eius scientia variabilis erit.

9. Praeterea, in Deo dicitur esse quaedam scientia approbationis secundum quam solos

A 432 unum] et hoc *praem.* pA 434 ut...non] et hoc no *praem.* pA 437 similitudo] sil *in fine lin. conf. praem.* pA 4 perfecta *in marg.* (*post fin. lin.*) A] *om.* pA perfecte] *idem conf. praem.* pA 10 est] et *praem.* pA 13 scientis] rerum scitarum *praem.* pA 38 subiecta] substantia *potius* pA 44 sciret] po *praem.* pA 45 prius (*quamvis descriptio potius suggerat* plus) A 46-50 Praeterea...variatur (*arg. scil.* 7) *in marg. inf.* A] *om.* pA

Φ 433 conclusioni] *om.* β *post* proportionatum Σ 435-436 cognoscendi...medium *hom. om.* α δ^2 437 est[1] *ante* medium[436] δ^1 *hic et ante* medium γ 439 tamen] est *add.* Φ (-δ) adaequatum] nec proportionatum *add.* Φ 6 ergo] et *add.* Φ eius est] dei Φ 10 est] et Φ 16 eius] *om.* β γ dei δ^1 17 est *om.* α δ^2 19 et reliquum] aliud Φ 19 et[2] *om.* Φ 20 et *om.* Φ sed...variabilis *om.* γ 21 et *om.* Φ (*def.* γ) est *om.* α δ (*def.* γ) 24 potest variari] etc. Φ 28 scit] sciat Φ 30 vel fuisse *post* futura esse Φ 32 plura scire *inv.* Φ 33 et *om.* Φ potest] posset Φ 37 dicebat] dices δ 38 vel pauciora *ante* essent[37] Φ 40 potentiae divinae *inv.* Φ 41 scibilia] sensibilia α β δ^2 42 potuerit] potuit Φ 46 Deus *om.* Φ 47 esse *om.* Φ 48 esse *om.* Φ 52 et *om.* Φ 53 cognoscendi] sciendi Φ quo Deus scit *om.* α δ 54 eius *om.* Φ

440 supra: a. 4 ad 2.

1 Parall.: supra a. 5 ad 11; *I Pars* q. 14 a. 15; *Super Sent. I* d. 39 q. 1 a. 1 et 2; ibid. d. 41 a. 5 ad 1; *Comp. theol.* cap. 29. 3 scientia...: cf. supra q. 1 a. 1 162 in nota. 18 ablato...: cf. Petrus Hispan. *Summulae logicales* tr. 5 n. 33, quae sententia colligitur ex Arist. *Praedic.* cap. 7 (7 b 15) ut refert Thomas *Super Sent. I* d. 9 q. 2 a. 1. 22 Praeterea...: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* I d. 39 et 43. 46 Praeterea...: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* I d. 41 c. 3. 58 scientia approbationis: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* I d. 36 c. 2.

bonos cognoscit; sed Deus potest approbare quos non approbavit; ergo potest scire quod prius nescivit, et sic videtur eius scientia variabilis.

10. Praeterea, sicut scientia Dei est ipse Deus ita et potentia Dei est ipse Deus; sed a potentia Dei dicimus res mutabiliter in esse produci; ergo eadem ratione a scientia Dei res mutabiliter cognoscuntur sine aliquo detrimento divinae perfectionis.

11. Praeterea, omnis scientia quae transit de uno in alterum est variabilis; sed scientia Dei est huiusmodi quia per essentiam suam cognoscit res; ergo est variabilis.

SED CONTRA est quod dicitur Iac. 1[17] « Apud quem non est transmutatio nec » etc.

2. Praeterea, omnia mota reducuntur ad unum primum immobile; sed prima causa omnium variabilium est divina scientia sicut causa artificiatorum est ars; ergo scientia Dei est invariabilis.

3. Praeterea, motus est « actus imperfecti », ut dicitur in III De anima; sed in divina scientia nulla est imperfectio; ergo est invariabilis.

RESPONSIO. Dicendum quod, cum scientia sit media inter cognoscentem et cognitum, dupliciter potest accidere variatio in ipsa: uno modo ex parte cognoscentis, alio modo ex parte cogniti. Ex parte autem cognoscentis tria in scientia considerare possumus, scilicet ipsam scientiam, actum eius et modum ipsius, et secundum haec tria potest variatio in scientia accidere ex parte scientis.

Accidit enim variatio in ea ex parte ipsius scientiae quando de novo acquiritur scientia alicuius quod prius nesciebatur vel amittitur scientia eius quod prius sciebatur, et secundum hoc attenditur generatio vel corruptio aut augmentum vel diminutio ipsius scientiae: talis autem variatio in scientia divina accidere non potest quia scientia divina, ut supra ostensum est, non solum est entium sed etiam non entium, non autem potest aliquid esse praeter ens vel non ens quia inter affirmationem et negationem nihil est medium. Quamvis autem secundum quendam modum scientia Dei sit tantum existentium in praesenti, praeterito vel futuro, scilicet secundum quod scientia ordinatur ad opus, quod facit voluntas, si tamen per hunc modum sciendi sciret aliquid quod prius nescivit nulla variatio ex hoc accideret in scientia ipsius, cum scientia eius sit aequaliter entium et non entium quantum ex parte eius est; sed si esset ex hoc aliqua variatio in Deo hoc esset ex parte voluntatis quae determinat scientiam ad aliquid ad quod prius non determinabat.

Sed nec in voluntate ipsius ex hoc aliqua variatio accidere potest. Cum enim hoc sit de ratione voluntatis ut libere actum suum producat, quantum est ex ipsa ratione voluntatis aequaliter potest in utrumque oppositorum exire, ut scilicet velit vel non velit facere aut non facere, sed tamen non potest esse ut simul dum vult non velit; nec in voluntate divina, quae immutabilis est, potest accidere ut prius voluerit aliquid et postea nolit illud idem secundum idem tempus quia sic voluntas eius esset temporalis et non tota simul. Unde si loquamur de necessitate absoluta, non est necesse eum velle hoc quod vult, ergo absolute

A 59 bonos] et bona *add.* pA 61 nescivit] s *praem.* pA 63 ipse *em.* A] *conf.* pA 65 dicimus (*e* dicimur pA) *em.* A 65 mutabiliter (*ex* immutabiliter pA) *em.* A 71 quia...variabilis] ergo est variabilis *praem.* pA 81 De anima (pA)] *del.* sA *et add.* physicorum, *quod del. tertius*A *et, punctis delentibus erasis,* de anima *restituit* 81 in[2] *sup. lin.* A] *om.* pA 93 novo] mo *praem.* pA 94 amittitur *scrips.*] admittitur A 98 accidere] ci *praem.* pA 110 cum scientia] s *imp. praem.* pA 120 vel...facere] facere *praem.* pA 121 sed...Unde[126]] et sic *praem.* pA 125 tempus] *idem conf. praem.* pA

Φ 59 sed Deus] ergo Φ (-γ) sed γ 61 eius scientia *inv.* α γ 64 et *om.* Φ 65 dicimus] dicuntur Φ 66 produci] producte Φ 70 de] ab Φ 74 nec» etc. *om.* Σ 84 media] medium Φ dupliciter] duplex Φ 87 cogniti] rei cognite Φ 90 in scientia *post* accidere Φ 91 ex parte scientis *om.* β γ 94-95 vel...sciebatur *hom. om.* α δ 97 vel] et Φ 101 aliquid esse *inv.* Σ 107 voluntas] bonitas α δ 110 ipsius] eius (*ante* scientia[109] δ) Φ scientia eius] ipsa Φ 111 et non entium *hom. om.* β 112 in Deo] in δ[2] *om.* δ[1] 115 ex hoc *post* variatio Φ 120 aut] vel Φ 121 esse] facere α δ 122 nec] sic α sed neque δ 124 illud] *om.* α δ[1] et δ[2] 128 ergo] quod Φ

75 omnia...immobile: Arist. *Phys.* VIII 12 (258 b 10) ut refert Thomas *Super Sent. I* d. 8 q. 3 a. 1 sed c. 2. 81 Cap. 7 (431 a 6) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 343,25). 99 supra: a. 8. 102 inter...medium: Arist. *Metaph.* IV 16 (1011 b 23 et 1012 a 7) ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 34 a. 1 arg. 3. 127 necessitate absoluta...ex suppositione: Arist. *Metaph.* V 6 (1015 a 20) ut refert Thomas *Super Sent. I* d. 6 a. 1.

loquendo possibile est eum non velle; sed si loquamur de necessitate quae est ex suppositione, sic necesse est eum velle | si vult vel si voluit, et sic ex suppositione praedicta loquendo non est possibile eum non velle, scilicet si vult vel si voluit. Mutatio autem cum requirat duos terminos, semper respicit ultimum in ordine ad primum, unde hoc solummodo sequeretur quod eius voluntas esset mutabilis si esset possibile non velle quod vult si prius voluisset. Et sic patet quod ex hoc quod possunt plura esse scita a Deo per hunc modum scientiae vel pauciora, nulla variatio ponitur in scientia eius vel in voluntate ipsius: hoc enim est eum posse plura scire quod posse scientiam suam per voluntatem determinare ad plura facienda.

59vb

Sed ex parte actus accidit variatio in scientia tripliciter: uno modo ex hoc quod actu considerat quod prius non considerabat, sicut dicimus illum variari qui exit de habitu in actum; iste autem variationis modus in scientia Dei esse non potest quia ipse non est sciens secundum habitum sed solum secundum actum quia non est in eo aliqua potentialitas qualis est in habitu; alio modo accidit variatio in actu sciendi ex hoc quod modo considerat unum et modo aliud; sed istud etiam non potest esse in divina cognitione quia ipse per unam speciem suae essentiae omnia videt et ideo omnia simul intuetur; tertio modo ex hoc quod aliquis in considerando discurrit de uno in aliud, quod etiam in Deo accidere non potest, quia cum discursus requirat duo inter quae sit non potest dici discursus in scientia ex hoc quod duo videt si illa duo uno intuitu videat, quod accidit in divina scientia per hoc quod omnia per unam speciem videt.

Sed ex parte modi cognoscendi accidit variatio in scientia ex hoc quod aliquid limpidius et perfectius cognoscitur nunc quam prius, quod quidem potest contingere ex duobus: uno modo ex diversitate medii per quod fit cognitio, sicut accidit in eo qui prius scivit aliquid per probabile medium et post scit idem per medium necessarium, quod etiam in Deo accidere non potest quia essentia sua quae est ei medium cognoscendi est invariabilis; alio modo ex virtute intellectiva secundum quod unus homo melioris ingenii acutius aliquid cognoscit etiam per idem medium, quod etiam in Deo accidere non valet quia virtus qua cognoscit est sua essentia quae invariabilis est. Unde relinquitur scientiam Dei omnino invariabilem esse ex parte cognoscentis.

Ex parte autem rei cognitae scientia variatur secundum veritatem et falsitatem quia eadem existimatione remanente si res mutetur erit existimatio falsa quae prius fuit vera, quod etiam in Deo non potest esse quia intuitus divinae cognitionis fertur ad rem secundum quod est in sua praesentialitate, prout est iam determinata ad unum; et ulterius quantum ad hoc non potest variari: si enim res ipsa aliam dispositionem accipiat, illa iterum erit eodem modo divinae visioni subiecta. Et sic scientia Dei nullo modo variabilis est.

1. Ad primum ergo dicendum quod assimilatio scientiae ad scitum non est secundum conformitatem naturae sed secundum repraesentationem, unde non oportet quod rerum variabilium sit scientia variabilis.

2. Ad secundum dicendum quod, quamvis scitum a Deo secundum se consideratum sit possibile aliter esse, tamen hoc modo divinae cognitioni substat secundum quod non potest aliter se habere, ut ex dictis patet.

3. Ad tertium dicendum quod omnis scien-

A 129 loquendo] lo *conf. praem.* pA 138 si prius] si *add.* pA 146 tripliciter *in marg.* A] dupliciter pA 158 aliquis] *idem conf. et imp. praem.* pA 162 in *sup. lin.* A] in illa *praem.* pA 174 ei (*ex* enim pA) *em.* A 178 quod] set talis *praem.* pA 181 scientiam] *idem conf. praem.* pA 182 ex parte cognoscentis] § Ad primum ergo dicendum quod assimilatio scientie ad scitum non est secundum conformitatem nature set secundum represen *praem.* pA (*cf. infra ad* 1^m) 190 ulterius] ul *conf. praem.* pA

Φ 131 necesse] necessarium Φ vult vel si] *om.* α γ vult vel β vel si vult *post* voluit δ 133 scilicet *om.* Σ 134 requirat] –rit β γ 137 eius] si ei α β si *praem.* γ 138 non] eum *praem.* α si] vel quod α δ 139 ex hoc quod] *om.* β per hoc quod Σ 142 ipsius] *om.* Φ (-δ^1) eius δ^1 143 quod] quam α δ scientiam suam] *om.* α γ *post* determinare[144] δ 144 voluntatem] suam *add.* Φ 146 hoc] eo Φ 148 qui] qua α quia β γ que δ^2 de] ab Φ 152 qualis est] sicut α δ 154 et *om.* Σ 157 omnia simul *inv.* Φ 163 videt] videat Φ duo *om.* α δ videat] videt *ante* uno Φ 164 divina] cognitione vel *add.* Φ (-γ) 164 per unam speciem] uno intuitu α δ 168 et] vel α δ 170 medii] materie α δ medie β 172 probabile medium *inv.* Φ 172 post] postea Φ 174 ei] in eo Σ 180 est[1] *post* essentia Φ Unde] ergo Φ 182-183 cognoscentis. Ex parte *hom. om.* α δ 186 prius fuit *inv.* Φ 196 scientiae] scientis Φ

tia, sive sit per receptionem a rebus sive per impressionem in res, est per modum scientis quia utraque est secundum hoc quod similitudo rei cognitae est in cognoscente: quod autem est in aliquo est in eo per modum eius in quo est.

4. Ad quartum dicendum quod illud ad quod refertur divina scientia, secundum hoc quod substat scientiae divinae est invariabile, unde et scientia invariabilis est quantum ad veritatem quae variari posset per immutationem relationis praedictae.

5. Ad quintum dicendum quod, cum dicitur Deus potest scire quod nescit, loquendo etiam de scientia visionis, potest dupliciter intelligi: uno modo in sensu composito, scilicet ex suppositione quod Deus non sciverit illud quod dicitur posse scire, et sic falsum est: non enim potest utrumque horum esse simul, scilicet ut Deus nesciverit aliquid et postea sciat illud; alio modo in sensu diviso, et sic non includitur aliqua suppositio vel condicio sub potestate, unde in hoc sensu est verum, ut ex dictis patet. Quamvis autem hoc in aliquo sensu concedatur quod Deus potest scire quod prius nescivit, non tamen potest concedi in aliquo sensu 'Deus potest scire plura quam sciat' quia, cum per hoc quod dicitur plura importetur comparatio ad praeexistens, | semper intelligitur in sensu composito; et eadem ratione nullo modo est concedendum quod scientia Dei possit augeri vel minui.

60ra

6. Sextum concedimus.

7. Ad septimum dicendum quod Deus scit enuntiabilia non componendo et dividendo, ut prius dictum est, et ideo sicut cognoscit diversas res eodem modo quando sunt et quando non sunt, ita cognoscit diversa enuntiabilia eodem modo quando sunt vera et quando sunt falsa quia unumquodque cognoscit esse verum illo tempore quo verum est: scit enim hoc enuntiabile 'Socratem currere' esse verum quando verum est et similiter hoc enuntiabile 'Socratem esse cursurum' et sic de aliis, et ideo, quamvis non sit modo verum Socratem currere sed cucurisse, nihilominus tamen Deus utrumque scit quia simul intuetur utrumque tempus quo utrumque enuntiabile est verum. Si autem sciret enuntiabile formando enuntiabile in se ipso, tunc nesciret aliquod enuntiabile nisi quando est verum, sicut et in nobis accidit, et sic eius scientia variaretur.

8. Ad octavum dicendum quod modus sciendi est in ipso sciente non autem ipsa res scita secundum suam naturam est in ipso sciente, et ideo modi sciendi varietas faceret scientiam variabilem non autem variatio rerum scitarum.

9. Ad nonum patet responsio ex dictis.

10. Ad decimum dicendum quod actus potentiae terminatur extra agentem ad rem in propria natura in qua res habet esse variabile, et ideo conceditur ex parte rei productae quod res producitur in esse mutabiliter; sed scientia est de rebus secundum quod res aliquo modo sunt in cognoscente, unde cum cognoscens sit invariabilis invariabiliter ab eo res cognoscuntur.

11. Ad undecimum dicendum quod, quamvis Deus per essentiam suam alia cognoscat, non est ibi aliquis transitus quia eodem intuitu essentiam suam et alia videt.

A 206 impressionem *scrips.*] impressione (*casu om. compl. abbrev.*) A 218-234 cum...praeexistens *pars scil. extrema col.* 59vb *alia manu* 221 scilicet...quod] quod *praem.* pA 234 semper *incip. fol.* 60ra *manus prima revertitur* 241 et ideo] non variatur *add.* pA 247 esse...hoc] h *praem.* pA 256 nisi] *idem conf. praem.* pA 261 modi...varietas] diversitas *praem.* pA 266 extra...ad] ad *praem.* pA 267 qua] *litt. imp. et coniuncta add.* pA 268 conceditur] de *imp. praem.* pA 269 esse] *idem conf. praem.* pA

Φ 213 hoc *om.* Φ (-γ) 215 veritatem] varietatem δ^2 variationem δ^1 216 posset] potest α δ immutationem] mutationem Φ (-δ) imitationem δ 222 sciverit] scivit α δ illud *om.* α δ 224 scilicet ut *inv.* Φ 225 sciat] nesciat β sciet δ 229 hoc *om.* Φ 231 in aliquo sensu *om.* α δ 232 Deus] quod *praem.* Φ 234 praeexistens] –stentia α γ –stentiam δ 240 non] *om.* β γ δ^1 et α δ^2 241 sicut] sic α δ 243 ita] non *add.* Φ 244 eodem modo *om.* Φ 245 unumquodque] unum α δ 247 Socratem...quando] esse verum scilicet petrum currere illo tempore quo Φ 249 Socratem] petrum Φ 250 Socratem] petrum Φ 261 faceret] facit Φ 276 non] tamen *add.* Φ 277 videt] et sic patet responsio ad omnia *add.* Φ

209 quod...in quo est: cf. supra q. 1 a. 2 18 in nota. 219 Deus...nescit: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* I d. 39 c. 1. 221 sensu composito...sensu diviso: Petrus Hispan. *Summulae logicales* tr. 7 n. 26, cf. supra a. 12 274. 241 prius: a. 7.

Articulus quartus decimus

Quarto decimo quaeritur utrum scientia Dei sit causa rerum. Et videtur quod non: Origenes enim Super Epistolam ad Romanos ait « Non propterea aliquid erit quia id scit Deus futurum, sed quia futurum est ideo scitur a Deo antequam fiat »; ergo magis videtur quod res sint causa scientiae Dei quam e converso.

2. Praeterea, posita causa ponitur effectus; sed scientia Dei fuit ab aeterno; si ergo ipsa est causa rerum, videtur quod res ab aeterno fuerint, quod est haereticum.

3. Praeterea, a causa necessaria sequitur effectus necessarius, unde et demonstrationes quae sunt per causam necessariam habent conclusiones necessarias; sed scientia Dei est necessaria cum sit aeterna; ergo et res quae sunt scitae a Deo omnes essent necessariae, quod est absurdum.

4. Praeterea, si scientia Dei sit causa rerum, tunc hoc modo se habet scientia Dei ad res sicut res se habent ad scientiam nostram; sed res ponit modum suum in scientia nostra quia de rebus necessariis habemus necessariam scientiam; si ergo scientia Dei esset causa rerum, modum necessitatis imponeret omnibus rebus scitis, quod est falsum.

5. Praeterea, ' causa prima vehementius influit in causatum quam secunda '; sed scientia Dei, si est causa rerum, erit causa prima; cum ergo ex causis secundis necessariis sequatur necessitas in effectibus, multo magis a scientia Dei sequetur necessitas in rebus, et sic idem quod prius.

6. Praeterea, essentialiorem comparationem habet scientia ad res ad quas comparatur ut causa quam ad eas ad quas comparatur ut effectus, quia causa imprimit in effectum sed non e converso; sed scientia nostra, quae comparatur ad res ut effectus earum, requirit necessitatem in rebus scitis ad hoc ut sit ipsa necessaria; ergo si scientia Dei esset causa rerum, multo amplius necessitatem requireret in rebus scitis et ita non cognosceret contingentia, quod est contra praedicta.

SED CONTRA est quod Augustinus dicit XV De Trinitate « Universas creaturas et spirituales et corporales non quia sunt ideo novit Deus sed ideo sunt quia novit »; ergo scientia Dei est causa rerum.

2. Praeterea, scientia Dei est quaedam ars rerum creandarum, unde dicit Augustinus in VI De Trinitate quod Verbum est « ars plena rationum viventium »; sed ars est causa artificiatorum; ergo scientia Dei est causa rerum creatarum.

3. Praeterea, ad hoc facere videtur opinio Anaxagorae, quam commendat Philosophus, qui ponebat primum principium rerum esse intellectum qui omnia movet et distinguit.

RESPONSIO. Dicendum quod effectus non potest esse simplicior quam causa, unde oportet quod in quibuscumque invenitur una natura quod sit reducere in unum principium illius naturae, sicut omnia calida reducuntur in unum primum calidum, scilicet ignem, qui est causa caloris in aliis, ut dicitur in II Metaphysicae: et ideo, cum omnis similitudo attendatur secundum convenientiam alicuius formae, oportet quod quaecumque sunt similia ita se habeant

A 5 sed quia] quia *praem.* pA 6 videtur quod] q *imp. praem.* pA 13 Praeterea] si *add.* pA (*cf. lin.* 20) 20 sit *em.* A] *conf.* pA 40 requirit] est *praem.* pA 52 rerum] *verbum imp. et illegibile praem.* pA 57 opinio...quam] quod *praem.* pA 62 simplicior *em.* A] *conf.* pA 70 habeant] ha *conf. praem.* pA

Φ 3 Romanos] *lac.* (*seu om.*) α δ hebreos β γ 11 fuerint] fuerunt Φ 13 necessaria] a causa ad causam necessariam Φ 14 et] etiam Φ 20 sit] est Φ 21 tunc] deus δ^2 *om.* δ^1 23 suum *om.* Φ 24 necessariam scientiam] *inv.* Φ (-δ^1) scientiam nostram δ^1 27 est falsum *inv.* Φ 41 ipsa *om.* Φ 44 rebus *om.* Σ 46 Sed contra est quod] contra Φ 52 unde] ut Φ (-γ) 53 plena] omnium *add.* Σ 55 ergo] quia α β sed δ^2 sicut δ^1 57 facere] *om.* δ^1 *post* videtur Φ (-δ^1) 63 quibuscumque] quibus Σ 64 principium] primum Φ 65 in] ad Φ 66 scilicet] ad *add.* Φ 68 secundum] aliquam *add.* Φ

1 Parall.: *I Pars* q. 14 a. 8; *Super Sent. I* d. 38 a. 1; infra q. 5 a. 2 ad 4. 4 VII Rufino interprete (PG 14, 1126 C), cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* I d. 38 c. 1. 9 posita...effectus: Avicenna *Metaph.* I c. 7 (f. 73^{rb}) ut dicitur infra q. 23 a. 5 arg. 1, cf. Petrus Hispan. *Summulae logicales* tr. 5 n. 24. 12 haereticum: Gen. I^1 ut refert Thomas *Cont. Gent.* II c. 37, *I Pars* q. 46 a. 2 sed c., Gregor. *In Ez.* I hom. 1 (PL 76, 786 B) ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 1 q. 1 a. 5, *I Pars* q. 46 a. 2 sed c. 28 ' causa...secunda ': *Liber de causis* prop. 1 ut dicitur infra q. 5 a. 9 85. 45 praedicta: a. 12. 47 Cap. 13 (PL 42, 1076). 53 Cap. 10 (PL 42, 931). 58 *De anima* III 7 (429 a 18) ut refert Thomas supra a. 3 173, vide etiam *De anima* I 5 (405 a 18) et *Phys.* VIII 9 (256 b 24). 67 *Metaph.* II 2 (993 b 24).

quod vel unum sit causa alterius vel ambo ex una causa causentur; in omni autem scientia est assimilatio scientis ad scitum; unde oportet quod vel scientia sit causa sciti vel scitum sit causa scientiae vel utrumque ab una causa causetur. Non potest autem dici quod res
60rb scitae | a Deo sint causae scientiae in eo quia res sunt temporales et scientia Dei est aeterna, temporale autem non potest esse causa aeterni; similiter non potest dici quod utrumque ab una causa causetur quia in Deo nihil potest esse causatum cum ipse sit quicquid habet; unde relinquitur quod scientia eius sit causa rerum. Sed e converso scientia nostra causata est a rebus, in quantum scilicet eam a rebus accipimus. Sed scientia angelorum neque est causa rerum neque ab eis causata sed utrumque est ab una causa: sicut enim Deus formas naturales influit rebus ut subsistant ita similitudines earum infundit mentibus angelorum ad cognoscendum res.

Sciendum tamen quod scientia in quantum scientia non dicit causam activam sicut nec forma in quantum est forma. Actio enim est ut in exeundo aliquid ab agente, sed forma in quantum huiusmodi habet esse in perficiendo illud in quo est et quiescendo in ipso, et ideo forma non est principium agendi nisi mediante virtute: et in quibusdam quidem ipsa forma est virtus sed non secundum rationem formae, in quibusdam autem virtus est aliud a forma substantiali rei, sicut videmus in corporibus a quibus non progrediuntur actiones nisi mediantibus aliquibus suis qualitatibus. Similiter etiam scientia significatur per hoc quod aliquid est in sciente, non ex hoc quod sit aliquid a sciente, et ideo a scientia numquam procedit effectus nisi mediante voluntate quae de sui ratione importat influxum quendam ad volita, sicut a substantia numquam exit actio nisi mediante virtute, quamvis in quibusdam sit idem voluntas et scientia, ut in Deo, in quibusdam autem non, ut in aliis; similiter etiam a Deo, cum sit causa prima omnium, procedunt effectus mediantibus causis secundis. Unde inter scientiam Dei quae est causa rei et ipsam rem causatam invenitur duplex medium: unum ex parte Dei, scilicet divina voluntas, aliud ex parte ipsarum rerum quantum ad quosdam effectus, scilicet causae secundae, quibus mediantibus proveniunt res a scientia Dei; omnis autem effectus non solum sequitur condicionem causae primae sed etiam mediae; et ideo res scitae a Deo procedunt ab eius scientia per modum voluntatis et per modum causarum secundarum, nec oportet quod in omnibus modum scientiae sequantur.

1. Ad primum igitur dicendum quod intentio Origenis est dicere quod scientia Dei non est causa quae inducat necessitatem in scito ut ex hoc cogatur aliquid evenire quia Deus illud scit; quod autem dicit quod « quia futurum est ideo scitur a Deo » non importatur causa essendi sed causa inferendi tantum.

2. Ad secundum dicendum quod quia res procedunt a scientia mediante voluntate non oportet quod in esse prodeant quandocumque est scientia sed quando voluntas determinat.

3. Ad tertium dicendum quod effectus sequitur necessitatem causae proximae, quae etiam potest esse medium ad demonstrandum effectum, non autem oportet quod sequatur neccessitatem causae primae quia potest impediri effectus ex causa secunda si sit contingens, sicut patet in effectibus qui producuntur in

A 80 quod utrumque] q *add.* pA 90 infundit *em.* A] *conf.* pA 92 quod] *idem in fine lin. praem.* pA 95 ut] ex hoc quod a *praem.* pA 105 per hoc] ut *praem.* pA 108 quae *em.* A] quem pA 125 voluntatis] ut sic *add.* pA 132 quod autem...non] non tamen *praem.* pA 132 quod[2] . (*punctum*) *praem.* pA 133 importatur] ponitur *praem.* pA 137 prodeant] *idem conf. praem.* pA

Φ 75 ab *om.* Σ 77 quia] cum Σ quia cum β 78 sunt] sint Φ est] sit Φ 86 neque] non Φ 86-87 causa...causata] causata a rebus neque causa rerum (rerum causa δ^1) α δ non est causata a rebus neque causa rerum *add.* β 88 naturales] universales Σ 90 infundit] influit Φ 102 corporibus] omnibus *praem.* α δ a quibus] aliquibus γ aliquibus *praem.* β 105 aliquid est *inv.* Φ 106 sit aliquid *inv.* Φ 109 ad] in Σ 114 prima omnium *inv.* Φ 117 causatam] creatam Φ (-δ^2) 124 a Deo *om.* α δ 128 igitur] *om.* β δ^2 ergo Σ (-δ^2) 129 Origenis est *inv.* Φ 132 quod « quia] quia α quod β δ 135 quia] *om.* γ δ^2 licet δ^1 138 quando] quandocumque Σ (-δ^1) quandoque β 144 si sit] sicut β δ

72 scientia...: cf. supra q. 1 a. 1 162 in nota. 79 temporale...aeterni: cf. Guill. Altiss. *Summa aurea* I c. ' De praedestinatione et reprobatione ' (f. 22rb).

generabilibus et corruptibilibus per motum corporum caelestium mediantibus virtutibus inferioribus: sunt enim effectus contingentes propter defectibilitatem virtutum naturalium quamvis motus caeli sit semper eodem modo se habens.

4. Ad quartum dicendum quod res est proxima causa scientiae nostrae et ideo modum suum ponit in ea, sed Deus est causa prima, unde non est simile. Vel dicendum quod non propterea scientia nostra est necessaria de rebus necessariis quia res scitae causant scientiam, sed magis propter adaequationem veritatis ad res scitas quae requiritur in scientia.

5. Ad quintum dicendum quod quamvis causa prima vehementius influat quam secunda tamen effectus non completur nisi adveniente operatione secundae, et ideo si sit possibilitas ad deficiendum in causa secunda est etiam eadem possibilitas deficiendi in effectu quamvis causa prima deficere non possit; sed multo amplius si causa prima posset deficere et effectus deficere possent. Quia ergo ad esse effectus requiritur utraque causa, utriusque defectus inducit defectum in effectu; et ideo quaecumque earum ponatur contingens sequitur effectum esse contingentem. Non autem si altera tantum ponatur necessaria effectus erit necessarius propter hoc quod ad esse effectus utraque causa requiritur, sed quia causa secunda non potest esse necessaria si prima sit contingens inde est quod ad necessitatem causae secundae sequitur necessitas in effectu.

6. Ad sextum dicendum sicut dictum est ad quartum.

Articulus quintus decimus

Quinto decimo quaeritur utrum Deus sciat mala. Et videtur quod non: omnis enim scientia vel est causa sciti vel causata ab eo vel saltem ab una causa procedens; sed scientia Dei non est causa malorum nec | mala *60va* sunt causa eius nec aliquid aliud est causa utriusque; ergo scientia Dei non est de malis.

2. Praeterea, sicut dicitur in II Metaphysicae, unumquodque sicut se habet ad esse ita se habet ad verum; sed malum non est aliquod ens, ut Dionysius et Augustinus dicunt; ergo malum non est verum; sed nihil scitur nisi verum; ergo malum non potest sciri a Deo.

3. Praeterea, Commentator dicit in III De anima quod ' intellectus qui semper est in actu non cognoscit privationem omnino '; sed intellectus Dei maxime semper est in actu; ergo nullam privationem cognoscit; sed « malum est privatio boni », ut Augustinus dicit; ergo Deus non cognoscit malum.

4. Praeterea, quicquid cognoscitur cognoscitur vel per simile vel per contrarium; sed essentiae Dei, per quam Deus omnia cognoscit, malum non est simile, neque etiam est ei contrarium quia ei nocere non potest, malum autem dicitur quia nocet; ergo Deus non cognoscit mala.

5. Praeterea, illud quod non est addiscibile non est scibile; sed, sicut dicit Augustinus in libro De libero arbitrio, malum non est addiscibile, « per disciplinam enim nonnisi bona discuntur »; ergo malum non est scibile; ergo non est cognitum a Deo.

A 148 enim] *litt. imp. praem.* pA 158 veritatis *clare* A 165 eadem] ea *conf. praem.* pA 168-179 Quia...Ad sextum dicendum sicut] § Ad vj. dicendum quod *praem.* pA 177 inde] id *praem.* pA 179 sicut dictum est] quod *praem.* pA (*cf. nota ad lin.* 168)
4 eo *scrips.*] ea *casu* A 12 nihil scitur] s *imp. praem.* pA 31 per...ergo] ergo *praem.* pA

Φ 152 est *post* causa Φ 155 dicendum] aliter Φ 158 veritatis] virtutis Φ 163 secundae] –da Φ possibilitas] pluralitas α δ 165 possibilitas] pluralitas α δ 171 earum] causarum Φ (-δ^1) causa δ^1 176 si] nisi Φ 177 ad...causae *hic om.* α δ 177 secundae *hic om.* Φ 178 effectu] quantum ad necessitatem cause secunde *add.* Φ 179 dicendum] est *add.* Σ (-δ^1) quod *add.* δ^1
1 Quinto decimo] et ultimo *add.* Φ 10 se habet *om.* Φ 32 discuntur] addiscuntur Φ

146 per...caelestium: Arist. *De gen. et corr.* II c. 10 (336 a 31) ut refert Thomas infra q. 5 a. 9 191 et *I Pars* q. 115 a. 3 ad 2, cf. *De divin. per somn.* cap. 2 (463 b 22) ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 15 q. 1 a. 2 ad 3, *De gen. animal.* IV c. 10 (777 b 20) ut refert Thomas infra q. 5 a. 9 195. 150 motus...habens: cf. Arist. *De caelo* II 8 (288 a 13).
1 Parall.: *I Pars* q. 14 a. 10; *Super Sent. I* d. 36 q. 1 a. 2; *Cont. Gent.* I c. 71; *Quodlib.* XI q. 2; infra q. 3 a. 4. 9 *Metaph.* II 2 (993 b 30). 11 *De div. nom.* cap. 4 § 19 (PG 3, 716 C; Dion. 237) et ibid. § 20 (721 A; Dion. 256) ut refert Thomas *I Pars* q. 48 a. 1 sed c.; *De civ. Dei* XI c. 9 (PL 41, 325) ut refert Thomas *De malo* q. 1 a. 1 sed c. 1. 12 nihil...verum: Arist. *Anal. post.* I 4 (71 b 25) ut dicitur supra a. 12 4. 15 Comm. 25 (VI^1, 169 A). 19 *Enchir.* cap. 11 (PL 40, 236). 25 malum...nocet: August. *Enchir.* cap. 12 (PL 40, 237) ut refert Thomas *I Pars* q. 48 a. 5 sed c., *De malo* q. 16 a. 4 sed c. 3. 30 I c. 1 (PL 32, 1223).

6. Praeterea, qui scit grammaticam grammaticus est: ergo qui scit mala malus est; sed Deus non est malus; ergo nescit mala.

SED CONTRA, nullus potest ulcisci quae ignorat; sed Deus est ultor malorum; ergo cognoscit mala.

2. Praeterea, nullum bonum deest Deo; sed scientia malorum bona est quia per eam mala vitantur; ergo Deus habet scientiam de malis.

RESPONSIO. Dicendum quod, secundum Philosophum in IV Metaphysicae, qui non intelligit aliquid unum nihil intelligit; per hoc autem aliquid est unum quod est in se indivisum et ab aliis distinctum; unde oportet quod quicumque cognoscit aliquid quod sciat distinctionem eius ab aliis; prima autem ratio distinctionis est in affirmatione et negatione; et ideo oportet quod quicumque scit affirmationem cognoscat negationem; et quia privatio nihil aliud est quam negatio subiectum habens, ut dicitur in IV Metaphysicae, et « alterum contrariorum semper est privatio », ut dicitur in eodem ⟨et⟩ in I Physicorum, inde est quod ex hoc ipso quod cognoscitur aliquid cognoscitur eius privatio et eius contrarium; unde cum Deus habeat propriam cognitionem de omnibus suis effectibus, unumquodque prout est in sua natura distinctum cognoscens, oportet quod omnes negationes et privationes oppositas cognoscat et omnes contrarietates in rebus repertas; unde cum malum sit privatio boni, oportet quod ex hoc ipso quod scit quodlibet bonum et mensuram cuiuscumque quod cognoscat quodlibet malum.

1. Ad primum ergo dicendum quod propositio illa habet veritatem de scientia quae habetur de re per suam similitudinem; malum autem non cognoscitur a Deo per suam similitudinem sed per similitudinem sui oppositi; unde non sequitur quod Deus sit causa malorum quia cognoscit mala, sed sequitur quod sit causa boni cui opponitur malum.

2. Ad secundum dicendum quod non ens ex hoc ipso quod opponitur enti dicitur quodam modo ens, ut patet in IV Metaphysicae, unde et ex hoc ipso quod bono opponitur ⟨malum⟩ habet rationem cognoscibilis et veri.

3. Ad tertium dicendum quod opinio Commentatoris fuit quod Deus cognoscens essentiam suam non determinate cognosceret singulos effectus prout sunt in propria natura distincti sed solummodo cognosceret naturam essendi quae in omnibus invenitur; malum autem non opponitur universali enti sed enti particulari; unde ex hoc sequitur quod malum non cognosceret. Sed haec positio falsa est, ut ex praedictis patet, unde et hoc quod sequitur, scilicet quod privationem et mala non cognoscat. Secundum enim intentionem Commentatoris privatio non cognoscitur ab intellectu nisi per absentiam formae ab intellectu, quae non potest esse in intellectu qui semper est in actu: sed hoc non est necessarium quia ex hoc ipso quod cognoscitur res cognoscitur privatio

A 51 et ideo] g (*inc.* ergo) *praem.* pA 56 ⟨et⟩ *suppl.*] *om.* A 64 boni *em.* A] *conf.* pA 71 per suam] s *et litt. imp. praem.* pA 80 ⟨malum⟩ *suppl.*] *om.* A 86 cognosceret...quae in omnibus] in universali *praem.* pA 87 invenitur] *idem conf. praem.* pA

Φ 35 mala] malum Φ 36 nescit] nec scit Φ 37 quae] qui α β δ^2 quod γ 38 sed *om.* α δ 44 IV] iii Σ qui] quicumque Φ 44 non *om.* Σ 45 aliquid] aliquod α γ nihil intelligit] *lac.* α *om.* β cognoscet eius distinctionem ab aliis γ 46 aliquid est] *inv.* Φ (-δ^2) est aliquod δ^2 55 dicitur] *post* eodem Φ (-γ) dicit *post* eodem γ 56 ⟨et⟩ *suppl.* Φ 60 prout] sicut Σ 63 rebus] eis Φ 66 cuiuscumque] cuiuslibet Φ 69 habet veritatem *inv.* Φ 80 ⟨malum⟩ *ante* ex hoc ipso *suppl.* Φ 81 veri] boni Φ (-γ) boni et sic oportet quod deus cognoscat malum cum cognoscat eius oppositum γ 88 universali enti *inv.* Φ 89 sequitur] sequeretur Φ 91 hoc quod sequitur] quod ex ea sequitur falsum est Φ 96 non...qui *hom. om.* β (*cf. nota insequens*) 96 qui] que Σ *def.* β

34 qui...grammaticus est: exemplum Ans. *De grammatico* cap. 13-14 (PL 158, 571 sqq.). 38 Deus...malorum: Fulgentius *Ad Monimum* I c. 19 (PL 65, 167 C) ut refert Thomas *I-II* q. 79 a. 3 arg. 2. 44 Cap. 4 (1006 b 10) sec. transl. *Novae Metaph.* (ed. Averroes VIII, 76 H). 46 unum...indivisum: Arist. ut supra q. 1 a. 1 141 in nota. 47 ab aliis distinctum: cf. Guill. Altiss. *Summa aurea* II tr. 9 q. 2 (f. 56^{vb}). 54 *Metaph.* IV 3 (1004 a 15) et 15 (1011 b 19). 56 in eodem: cap. 6 (1011 b 18) sec. transl. mediam (ed. Geyer, p. 197,90); *Phys.* I 13 (191 a 13). 78 *Metaph.* IV 1 (1003 b 10). 83 *Metaph.* XII comm. 51 (VIII, 337 A) ut refert Thomas supra a. 5 205. 91 praedictis: a. 5.

rei, unde utrumque cognoscitur per praesentiam formae in intellectu.

4. Ad quartum dicendum quod oppositio unius ad aliud potest accipi dupliciter: uno modo in generali, sicut dicimus malum opponi bono, et hoc modo malum opponitur Deo; alio modo in speciali, prout dicimus hoc album opponi huic nigro, et sic non est oppositio mali nisi ad illud bonum quod potest per malum privari et cui potest esse nocivum, et sic malum non opponitur Deo. Unde Augustinus dicit in XII De civitate Dei quod « vitium opponitur Deo tamquam malum bono », sed naturae quam vitiat non solum opponitur ut malum bono sed etiam ut nocivum.

5. Ad quintum dicendum quod malum in quantum est scitum est bonum quia scire malum bonum est: et sic verum est quod omne addiscibile est bonum, non autem quod sit secundum se bonum sed solum in quantum est scitum.

6. Ad sextum dicendum quod grammatica scitur in habendo grammaticam, non autem malum, et ideo non est simile.

A 100 intellectu] Secu *add.* pA 101 quartum] tertium pA dicendum] quartum *add.* pA, *signis consuetis loco suo restituit* A (*cf. notatio superior*) 101 oppositio] malum *praem.* pA 107 mali] *litt. imp. praem.* pA 108 cui] *idem conf. praem.* pA 112 naturae *scrips. cum* δ^1] natura A 114 quod *trans. ad lin. rep.* A, *et alterum delevimus* 122 et...simile *in appendice col.* 60va

Φ 106 opponi] opponitur Φ 107 illud] aliud Φ 110 XII] libro *praem.* Φ vitium] unum α δ^2 112 naturae] natura (*ex* A) Φ (-δ^1) 112 vitiat] intrat δ^2 inerat δ^1 113 etiam *om.* Φ 118 solum *om.* α δ in quantum] secundum quod Φ

110 Cap. 3 (PL 41, 351).

QUAESTIO TERTIA

De ideis

1. *An sint ideae in Deo.*
2. *An sit ponere plures ideas.*
3. *An pertineant ad cognitionem speculativam.*
4. *An malum habeat ideam.*
5. *An materia prima habeat ideam.*
6. *An in Deo sit idea eorum quae non sunt nec erunt nec fuerunt.*
7. *An accidentia habeant ideam in Deo.*
8. *An singularia habeant ideam in Deo.*

Articulus primus

60^{vb} Quaestio est de ideis. Et primo quaeritur utrum sit ponere ideas. Et videtur quod non quia scientia Dei est perfectissima; sed perfectior est cognitio quae habetur de re per essentiam eius quam quae habetur per eius similitudinem; ergo Deus non cognoscit res per suas similitudines sed magis per essentias earum, et ita similitudines rerum quae ideae dicuntur non sunt in Deo.

2. Sed dicebat quod Deus scit res perfectius cognoscens eas per essentiam suam quae est similitudo rerum quam si cognosceret res per earum essentias. — Sed contra, scientia est assimilatio ad scitum: ergo quanto medium cognoscendi est magis simile et unitum rei cognitae tanto perfectius res per id cognoscitur; sed essentia rerum creatarum magis est unita eis quam essentia divina; ergo perfectius cognosceret res si sciret res per essentiam earum quam ex hoc quod scit eas per essentiam suam.

3. Sed dicebat quod perfectio scientiae non consistit in unione medii cognoscendi ad rem cognitam sed magis ad cognoscentem. — Sed contra, species rei quae est in intellectu, secundum quod habet esse in eo est particulata, secundum autem quod comparatur ad scitum habet rationem universalis quia est similitudo rei secundum naturam communem et non secundum condiciones particulares; et tamen cognitio quae est per illam speciem non est singularis sed universalis; ergo cognitio magis sequitur relationes speciei ad rem scitam quam ad scientem.

4. Praeterea, propter hoc improbatur a Philosopho opinio Platonis quam habuit de ideis quia posuit formas rerum materialium existere sine materia; sed multo magis sunt sine materia si sunt in intellectu divino quam si essent extra ipsum quia intellectus divinus est in summo immaterialitatis; ergo etiam multo magis inconveniens est ponere ideas in intellectu divino.

5. Praeterea, Philosophus improbat opinionem Platonis de ideis per hoc quod ideae positae a Platone non possunt generare nec generari et ita sunt inutiles; sed ideae, si ponantur in mente divina, non generantur quia omne

A 1 *Tituli, scilicet* An sint...habeant ideam in Deo *in marg. inf. fol.* 60^{vb} *et tempore post. manu* A 10 scit...perfectius] magis *praem.* pA 28 habet] *litt. imp. praem.* pA 36 quam...quia posuit] quia posuit *praem.* pA 39 sunt *sup. lin.* A] *idem conf.* pA

Φ 1 Quaestio: *posthac, et usque ad quaestionem* 12 *inclusive, inversiones et transpositiones simplices omittuntur in apparatu critico* Φ 12 res] eas Φ 41 etiam *om.* Σ 46 possunt] nec *add.* Σ

1 Parall.: *I Pars* q. 15 a. 1; ibid. q. 44 a. 3; *Super Sent. I* d. 36 q. 2 a. 1; *Super Dion. De div. nom.* cap. 5 lect. 3. 13 scientia...: Isaac ut refert Thomas, vide supra q. 1 a. 1 162 in nota. 36 *Metaph.* I 15 (991 a 8). 44 *Metaph.* VII 7 (1033 b 26).

generatum est compositum, similiter nec generant quia, cum generata sint composita et generantia sint similia generatis, oportet etiam generantia esse composita; ergo inconveniens est ponere ideas etiam in mente divina.

6. Item, Dionysius dicit in VII cap. De divinis nominibus quod Deus ‘ noscit existentia ex non existentibus et non cognoscit res secundum ideam’; sed ideae non ponuntur ad aliud in Deo nisi ut per eas cognoscantur res; ergo ideae non sunt in mente Dei.

7. Praeterea, omne exemplatum est proportionatum suo exemplari; sed nulla est proportio creaturae ad Deum sicut nec finiti ad infinitum; ergo in Deo non potest esse creaturarum exemplar; ergo cum ideae sint formae exemplares videtur quod non sint ideae rerum in Deo.

8. Praeterea, idea est regula cognoscendi et operandi; sed illud quod non potest deficere in cognoscendo vel operando ad neutrum regula indiget; cum igitur Deus sit huiusmodi videtur quod non oporteat ponere ideas in eo.

9. Praeterea, sicut unum in quantitate facit aequalitatem ita unum in qualitate facit similitudinem, ut dicitur in V Metaphysicae; sed propter diversitatem quae est inter Deum et creaturam creatura nullo modo Deo potest esse aequalis vel e converso; ergo nec in Deo est aliqua similitudo ad creaturam: cum ergo idea nominet similitudinem rei videtur quod rerum ideae non sunt in Deo.

10. Praeterea, si ideae sunt in Deo hoc non erit nisi ad producendum creaturas; sed Anselmus dicit in Monologion « Satis manifestum est in Verbo, per quod facta sunt omnia, similitudines rerum non esse sed veram et simplicem essentiam »; ergo videtur quod ideae, quae dicuntur rerum similitudines, in Deo non sunt.

11. Praeterea, Deus eodem modo cognoscit se et alia, alias sua scientia multiplex et divisibilis esset; sed Deus se ipsum non cognoscit per ideam; ergo nec alia.

SED CONTRA, Augustinus dicit in libro De civitate Dei « Qui negat ideas esse infidelis est quia negat Filium esse »; ergo etc.

2. Praeterea, omne agens per intellectum habet rationem sui operis apud se nisi ignoret quid agat; sed Deus est agens per intellectum et non ignorans hoc quod agit; ergo apud ipsum sunt rationes rerum quae ideae dicuntur.

3. Praeterea, sicut dicitur in II Physicorum, tres causae incidunt in unam, scilicet efficiens, finalis et formalis; sed Deus est causa efficiens et finalis rerum; ergo etiam est causa formalis exemplaris: non enim potest esse forma quae sit pars rei, et sic idem quod prius.

4. Praeterea, effectus particularis non producitur a causa universali nisi causa universalis sit propria vel appropriata; sed omnes particulares effectus sunt a Deo, qui est causa universalis omnium; ergo oportet quod sint ab eo secundum quod est causa propria uniuscuiusque vel appropriata; sed hoc non potest esse nisi per rationes rerum proprias in ipso existentes; ergo oportet in eo rationes rerum, id est ideas, existere.

5. Praeterea, Augustinus dicit ‘ In libro De ordine piget me dixisse duos esse mundos, scilicet sensibilem et intelligibilem, non quin hoc verum sit sed quia hoc dixi tamquam ex me cum tamen a philosophis dictum fuerit,

A 55 noscit (*e* non scit pA) *em.* A 56 ex non *sic* (*fortasse casu* pA *scriba detractus*) A: *lege* non ex *cum Ioh. Scoto vel Sarrac.*] *idem praem.* pA 57 ideae (*ex* ydea pA) *em.* A 59 Dei] ydee *praem.* pA 60 omne] cuiusl *praem.* pA 62 sicut *em.* A] *conf.* pA 62 finiti (*ex* infiniti pA) *em.* A 63 esse *hic conf.* pA] *clare post* creaturarum A, *et ordinem dictatorum restituimus* 76 Deo] *idem conf. praem.* pA 81 in Deo] y *praem.* pA 85 rerum *in marg.* A] *om.* pA veram] inveniri unam pA 86 ideae *em.* A] *conf.* pA 90 scientia *coni.* (*cf. solutio ad* 11^{m})] essentia A 94 ideas...infidelis] in *et litt. imp. praem.* pA infidelis (*ex* infideles pA) *em.* A 99 ergo...sunt] videtur *praem.* pA 104 rerum] *idem conf. et imp. praem.* pA 114 rationes] m (*?*) *praem.* pA

Φ 53 etiam *om.* Φ 67 regula] respectu α β ratio δ 70 cum igitur *om.* α δ sit] est Φ 71 videtur...in eo] ergo etc. Φ 73 aequalitatem] qualitatem Φ (-δ) 80 sunt] sint Φ 85 veram et *om.* α δ 86-88 videtur...sunt] etc. Φ 90 scientia] essentia (*induc.* A) Φ 99 hoc *om.* Φ 104 etiam] et Φ (-δ^{1}) *om.* δ^{1} 106 et...prius] ergo etc. Φ 112 est *om.* Φ (-δ^{1}) 113 esse *om.* Φ 121 fuerit] sit Φ

55 § 2 (PG 3, 869 A; Dion. 397). 56 ‘secundum ideam’: sec. transl. Roberti (Dion. 398). 74 *Metaph.* V 17 (1021 a 11). 83 Cap. 31 (PL 158, 185 B). 94 Non invenimus. Ad verbum tamen sententiam proferunt Guill. Altiss. *Summa aurea* I, in appendice (f. 32va) et Bonaventura *Super Sent. I* d. 6 q. 3; forse emanat ex hiis quae dicit August. *De div. quaest. 83* q. 46 (PL 40, 30) et *Retract.* I c. 3 (PL 32, 589). 102 *Phys.* II 11 (198 a 24). 117 *Retract.* I c. 3 (PL 32, 588).

et quia modus iste loquendi non est consuetus in sacra Scriptura'; sed mundus intelligibilis nihil aliud est quam idea mundi; ergo verum est ponere ideas.

6. Praeterea, Boetius dicit in III De consolatione loquens ad Deum «Tu cuncta superno ducis ab exemplo, mundum mente gerens pulchrum pulcherrimus ipse»; ergo mundi et omnium quae in eo sunt est exemplar in Deo, et sic idem quod prius.

61ra 7. Praeterea, Ioh. 1[3] dicitur «Quod factum est in ipso vita erat», hoc quia, ut Augustinus dicit, omnes creaturae sunt in mente divina sicut arca in mente artificis; sed arca in mente artificis est per suam similitudinem et ideam; ergo omnium rerum ideae sunt in Deo.

8. Praeterea, speculum non ducit in cognitionem aliquorum nisi eorum similitudines in eo resplendeant; sed Verbum increatum est speculum ducens in cognitionem omnium creatorum quia eo Pater se et omnia alia dicit; ergo ⟨in eo⟩ sunt similitudines rerum omnium.

9. Praeterea, Augustinus dicit in VI De Trinitate quod «Filius est ars Patris plena omnium rationum viventium»; sed rationes illae nihil aliud sunt quam ideae; ergo ideae sunt in Deo.

10. Praeterea, secundum Augustinum duplex est modus cognoscendi res, scilicet per essentiam et per similitudinem; sed Deus non cognoscit res per earum essentiam quia sic cognoscuntur solum illa quae sunt in cognoscente per sui praesentiam; ergo cum scientiam de rebus habeat, ut ex praedictis patet, relinquitur quod sciat res per earum similitudines, et sic idem quod prius.

RESPONSIO. Dicendum quod, sicut dicit Augustinus in libro LXXXIII Quaestionum, «ideas latine possumus vel formas vel species dicere ut verbum ex verbo transferre videamur». Forma autem alicuius rei potest dici tripliciter: uno modo a qua formatur res, sicut a forma agentis procedit effectus formatio, sed quia non est de necessitate actionis ut effectus pertingant ad completam rationem formae agentis cum frequenter deficiant maxime in causis aequivocis, ideo forma a qua formatur aliquid non dicitur eius idea vel forma; alio modo dicitur forma alicuius secundum quam aliquid formatur, sicut anima est forma hominis et figura statuae est forma cupri, et quamvis forma quae est pars compositi vere dicatur esse illius forma non tamen consuevit dici eius idea, quia videtur hoc nomen idea significare formam separatam ab eo cuius est forma; tertio modo dicitur forma alicuius ad quam aliquid formatur, et haec est forma exemplaris ad cuius imitationem aliquid constituitur, et in hac significatione consuetum est nomen ideae accipi ut idem sit idea quod forma quam aliquid imitatur.

Sed sciendum quod aliquid potest imitari aliquam formam dupliciter: uno modo ex intentione agentis, sicut pictura ad hoc fit a pictore ut imitetur aliquem cuius figura depingitur; aliquando vero talis praedicta imitatio per accidens praeter intentionem et a casu fit, sicut frequenter pictores a casu faciunt imaginem alicuius de quo non intendunt; quod autem aliquam formam imitatur a casu non dicitur ad illam formari quia li ad videtur importare ordinem ad finem; unde cum forma exemplaris vel idea sit ad quam formatur aliquid, oportet quod formam exemplarem vel ideam aliquid imitetur per se et non per accidens. Videmus etiam quod aliquid propter finem dupliciter operatur: uno modo ita quod ipsum agens determinat sibi finem, sicut est in omnibus agentibus per intellectum; aliquando autem agenti

A 140 est...ducens in cognitionem] ducit in co *praem.* pA 143 ⟨in eo⟩ *suppl. cum* Φ] *om.* A (*signum in marg.*) 161 latine possumus *inv.* pA 161 vel[1]] p *imp. praem.* pA formas vel] formas *add.* pA species *hic* A] *post* dicere pA 163 Forma autem] non autem *praem.* pA 164 uno modo] vel *praem.* pA 174 pars compositi] q *praem.* pA 184 ex] per *praem.* pA 188 a casu] autem (*?*) *imp. praem.* pA 188 fit *in marg. inter col.* (*tempore post.*) A] *trans. ad lin. om.* pA 190 alicuius *scrips.*] alicui *in fine lin.* A

Φ 130 eo] mundo Φ est exemplar] exemplum est Φ 141 creatorum] creaturarum Φ 143 ⟨in eo⟩ *suppl.* Φ 148 ideae[2]... Deo] etc. Φ 152 non *om.* α β 161 vel formas...dicere] dicere species vel formas Φ 170 eius] esse Σ 179 imitationem] similitudinem Φ 183 sciendum] notandum Φ 187 vero] autem Φ (-δ) enim δ talis] est Σ 188 fit *om.* Φ 189 a casu *om.* Φ 196 et *om.* Φ

127 Metr. 9 (PL 63, 758). 133 *In Ioh. ev. tract.* I n. 17 (PL 35, 1387). 146 Cap. 10 (PL 42, 931). 150 *Confess.* X c. 17 (PL 32, 790) ut refert Thomas infra q. 10 a. 9 80. 156 praedictis: q. 2 a. 3. 160 Quaestio 46 (PL 40, 30).

determinatur finis ab alio principali agente, sicut patet in motu sagittae quae movetur ad finem determinatum sed hic finis determinatur ei a proiciente; et similiter operatio naturae quae est ad determinatum finem praesupponit intellectum praestituentem finem naturae et ordinantem ad finem illum naturam, ratione cuius omne opus naturae dicitur esse opus intelligentiae. Si ergo aliquid fiat ad imitationem alterius per agens quod non determinat sibi finem, non ex hoc forma imitata habebit rationem exemplaris vel ideae; non enim dicimus quod forma hominis generantis sit idea vel exemplar hominis generati, sed solum hoc dicimus quando agens propter finem determinat sibi finem, sive illa forma sit in agente sive extra agentem: dicimus enim formam artis in artifice esse exemplar vel ideam artificiati, et similiter etiam formam quae est extra artificem ad cuius imitationem artifex aliquid facit. Haec ergo videtur esse ratio ideae, quod idea sit forma quam aliquid imitatur ex intentione agentis qui praedeterminat sibi finem.

Secundum hoc ergo patet quod illi ⟨qui⟩ ponebant omnia casu accidere non poterant ideam ponere: sed haec opinio a philosophis reprobatur quia quae sunt a casu non se habent eodem modo nisi ut in paucioribus, naturae autem cursum videmus semper eodem modo progredi aut ut in pluribus. Similiter etiam secundum eos qui posuerunt quod a Deo procedunt omnia per necessitatem naturae et non per arbitrium voluntatis, | non possunt ponere ideas quia ea quae *61rb* ex necessitate naturae agunt non praedeterminant sibi finem: sed hoc esse non potest quia omne quod agit propter finem si non determinat sibi finem determinatur ei finis ab alio superiore et sic erit aliqua causa eo superior, quod non potest esse quia omnes loquentes de Deo intelligunt eum esse causam primam entium. Et ideo Plato, refugiens Epicuri opinionem qui ponebat omnia casu accidere et Empedoclis et aliorum qui ponebant omnia accidere ex necessitate naturae, posuit ideas esse; et hanc etiam rationem ponendi ideas, scilicet propter praediffinitionem operum agendorum, innuit Dionysius in v cap. De divinis nominibus dicens « Exemplaria dicimus in Deo existentium rationes substantificas et singulariter praeexistentes quas theologia praediffinitiones vocat, et divinas et bonas voluntates existentium praedeterminativas et effectivas secundum quas supersubstantialis essentia omnia praediffinivit et produxit »: sed quia forma exemplaris vel idea habet quodam modo rationem finis et ab ea accipit artifex formam qua agit si sit extra ipsum, non est autem conveniens ponere Deum agere propter finem alium a se et accipere aliunde unde sit sufficiens ad agendum, ideo non possumus ponere ideas esse extra Deum sed in mente divina tantum.

1. Ad primum igitur dicendum quod perfectio cognitionis potest attendi vel ex parte cognoscentis vel ex parte cogniti; quod ergo dicitur quod perfectior est cognitio quae est per essentiam quam per similitudinem, est intelligendum ex parte cogniti: illud enim quod per se ipsum est cognoscibile est per se magis notum quam illud quod non est cognoscibile ex se ipso sed solum secundum quod est in cognoscente per sui similitudinem; et hoc non est inconveniens ponere quod res creatae sint minus cognoscibiles quam essentia divina quae per se ipsam cognoscibilis est.

2. Ad secundum dicendum quod ad spe-

A 207 ad finem *inv.* pA 216 sive[1]...dicimus] sicut dicimus *praem.* pA 224 ⟨qui⟩ *suppl.*] *om.* A 233 ponere ideas *sic* A: *nota trans. ad col.* 249 singulariter] sil *praem.* pA 251 existentium *em.* A] *trans. ad lin. conf.* pA 273 essentia] *idem conf. praem.* pA

Φ 205 praesupponit] per α γ 210 agens] accidens Σ 218 vel ideam *om.* Σ 223 praedeterminat] determinat Σ 224 ⟨qui⟩ *suppl.* Φ 232 et *om.* Φ 234 ex *om.* Φ 237 finis] simul Φ (-δ[1]) 242 ponebat] ponebant Φ casu] a *praem.* Φ 245 propter] *om.* Φ (-γ) per γ

208 omne opus...: Albertus e. g. *De animal.* I tr. 2 c. 12 n. 274 et II tr. 1 c. 1 n. 11 (St I, 97 et 227). Hanc sententiam Aristoteli et Philosophis communiter tribuit Thomas e. g. infra q. 5 a. 2 173, *Super Sent. I* d. 35 a. 1, *Super Sent. II* d. 25 a. 1 et passim. 226 philosophis: cf. e. g. Arist. *Phys.* II 13 (198 b 34). 241 Plato: ut refert Arist. *Metaph.* I 10 (987 a 29); Epicuri opinionem: cf. Tullius *De nat. deorum* I c. 24, August. *De civ. Dei* XVIII c. 41 (PL 41, 601) et *Epist. 118 ad Dioscorum* cap. 28 (PL 33, 445), Nemesius *De nat. hom.* cap. 44 (PG 40, 795 B; Bd [124]), Boetius *In librum Arist. De interpr. ed sec.* III (PL 64, 491 B et 513 B), Moyses Maim. *Dux neutr.* III c. 18. 242 Empedoclis: ut refert Arist. *Phys.* II 7 (196 a 20). 247 § 8 (PG 3, 824 C) sec. transl. Sarraceni (Dion. 360).

ciem quae est medium cognoscendi duo requiruntur, scilicet repraesentatio rei cognitae quae competit ei secundum propinquitatem ad cognoscibile, et esse spirituale vel immateriale quod ei competit secundum quod habet esse in cognoscente: unde per speciem quae est in intellectu melius cognoscitur aliquid quam per speciem quae est in sensu quia est immaterialior, et similiter melius cognoscitur aliquid per speciem rei quae est in mente divina quam per ipsam eius essentiam cognosci posset, etiam dato quod essentia rei posset esse medium cognoscendi non obstante materialitate ipsius.

3. Ad tertium dicendum quod in cognitione duo est considerare, scilicet ipsam naturam cognitionis et haec sequitur speciem secundum comparationem quam habet ad intellectum in quo est, et determinatio cognitionis ad cognitum et haec sequitur relationem speciei ad rem ipsam: unde quanto est similior species rei cognitae per modum repraesentationis tanto est cognitio determinatior, et quanto magis accedit ad immaterialitatem quae est natura cognoscentis in quantum huiusmodi tanto efficacius cognoscere facit.

4. Ad quartum dicendum quod hoc est contra rationem formarum naturalium quod ex se ipsis immateriales sint, non est autem inconveniens quod ex alio immaterialitatem acquirant in quo sint, unde in intellectu nostro formae rerum naturalium immateriales sunt: unde inconveniens est ponere ideas rerum naturalium esse per se subsistentes, non est autem inconveniens ponere eas in mente divina.

5. Ad quintum dicendum quod ideae existentes in mente divina non sunt generatae nec sunt generantes si fiat vis in verbo, sed sunt creativae et productivae rerum: unde dicit Augustinus in libro LXXXIII Quaestionum « Cum ipsae neque oriantur neque intereant, secundum eas tamen formari dicitur omne quod oriri et interire potest ». Nec oportet agens primum in compositione esse simile generato; oportet autem hoc de agente proximo, et sic ponebat Plato ideas esse generationis principium, scilicet proximum; et ideo contra ipsum procedit ratio praedicta.

6. Ad sextum dicendum quod intentio Dionysii est dicere quod ipse non cognoscit per ideam acceptam a rebus vel hoc modo quod divisim res per ideam cognoscat, unde alia translatio loco huius dicit ' neque per visionem singulis se immittit '; | unde per hoc non excluditur omnino ideas esse. *61va*

7. Ad septimum dicendum quod, quamvis non possit esse aliqua proportio creaturae ad Deum, tamen potest esse proportionalitas, quod in praecedenti quaestione frequenter expositum est.

8. Ad octavum dicendum quod, sicut Deus quia non potest non esse non indiget essentia quae sit aliud quam suum esse, ita quia non potest deficere in cognoscendo vel operando non indiget alia regula a se ipso: sed propter hoc deficere non potest quia ipse est sui ipsius regula, sicut propter hoc non potest non esse quia sua essentia est suum esse.

9. Ad nonum dicendum quod in Deo non est quantitas dimensiva ut secundum eam aequalitas attendi possit, sed est ibi quantitas per modum intensivae quantitatis sicut albedo dicitur magna quia perfecte attingit ad naturam suam; intensio autem alicuius formae respicit modum habendi formam illam; quamvis autem aliquo modo illud quod est Dei ad creaturas derivetur, nullo tamen modo potest concedi quod creatura habeat aliquid per modum illum quo habet illud Deus; et ideo, quamvis aliquo modo concedamus esse similitudinem inter creaturam et Deum, nullo tamen modo concedimus ibi esse aequalitatem.

10. Ad decimum dicendum quod intensio Anselmi est dicere, ut patet inspicienti verba eius, quod in Verbo non sit similitudo sumpta

A 293 determinatio *sic* A 317 Nec] *idem conf. praem.* pA 333 praecedenti *scrips.*] precedentibus (*fortasse vestigium conscriptionis primae, non servatae in opere perfecto*) A 349 quamvis] quam *in fine lin. praem.* pA 352 creatura...aliquid] a *praem.* pA

Φ 283 in sensu] in subiecto Σ (-δ^1) in subiecto sive *praem.* δ^1 286 posset] possit Φ 304 immaterialitatem] etiam materialitatem Φ (-δ^1 *ut videtur*) 316 formari] informari Φ 321 scilicet *om.* Φ 326 divisim] diversimode Φ 342 suum *om.* Φ 346 quantitatis] qualitatis Φ (-δ^1) 350-351 illud...modo *hom. om.* α δ

314 Quaestio 46 (PL 40, 30). 320 Plato: ut refert Arist. *Metaph.* I 15 (991 b 3). 326 alia translatio...: id est transl. Sarraceni (Dion. 398). 333 quaestione: a. 3 ad 4 et a. 11.

a rebus ipsis sed omnes rerum formae sunt sumptae a Verbo, et ideo dicit quod Verbum non est similitudo rerum sed res sunt imitationes Verbi: unde per hoc non removetur idea cum idea sit forma quam aliquid imitatur.

11. Ad undecimum dicendum quod Deus eodem modo cognoscit se et alia si accipiatur modus cognitionis ex parte cognoscentis, non autem si accipiatur ex parte rei cognitae, quia creatura quae a Deo cognoscitur non est idem secundum rem cum medio quo Deus cognoscit sed ipse est idem re cum eo: unde nulla multiplicitas in eius scientia sequitur.

Articulus secundus

Secundo quaeritur utrum sit ponere plures ideas. Et videtur quod non quia ea quae essentialiter dicuntur in Deo non minus sunt vere in eo quam illa quae dicuntur in ipso personaliter; sed pluralitas proprietatum personalium inducit pluralitatem personarum secundum quas Deus dicitur trinus; cum ergo ideae sint essentiales quia sunt communes tribus personis, si sint plures in Deo secundum pluralitatem rerum sequitur quod non solum sint tres personae in ipso sed infinitae.

2. Sed dicebat quod ideae non sunt essentiales quia sunt ipsa essentia. — Sed contra, bonitas, sapientia et potentia Dei sunt eius essentia et tamen dicuntur essentialia attributa: ergo et ideae quamvis sint ipsa essentia possunt essentiales dici.

3. Praeterea, quicquid Deo attribuitur debet ei nobilissimo modo attribui; sed Deus est principium rerum; ergo debet poni in eo omne illud quod ad nobilitatem principii pertinet in summo; sed unitas est huiusmodi quia « omnis virtus unita plus est infinita quam multiplicata », ut dicitur in libro De causis; ergo in Deo est summa unitas: ergo non solum est unus re sed ratione quia magis est unum quod est unum utroque modo quam quod altero istorum tantum, et sic non sunt in eo plures rationes sive ideae.

4. Praeterea, Philosophus dicit in V Metaphysicae quod « omnino est unum quod non potest separari neque intellectu neque tempore neque loco neque ratione, et maxime in substantia »: si ergo Deus est maxime unum quia est maxime ens, non potest separari ratione, et sic idem quod prius.

5. Praeterea, si plures ideae sequitur eas esse inaequales quia una idea continebit esse tantum, alia autem esse et vivere, alia vero insuper intelligere, secundum quod res cuius est idea in pluribus assimilatur Deo: cum ergo inconveniens sit in Deo aliquam inaequalitatem ponere, videtur quod non possint esse in eo plures ideae.

6. Praeterea, in causis materialibus est status ad unam primam materiam et similiter in efficientibus et finalibus: ergo et in formalibus est status ad unam primam formam; sed est status ad ideas quia, ut dicit Augustinus in libro LXXXIII Quaestionum, « ideae sunt principales formae vel rationes rerum »; ergo in Deo non est nisi una tantum idea.

7. Sed dicebat quod, quamvis sit una prima forma, tamen ideae dicuntur plures secundum diversos respectus ipsius. — Sed contra, non potest dici quod ideae multiplicentur secundum respectum ad Deum in quo sunt qui est unus, neque secundum respectum ad ideata secundum quod sunt in causa prima quia in ea sunt unum, ut Dionysius dicit, nec per respectum ad ideata secundum quod in propria natura existunt quia sic res ideatae sunt temporales, ideae vero aeternae sunt: ergo nullo modo

A 371 rem *em.* A] *conf.* pA
6 pluralitatem *scrips.*] pluraritatem (*et sic pluries*) A 14 Dei] bonitas *praem.* pA 20 rerum] re *conf. praem.* pA 26 quod est un(um) *sup. ras.* A] *non liquet* pA 34 quia...non] non *praem.* pA 38 quia] quia (*primo deletum*) quia maiore *praem.* pA 63 aeternae] eternum *praem.* pA

Φ 5 proprietatum *om.* α δ 14 bonitas] et *add.* Φ 25 unus] unum Φ 36 sic] ita Φ 46 similiter *om.* Φ 56 secundum] secundum respectum ad unum in quo sunt neque *praem.* δ 57 Deum] unum (*cf. nota superior*) α γ sunt] id est deum *add.* γ 57 qui est unus] *om.* α quia est unus γ δ 58 ad ideata *om.* α β

1 Parall.: *I Pars* q. 15 a. 2; ibid. q. 44 a. 3; *Cont. Gent.* I c. 54; *Super Sent. I* d. 36 q. 2 a. 2; *Quodlib.* IV q. 1; *De pot.* q. 3 a. 16 ad 12, 13 et 14. 24 Prop. 17 (16). 31 Cap. 6 (1016 b 1) sec. transl. mediam (ed. Geyer, p. 224,73). 45 in causis...finalibus: Arist. ut supra q. 2 a. 10 79. 50 Quaestio 46 (PL 40, 30). 60 *De div. nom.* cap. 5 § 8 (PG 3, 824 C; Dion. 359).

per respectum formae primae possunt ideae dici plures.

8. Praeterea, nulla relatio quae est inter Deum et creaturam est in Deo sed | in creatura tantum; sed idea vel exemplar importat relationem Dei ad creaturam; ergo ista relatio non est in Deo sed in creatura: cum ergo idea sit in Deo, per huiusmodi respectus ideae multiplicari non possunt. *61vb*

9. Praeterea, intellectus qui pluribus intelligit est compositus et transiens de uno in aliud; sed haec a divino intellectu sunt procul; cum ergo ideae sint rationes rerum quibus Deus intelligit, videtur quod non sint plures ideae in Deo.

SED CONTRA, idem secundum idem non est natum facere nisi idem; sed Deus facit multa et diversa; ergo non secundum eandem rationem sed secundum plures res causat; sed rationes quibus res producuntur a Deo sunt ideae; ergo plures ideae sunt in Deo.

2. Praeterea, Augustinus dicit in libro LXXXIII Quaestionum «Restat ut omnia ratione sint condita nec eadem ratione homo qua equus: hoc enim absurdum est existimari; singula igitur propriis sunt creata rationibus»; ergo sunt plures ideae.

3. Praeterea, Augustinus dicit in epistola ad Nebridium quod, sicut inconveniens est dicere quod eadem sit ratio anguli et quadrati, ita inconveniens est dicere quod eadem sit ratio in Deo hominis et huius hominis; ergo videtur quod sint plures rationes ideales in Deo.

4. Praeterea, Hebr. XI[3] dicitur «Fide credimus aptata esse saecula verbo Dei ut ex invisibilibus visibilia fierent»: invisibilia autem pluraliter appellat species ideales; ergo sunt plures.

5. Praeterea, ideae a Sanctis significantur nomine artis et mundi, ut patet ex auctoritatibus inductis; sed ars pluralitatem quandam importat, est enim collectio praeceptorum ad unum finem tendentium, et similiter etiam mundus cum importet collectionem omnium creaturarum; ergo oportet ponere plures ideas in Deo.

RESPONSIO. Dicendum quod quidam, ponentes Deum per intellectum agere et non ex necessitate naturae, posuerunt eum habere intentionem unam tantum, scilicet creaturae in universali, sed creaturarum distinctio facta est per causas secundas: dicunt enim quod Deus primo condidit unam intelligentiam, quae produxit tria, scilicet animam et orbem et aliam intelligentiam, et sic progrediendo processit pluralitas rerum ab uno primo principio; et secundum hanc positionem esset quidem in Deo idea sed una tantum creaturae toti communis, sed propriae ideae singulorum essent in causis secundis, sicut etiam Dionysius narrat in V cap. De divinis nominibus quod quidam Clemens philosophus posuit principaliora etiam exemplaria inferiorum esse. Sed hoc stare non potest quia si intentio alicuius agentis feratur ad aliquid unum tantum, praeter intentionem eius erit et quasi casuale quicquid sequatur quod accidit ei quod est principaliter intentum ab eo, sicut si aliquis intenderet facere aliquod trian-

A 82 plures] *idem conf. praem.* pA 87 condita] *idem conf. praem.* pA 94 ratio] ratione *praem.* pA 110 naturae] n *praem.* pA 110 posuerunt *scrips.*] posuerint *potius* A 113 quod] *idem conf. et imp. praem.* pA 119 creaturae toti] totius *praem.* pA

Φ 73 pluribus] plus α β 82 res causat] creat res Φ (-δ^2) causat res δ^2 84 plures...Deo] etc. Φ 85 Praeterea] Item Φ (-δ) 95 videtur...sint] sunt *post* ideales[96] Φ 97 dicitur *om.* Φ 102 auctoritatibus] accidentibus α β δ^2 antecedentibus δ^1 107 in Deo *om.* Φ 112 distinctio *om.* α β 113 secundas *om.* α β 115 aliam *om.* α δ 118 positionem] opinionem Φ 119 creaturae toti] totius (*induc.* pA) *praem.* Φ 121 etiam] et Σ (-δ^1) 127 quod] quia Φ

79 idem...nisi idem: Arist. *De gen. et corr.* II c. 10 (336 a 27) ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 32 q. 2 a. 3 arg. 3. 86 Quaestio 46 (PL 40, 30). 92 *Epist. 14* (PL 33, 80). 97 «Fide credimus...: in eadem forma *I Pars* q. 65 a. 4 ad 1[m], *Super I[am] Decretalem*, art. De creatione, 'Fide intelligimus...:sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467), 'Fide scimus...:sec. recens. Veteris Latinae. 103 inductis: supra a. 1 sed c. 5 et 9. 104 collectio...tendentium: sec. Tullium 'in fine primi Rhetoricae' ut refertur in *Summa Alberti* II tr. 4 q. 14 m. 3 a. 1 et ibid. I tr. 1 q. 5 m. 1. Hanc sententiam quamvis apud Tullium non invenies, sic communiter tamen proferunt Magistri artium e. g. Iordanus de Saxonia, cf. M. Grabmann, *Der Kommentar des sel. Jordanus von Sachsen* († *1237*) *zum Priscianus Minor*, (Archivum FF. Praed. X (1940) p. 9, Lambertus Altiss., cf. idem, *Handschriftliche Forschungen und Funde zu den philosophischen Schriften des Petrus Hispanus, des späteren Papstes Johannes XXI.* († *1277*) in Sitzungsber. d. Bayer. Akad. der Wiss. Philos. hist. Abt. 1936, Heft 9, München 1936, p. 46, Robertus Anglicus ⟨*Glossulae in Summulas logicales Petri Hispani*⟩ (ms. Vat. lat. 3049, f. 2[vb]). 108 quidam: Avicenna *Metaph.* IX c. 4 (f. 104[vb] B) ut refert Thomas *Super Sent. IV* d. 5 q. 1 a. 3 qc. 3 arg. 1, *Cont. Gent.* II c. 42, *I Pars* q. 45 a. 5, Algazel *Metaph.* p. I tr. 5 (ed. Muckle, p. 120) ut refert Thomas *De pot.* q. 3 a. 16. 122 § 9 (PG 3, 824 D; Dion. 361).

gulatum, praeter intentionem eius esset quod esset magnum vel parvum; cuilibet autem communi accidit speciale contentum sub eo; unde si intentio agentis est ad aliquod commune tantum, praeter intentionem eius esset qualitercumque determinaretur per aliquod speciale, sicut si natura intenderet generare solum animal, praeter intentionem naturae esset quod generatum sit homo vel equus. Unde si intentio Dei operantis respiciat tantum ad creaturam in communi, tota distinctio creaturae casualiter accidet. Inconveniens autem ⟨est⟩ dicere quod sit per accidens per comparationem ad causam primam et sit per se per comparationem ad causas secundas, quia quod est per se prius est eo quod est per accidens: prius autem est comparatio alicuius ad causam primam quam ad causam secundam, ut patet in libro De causis, unde impossibile est quod sit per accidens respectu causae primae et per se respectu secundae; potest autem accidere e converso, sicut videmus quod ea quae sunt casualiter quoad nos sunt Deo praecognita et ordinata ab ipso. Unde necesse est dicere quod tota distinctio rerum sit praediffinita ab eo, et ideo necesse est in Deo ponere singulorum proprias rationes, et propter hoc necesse est ponere in eo plures ideas.

Modus autem pluralitatis hinc accipi potest. Forma enim in intellectu dupliciter esse potest. Uno modo ita quod sit principium actus intelligendi, sicut forma quae est intelligentis in quantum est intelligens, et haec est similitudo intellecti in ipso; alio modo ita quod sit terminus actus intelligendi, sicut artifex intelligendo excogitat formam domus, et cum illa forma sit excogitata per actum intelligendi et quasi per actum effecta, non potest esse principium actus intelligendi ut sit primum quo intelligatur sed magis se habet ut intellectum quo intelligens aliquid operatur, | nihilominus tamen est forma praedicta secundum quo intelligitur quia per formam excogitatam artifex intelligit quid operandum sit; sicut etiam in intellectu speculativo videmus quod species qua intellectus informatur ut intelligat actu est primum quo intelligitur, ex hoc autem quod est effectus in actu per talem formam operari iam potest formando quiditates rerum et componendo et dividendo, unde ipsa quiditas formata in intellectu vel etiam compositio et divisio est quoddam operatum ipsius, per quod tamen intellectus venit in cognitionem rei exterioris et sic est quasi secundum quo intelligitur. Si autem intellectus artificis aliquod artificiatum produceret ad similitudinem sui ipsius, tunc quidem ipse intellectus artificis esset idea, non quidem ut est intellectus sed in quantum est intellectum. In his autem quae ad imitationem alterius producuntur, quandoque quidem id quod alterum imitatur perfecte imitatur ipsum, et tunc intellectus operativus praeconcipiens formam operati habet ut ideam ipsam formam rei imitatae prout est illius rei imitatae; quandoque vero quod est ad imitationem alterius non perfecte imitatur illud, et tunc intellectus operativus non acciperet formam rei imitatae absolute ut ideam vel exemplar rei operandae sed cum proportione determinata secundum quam exemplatum a principali exemplari deficeret vel imitaretur. Dico ergo quod Deus per intellectum omnia operans omnia ad similitudinem essentiae suae producit, unde essentia sua est idea rerum non quidem ut est essentia sed ut est intellecta. Res autem creatae non perfecte imitantur divinam essentiam, unde essen- 62ra

A 134 praeter...sicut] sicut *praem.* pA 141 ⟨est⟩ *suppl. cum* Φ (-β)] *om.* A 160 modo] m *conf. praem.* pA 166 sit] *idem conf. praem.* pA 168 sit primum quo] sit quo *praem.* pA primum *in marg.* A] *om.* pA 170 operatur *in appendice col.* 61vb 171 forma] secundum *praem.* pA, *postea signis consuetis ordo verborum mutatur, demum* secundum *hic deletur et inscribitur sup. lin. post* praedicta 176 ex] et (*fort. e prima auditione erronea non emendata*) *praem.* A, *et delevimus* 179 ipsa...Si] si *praem.* pA 180 vel...est] est *praem.* pA 181 quoddam *scrips.*] quiddam *potius* A 182 cognitionem] *litt. obsc. praem.* pA 191 praeconcipiens] preconp (p *imp.*) *praem.* pA 192 habet] preconcipit *praem.* pA 199 exemplatum...imitaretur] imit op *praem.* pA

Φ 141 ⟨est⟩] *hic suppl.* Σ *ante* autem β 149 et] est Φ (-δ) 155 in Deo] *om.* β *post* ponere Σ 156 propter...eo] ita α δ1 ideo δ2 158 hinc] *om.* β sic α δ 160 principium] principalis Φ 173 etiam *om.* Φ 183 quasi] quod Φ 184 aliquod] ad Φ (-δ) 187 est2 *om.* α δ 189 quidem•*om.* Φ 193 imitatae2] oportet enim quod primo intuetur illud ad cuius similitudinem vult aliquid producere *add.* δ1 196 acciperet] accipit Φ 203 est2 *om.* Φ

144 per se...per accidens: Arist. *Phys.* II 10 (198 a 7) ut refert Thomas *I Pars* q. 49 a. 3. 148 Prop. 1 et comm.

tia non accipitur absolute ab intellectu divino ut idea rerum sed cum proportione creaturae fiendae ad ipsam divinam essentiam secundum quod deficit ab ea vel imitatur ipsam; diversae autem res diversimode ipsam imitantur et unaquaeque secundum proprium modum suum cum unicuique sit esse distinctum ab altera. Et ideo ipsa divina essentia, cointellectis diversis proportionibus rerum ad eam, est idea uniuscuiusque rei: unde cum sint diversae rerum proportiones, necesse est plures esse ideas, et est quidem una omnium ex parte essentiae sed pluralitas invenitur ex parte diversarum proportionum creaturarum ad ipsam.

1. Ad primum ergo dicendum quod proprietates personales ideo inducunt distinctionem personarum in divinis quia ad invicem opponuntur oppositione relationis, unde proprietates non oppositae non distinguunt personas, ut communis spiratio et paternitas; ideae autem, nec alia essentialia attributa, non habent ad invicem aliquam oppositionem, et ideo non est simile.

2. Ad secundum dicendum quod non est simile de ideis et essentialibus attributis: attributa enim essentialia nihil habent de principali intellectu suo praeter essentiam Creatoris, unde etiam non plurificantur, quamvis secundum ea Deus ad creaturas comparetur prout secundum bonitatem ⟨facit⟩ bonos, secundum sapientiam sapientes; sed idea de suo principali intellectu habet aliquid aliud praeter essentiam, scilicet ipsam proportionem creaturae ad essentiam, in quo etiam completur formaliter ratio ideae, ratione cuius dicuntur plures ideae: nihilominus tamen secundum hoc quod ad essentiam pertinent nihil prohibet ideas essentiales dici.

3. Ad tertium dicendum quod pluralitas rationis quandoque reducitur ad aliquam diversitatem rei, sicut Socrates et Socrates sedens differunt ratione, et hoc reducitur ad diversitatem substantiae et accidentis, et similiter homo et animal ratione differunt, et haec differentia reducitur ad diversitatem formae et materiae quia genus sumitur a materia, differentia vero specifica a forma: unde talis differentia secundum rationem repugnat maximae unitati vel simplicitati; quandoque vero differentia secundum rationem non reducitur ad aliquam rei diversitatem sed ad veritatem rei quae est diversimode intelligibilis, et sic ponimus pluralitatem rationum in Deo: unde hoc non repugnat maximae unitati vel simplicitati.

4. Ad quartum dicendum quod Philosophus appellat ibi rationem diffinitionem; in Deo autem non est accipere plures rationes quasi diffinitiones quia nulla rationum illarum essentiam divinam comprehendit, et ideo non est ad propositum.

5. Ad quintum dicendum quod forma quae est in intellectu habet respectum duplicem, unum ad rem cuius est, alium ad id in quo est. Ex primo autem respectu non dicitur aliqualis sed alicuius tantum: non enim materialium est forma materialis nec sensibilium sensibilis; sed secundum alium respectum aliqualis dicitur quia sequitur modum eius in quo est. Unde ex hoc quod rerum ideatarum quaedam aliis perfectius essentiam divinam imitantur non sequitur quod ideae sint inaequales sed inaequalium.

6. Ad sextum dicendum | quod una prima forma ad quam omnia reducuntur est ipsa divina essentia secundum se considerata, ex cuius consideratione intellectus divinus adinvenit, ut ita dicam, diversos modos imitationis ipsius in quibus pluralitas idearum consistit. *62rb*

7. Ad septimum dicendum quod ideae plurificantur secundum diversos respectus ad res in propria natura existentes; nec tamen oportet quod si res sunt temporales quod illi respectus sint temporales quia actio intellectus, etiam humani, se extendit ad aliquid etiam quan-

A 206 non...absolute] ab *imp. praem.* pA 215 rerum] *idem conf. et imp. praem.* pA 226 nec *sup. lin.* A] et pA 230 essentialibus] *idem conf. et imp. praem.* pA 235 ⟨facit⟩ *suppl.*] *trans. ad lin. om.* A 243 dici *trans. ad lin. rep.* A, *et alterum delevimus* 245 reducitur] fu *praem.* pA 286 respectus sint temporales] tp *imp. praem.* pA

Φ 209 ipsam] eam Φ 224 non[1] *om.* Φ (-δ[2]) 231 nihil] non Φ 235 ⟨facit⟩] dicimus *suppl.* Φ 238 scilicet...essentiam *hom. om.* α δ 241 hoc *om.* Φ 274 ideatarum] creatarum α δ 275 sequitur] secundum Φ (-δ)

251 genus...forma: Arist. *Metaph.* VIII 2 (1043 a 5) et 3 (1043 b 30) ut dicitur *De spir. creat.* a. 1 arg. 24 et a. 3 arg. 3, Avicenna *Metaph.* V c. 5 (f. 89[va] D) ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 3 q. 1 a. 5 arg. 4.

do illud non est, sicut cum intelligimus praeterita; actionem autem relatio consequitur, ut in V Metaphysicae dicitur, unde et respectus ad res temporales in intellectu divino sunt aeterni.

8. Ad octavum dicendum quod relatio quae est inter Deum et creaturam non est in Deo secundum rem; est tamen in Deo secundum intellectum nostrum, et similiter potest esse in eo secundum intellectum suum, prout scilicet intelligit respectum rerum ad essentiam suam, et sic respectus illi sunt in Deo ut intellecti ab ipso.

9. Ad nonum dicendum quod idea non habet rationem eius quo primo aliquid intelligitur sed habet rationem intellecti in intellectu existentis; uniformitas autem intellectus sequitur unitatem eius quo primo aliquid intelligitur, sicut unitas actionis sequitur unitatem formae agentis quae est principium ipsius; unde quamvis respectus intellecti a Deo sint multi in quibus pluralitas idearum consistit, quia tamen illos omnes per unam suam essentiam intelligit, intellectus eius non est multiplex sed unus.

Articulus tertius

Tertio quaeritur utrum ideae pertineant ad cognitionem speculativam vel practicam tantum. Et videtur quod tantum ad practicam quia, ut dicit Augustinus in libro LXXXIII Quaestionum, «ideae sunt formae rerum principales secundum quas formatur omne quod oritur aut interit»; sed secundum speculativam cognitionem nihil formatur; ergo speculativa cognitio non habet ideam.

2. Sed dicebat quod ideae non solum habent respectum ad id quod oritur aut interit sed ad id quod oriri vel interire potest, ut ibidem Augustinus dicit, et sic idea se habet ad ea quae nec sunt nec erunt nec fuerunt, tamen esse possunt, de quibus Deus speculativam cognitionem habet. — Sed contra, practica scientia dicitur secundum quam aliquis scit modum operis etiam si numquam operari intendat, et sic dicitur practica esse pars medicinae; sed Deus scit modum operandi ea quae potest facere quamvis facere non proponat; ergo etiam de eis Deus habet practicam cognitionem, et sic utroque modo idea ad practicam cognitionem pertinet.

3. Praeterea, idea nihil est aliud quam exemplaris forma; sed forma exemplaris non potest dici nisi in practica cognitione quia exemplar est ad cuius imitationem fit aliud; ergo ideae solum practicam cognitionem respiciunt.

4. Praeterea, secundum Philosophum practicus intellectus est eorum quorum principia sunt in nobis; sed ideae in intellectu divino existentes sunt ideatorum principia; ergo ad practicum intellectum pertinent.

5. Praeterea, omnes formae intellectus vel sunt a rebus vel sunt ad res; quae autem sunt ad res sunt practici intellectus, quae vero a rebus speculativi; sed nullae formae intellectus divini sunt a rebus cum nihil a rebus accipiat; ergo sunt ad res, et sic sunt practici intellectus.

6. Praeterea, si est alia idea intellectus practici et alia speculativi in Deo, diversitas ista non potest esse per aliquid absolutum quia omne huiusmodi est unum tantum in Deo, nec per respectum identitatis, ut cum dicimus ' idem eidem idem ', quia talis respectus nullam pluralitatem inducit, nec per respectum diversitatis quia causa non plurificatur quamvis effectus sint plures: ergo nullo modo potest distingui alia idea speculativae cognitionis ab idea practicae cognitionis.

7. Sed dicebat quod in hoc utraque idea distinguitur quod idea practica est principium essendi sed speculativa cognoscendi. — Sed

A 300 ut intellecti] in *praem.* pA 303 quo primo] quod primo *praem.* pA
7 speculativam] sp *conf. praem.* pA 10 habent] sunt *praem.* pA 18 si *em.* A] *conf.* pA 27 cognitione (*e* cognitionem pA) *em.* A 28 ideae *em.* A] *conf.* pA 39 a rebus] *idem conf. praem.* pA 41 est] sunt *praem.* pA

Φ 305 uniformitas] uniformis Σ
12 vel] aut Σ 36 sunt² *om.* Φ (-γ) 44 omne] tunc Φ (-δ) esse δ

291 *Metaph.* V 17 (1020 b 28).
1 Parall.: *I Pars* q. 15 a. 3; *Super Sent. I* d. 36 q. 2 a. 3. 5 Quaestio 46 (PL 40, 30). 13 Hic supra. 19 practica... medicinae: Avicenna ut supra q. 2 a. 8 52. 30 *Metaph.* VI 1 (1025 b 22). 45 ' idem eidem idem ': exemplum Arist. ut supra q. 1 a. 5 424 in nota.

contra, eadem sunt principia essendi et cognoscendi: ergo ex hoc idea speculativa a practica non distinguitur.

8. Praeterea, cognitio speculativa nihil aliud videtur esse in Deo quam simplex ipsius notitia; sed simplex notitia nihil praeter notitiam aliud habere potest; ergo cum idea addat respectum ad res videtur quod non pertineat ad speculativam cognitionem sed ad practicam tantum.

9. Praeterea, finis practici est bonum; sed respectus ideae non potest determinari nisi ad bonum quia mala praeter intentionem accidunt; ergo idea solum practicum intellectum respicit.

SED CONTRA, cognitio practica non extendit se nisi ad facienda; sed Deus per ideas non solum scit facienda sed | praesentia et facta; *62va* ergo ideae non se extendunt solum ad practicam cognitionem.

2. Praeterea, Deus perfectius cognoscit creaturas quam artifex artificiata; sed artifex creatus per formas quibus operatur habet speculativam cognitionem de operatis; ergo multo fortius Deus.

3. Praeterea, cognitio speculativa est quae considerat principia et causas rerum et passiones earundem; sed Deus per ideas cognoscit omnia quae in rebus cognosci possunt; ergo ideae in Deo pertinent non ad practicam solum sed speculativam cognitionem.

RESPONSIO. Dicendum quod, sicut dicitur in III De anima, « intellectus practicus differt a speculativo fine »: finis enim speculativi est veritas absolute sed practici est operatio, ut dicitur in II Metaphysicae. Aliqua ergo cognitio practica dicitur ex ordine ad opus, quod contingit dupliciter: quandoque enim ad opus actu ordinatur, sicut artifex praeconcepta forma proponit illam in materiam inducere, et tunc est actu practica cognitio et cognitionis forma; quandoque vero est quidem ordinabilis cognitio ad actum non tamen actu ordinatur, sicut cum artifex excogitat formam artificii et scit modum operandi non tamen operari intendit, et tunc est practica habitu vel virtute non actu. Quando vero nullo modo est ad actum ordinabilis cognitio, tunc est pure speculativa, quod etiam dupliciter contingit: uno modo quando cognitio est de rebus illis quae non sunt nata produci per scientiam cognoscentis, sicut cum nos cognoscimus naturalia; quandoque vero res cognita est quidem operabilis per scientiam, tamen non consideratur ut est operabilis: res enim per operationem in esse producitur. Sunt autem quaedam quae possunt separari secundum intellectum quae non sunt separabilia secundum esse; quando ergo consideratur res per intellectum operabilis distinguendo ab invicem ea quae secundum esse distingui non possunt, non est practica cognitio nec actu nec habitu sed speculativa tantum, sicut si artifex consideret domum investigando passiones eius et genus et differentias et alia huiusmodi quae secundum esse indistincte inveniuntur in re ipsa: sed tunc consideratur res ut est operabilis quando considerantur in ipsa omnia quae ad eius esse requiruntur simul.

Et secundum hos quatuor modos cognitio divina se habet ad res. Scientia enim eius est causativa rerum: quaedam ergo cognoscit ordinando ea proposito suae voluntatis ad hoc quod sint secundum quodcumque tempus, et horum habet practicam cognitionem in actu; quaedam vero cognoscit quae nullo tempore facere intendit: scit enim ea quae nec fuerunt nec sunt nec erunt, ut in praecedenti quaestione dictum est, et de his habet quidem scientiam in actu, non autem actu practicam sed virtute tantum. Et quia res quas facit vel facere potest non solum considerat secundum quod sunt in proprio

A 59 ipsius] *idem conf. praem.* pA 66 ideae] *idem conf. praem.* pA 89 in II] in *add.* pA Metaphysicae] ex hoc *add.* pA 89 Aliqua ergo *inv.* pA (*cf. nota superior*) 91 ad] q *et disiuncte litt. imp. add.* pA 92 actu *ante et post* ad opus A, *et primum delevimus* 107 non consideratur] scientia *praem.* pA 117 eius *em.* A] *conf.* pA 129 scit (*e* scire pA) *em.* A

Φ 59 ipsius] illius Φ 80 passiones] passionem Σ (-δ^1) passionum δ^1 91 enim] in actu (*cf.* A) ad quod Φ (-δ^1) in actu quando scilicet ad quod δ^1 98 modum] per modum Φ 99 tunc est] certum est quod Φ (-δ) tunc est quidem δ 103 non *om.* Φ (-δ) 105 cum *om.* Σ 109 quaedam *om.* α δ 111 ergo] autem Φ 117 et^1 *om.* Φ

55 eadem...cognoscendi: Arist. ut patet infra q. 8 a. 11 25. 67 mala...accidunt: Dionys. *De div. nom.* cap. 4 § 2 (PG 3, 732 B; Dion. 304) ut refert Thomas infra q. 18 a. 6. 86 Cap. 10 (433 a 14) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 363,24). 89 *Metaph.* II 2 (993 b 20). 130 quaestione: a. 8.

esse sed secundum omnes etiam intentiones quas intellectus humanus resolvendo in eis apprehendere potest, ideo habet cognitionem de rebus operabilibus a se etiam eo modo quo non sunt operabiles; scit etiam et quaedam quorum sua scientia causa esse non potest, sicut mala. Unde verissime in Deo et practicam et speculativam cognitionem ponimus.

Nunc ergo videndum secundum quem modum praedictorum idea in divina cognitione possit poni. Idea ergo, ut Augustinus dicit, secundum proprietatem vocabuli forma dicitur, sed si rem attendamus, idea est rei ratio vel similitudo. Invenimus autem in quibusdam formis duplicem respectum, unum ad id quod secundum eas formatur, sicut scientia respicit scientem, alium ad id quod est extra, sicut scientia respicit scibile; hic tamen respectus non est omni formae communis sicut primus; hoc igitur nomen forma importat solum primum respectum, et inde est quod forma semper notat habitudinem causae: est enim forma quodam modo causa eius quod secundum ipsam formatur, sive talis formatio fiat per modum inhaerentiae ut in formis intrinsecis, sive per modum imitationis ut in formis exemplaribus. Sed similitudo et ratio respectum etiam secundum habent, ex quo non competit eis habitudo causae. Si ergo loquamur de idea secundum propriam nominis rationem, sic non se extendit nisi ad illam scientiam secundum quam aliquid formari potest, et haec est cognitio actu practica, vel virtute tantum quae etiam
62vb quodam modo speculativa est; | sed tamen si ideam communiter appellemus similitudinem vel rationem, sic idea etiam ad speculativam cognitionem pure pertinere potest. Vel magis proprie dicamus quod idea respicit cognitionem practicam actu vel virtute, similitudo autem et ratio tam practicam quam speculativam.

1. Ad primum igitur dicendum quod Augustinus formationem ideae refert non tantum ad ea quae fiunt sed etiam ad ea quae fieri possunt, de quibus si numquam fiant est cognitio aliquo modo speculativa, ut ex dictis patet.

2. Ad secundum dicendum quod ratio illa procedit de cognitione illa quae est practica virtute non actu, quam nihil prohibet aliquo modo speculativam dici secundum quod recedit ab operatione secundum actum.

3. Ad tertium dicendum quod exemplar, quamvis importet respectum ad id quod est extra, tamen ad illud extrinsecum importat habitudinem causae, et ideo proprie loquendo ad cognitionem pertinet quae est practica habitu vel virtute non autem solum ad illam quae est actu practica, quia aliquid potest dici exemplar ex hoc quod ad eius imitationem potest aliquid fieri etsi numquam fiat: et similiter est de ideis.

4. Ad quartum dicendum quod practicus intellectus est de his quorum principia sunt in nobis non quocumque modo sed in quantum sunt per nos operabilia, unde et de eis quorum causae sunt in nobis habere possumus speculativam scientiam, ut ex dictis patet.

5. Ad quintum dicendum quod intellectus speculativus et practicus non distinguuntur per hoc quod est habere formas a rebus aut ad res, quia etiam in nobis intellectus practicus quandoque habet formas a rebus sumptas, ut cum aliquis artifex ex artificio aliquo viso concipit formam secundum quam operari intendit: unde non etiam oportet ut omnes formae quae sunt intellectus speculativi sint acceptae a rebus.

6. Ad sextum dicendum quod idea practica et speculativa in Deo non distinguuntur quasi duae ideae sed quia secundum rationem intelligendi practica addit super speculativam ordinem ad actum, sicut homo addit super animal rationale nec homo tamen et animal sunt duae res.

7. Ad septimum dicendum quod pro tanto

A 152 hic] et *praem.* pA 155 inde...est enim] quia omne (*vel* esse) *praem.* pA 161 respectum...habent] habent *praem.* pA 171 pure pertinere *inv.* pA 177 fieri] *idem conf. praem.* pA 191 potest...ex] ex *imp. praem.* pA 198 eis] *idem conf. praem.* pA 204 quandoque habet] potest *praem.* pA 209 a rebus] *idem conf. praem.* pA 212 secundum] una *praem.* pA 215 nec] unde *praem.* pA

Φ 135 etiam *om.* Φ 139 etiam] et Φ (-γ) *om.* γ 140 non potest *om.* Φ (-δ) 145 dicit] ait *ante* Augustinus Φ 159 ut] sicut Φ 165 se] *om.* α γ *post* extendit β 177 fiunt] sunt Φ 181 cognitione] generatione α 197 quocumque] quoquo Φ 214 super] supra Φ

145 *De div. quaest. 83* q. 46 (PL 40, 30).

dicuntur eadem esse principia essendi et cognoscendi quia quaecumque sunt principia essendi sunt etiam principia cognoscendi, non autem e converso cum effectus interdum sint principia cognoscendi causas: unde nihil prohibet formas intellectus speculativi esse tantum principia cognoscendi, formas autem intellectus practici esse principia essendi et cognoscendi simul.

8. Ad octavum dicendum quod simplex notitia dicitur non ad excludendum respectum scientiae ad scitum, qui inseparabiliter omnem scientiam comitatur, sed ad excludendum admixtionem eius quod est extra genus notitiae, sicut est existentia rerum quam addit scientia visionis, vel ordo voluntatis ad res scitas producendas quem addit scientia approbationis; sicut etiam ignis dicitur corpus simplex non ad excludendum partes essentiales eius sed commixtionem extranei.

9. Ad nonum dicendum quod verum et bonum se invicem circumincedunt quia et verum est quoddam bonum et bonum omne est verum: unde et bonum potest considerari cognitione speculativa prout consideratur veritas eius tantum, sicut cum diffinimus bonum et naturam eius ostendimus; potest etiam considerari practice si consideretur ut bonum, hoc autem est si consideretur in quantum est finis motus vel operationis. Et sic patet quod non sequitur ideas vel similitudines aut rationes divini intellectus ad practicam tantum notitiam pertinere ex hoc quod respectus terminatur ad bonum.

1. Ad primum vero quod contra obicitur dicendum quod apud Deum non currunt tempora neque decurrunt quia ipse sua aeternitate quae totum est simul totum tempus includit; et sic eodem modo cognoscit praesentia, praeterita et futura, et hoc est quod dicitur Eccli. XXIII [29] « Domino Deo nostro antequam crearentur nota sunt omnia, sic et post perfectum cognoscit omnia »; et sic non oportet quod idea proprie accepta limites practicae cognitionis excedat ex hoc quod per eam etiam praeterita cognoscuntur.

2. Ad secundum dicendum quod illa cognitio quam artifex creatus habet per formas operativas de suo artificio, si cognoscit ipsum ut est productibile in esse quamvis operari non intendat, non est usquequaque speculativa cognitio sed habitualiter practica; | cognitio autem artificis qua cognoscit artificiata non ut sunt productibilia ab ipso, quae est pure speculativa, non habet ideas respondentes sibi sed forte rationes vel similitudines. *63ra*

3. Ad tertium dicendum quod est commune practicae et speculativae scientiae quod sit per principia et causas, unde ex hac ratione non potest probari de aliqua scientia neque quod sit speculativa neque quod sit practica.

Articulus quartus

Quarto quaeritur utrum malum habeat ideam in Deo. Et videtur quod sic:

Deus enim habet scientiam simplicis notitiae de malis; sed idea aliquo modo respondet scientiae simplicis notitiae secundum quod large sumitur pro similitudine vel ratione; ergo malum habet ideam in Deo.

2. Praeterea, malum nihil prohibet esse in bono quod non est ei oppositum; sed similitudo mali non opponitur bono, sicut nec similitudo nigri albo, quia species contrariorum in anima non sunt contrariae; ergo nihil prohibet in Deo, quamvis sit summum bonum, ponere ideam vel similitudinem mali.

3. Praeterea, ubicumque est aliqua com-

A 232 rerum] *idem praem.* pA 236 sed] ad *add.* pA 241 bonum] *idem conf. praem.* pA 258 Deo nostro] enim Deo *Vulg.* 259 nota sunt omnia] omnia sunt agnita *Vulg.* sic] fit *praem.* pA 260 cognoscit] respicit *Vulg.*: *ad litteram versiculi Bibliae cf. supra* q. 1 a. 5 *lin.* 97 *in nota ad* sic 268 speculativa] practica *praem.* pA 271 producibilia A
4 idea aliquo *em.* A] ydeal aliquo pA 9 similitudo] *idem praem.* pA

Φ 239 circumincedunt] circumcedunt Φ (*ut videtur*) 240 omne] esse Φ (-β) omne esse β 247 Et *om.* Φ (-δ) sic] sicut α β 248 aut] vel Φ 255 totum est] *inv.* Φ (-γ) est tota γ 257 Eccli.] Exod. Φ 268 intendat] –dit Σ
11 nigri albo] albi nigro Φ 13 summum *om.* Φ

227 simplex notitia: cf. supra q. 2 a. 9 8 in nota. 232 scientia visionis: ut hic supra. 234 scientia approbationis: cf. supra q. 2 a. 13 58 in nota. 257 Eccli. XXIII[29]: cf. supra q. 1 a. 5 95 in nota.
1 Parall.: *I Pars* q. 15 a. 3 ad 1; *Super Sent. I* d. 36 q. 2 a. 3 ad 1. 11 species...contrariae: Arist. *Metaph.* VII 6 (1032 b 2) ut refert Thomas infra q. 26 a. 3 ad 6.

munitas ibi est aliqua similitudo; sed ex hoc ipso quod aliquid est privatio entis, suscipit entis praedicationem, unde dicitur IV Metaphysicae quod negationes et privationes dicuntur entia; ergo ex hoc ipso quod malum est privatio boni, habet aliquam similitudinem in Deo qui est summum bonum.

4. Praeterea, omne illud quod per se ipsum cognoscitur habet ideam in Deo; sed falsum per se ipsum cognoscitur sicut et verum: sicut enim prima principia sunt per se nota in sua veritate, ita eorum opposita sunt per se nota in sua falsitate; ergo falsum habet ideam in Deo; falsum autem est quoddam malum sicut et verum est intellectus bonum, ut dicitur VI Ethicorum; ergo malum habet ideam in Deo.

5. Praeterea, quicquid habet naturam aliquam, habet ideam in Deo; sed vitium, cum sit virtuti contrarium, ponit aliquam naturam in genere qualitatis; ergo habet ideam in Deo; sed ex hoc ipso quod est vitium, est malum; ergo malum habet ideam in Deo.

6. Praeterea, si malum non habet ideam, non est hoc nisi quia malum non ⟨est⟩ ens; sed formae cognitivae possunt esse de non entibus: nihil enim prohibet imaginari montes aureos aut chimaeram; ergo nihil etiam prohibet mali ideam esse in Deo.

7. Praeterea, inter res signatas non habere signum est esse signatum, ut patet in ovibus quae signantur; sed idea est quoddam signum ideati; ergo ex hoc ipso quod rebus bonis habentibus ideam in Deo malum non habet, debet dici ipsum esse ideatum vel formatum.

8. Praeterea, quicquid est a Deo habet ideam in eo; sed malum est a Deo, poenae scilicet; ergo habet ideam in ipso.

SED CONTRA, omne ideatum habet esse terminatum per ideam; sed malum non habet esse terminatum cum non habeat esse sed privatio sit entis; ergo malum non habet ideam in Deo.

2. Praeterea, secundum Dionysium idea vel exemplar est praediffinitio divinae voluntatis; sed voluntas Dei non habet se nisi ad bona; ergo malum non habet ideam in Deo.

3. Praeterea, ' malum est privatio speciei, modi et ordinis ' secundum Augustinum; sed ipsas ideas Plato species appellavit; ergo malum non potest habere ideam.

RESPONSIO. Dicendum quod idea secundum propriam sui rationem, ut patet ex dictis, importat formam quae est principium formationis alicuius rei: unde cum nihil quod est in Deo possit esse mali principium, non potest malum ideam habere in Deo, si proprie accipiatur idea. Sed nec etiam si accipiatur communiter pro ratione vel similitudine, quia secundum Augustinum malum dicitur ex hoc ipso quod non habet formam: unde cum similitudo attendatur secundum formam aliquo modo participatam, non potest esse quod malum similitudinem aliquam in Deo habeat, cum aliquid dicatur malum ex hoc ipso quod a participatione divinitatis recedit.

1. Ad primum igitur dicendum quod scientia simplicis notitiae non solum est de malis sed etiam de quibusdam bonis quae nec sunt nec erunt nec fuerunt, et respectu horum ponitur idea in scientia simplicis notitiae non autem respectu malorum.

2. Ad secundum dicendum quod non negatur malum habere ideam in Deo ratione oppositionis tantum, sed quia non habet aliquam naturam per quam aliquo modo participet

A 17 suscipit entis praedicationem] ens dicitur communiter de *praem.* pA 26 nota] no *conf. praem.* pA 31 VI] vij in *praem.* pA 39 ⟨est⟩ *suppl.* (*cf.* Φ)] *om.* A 41 nihil enim] sic *praem.* pA 42 nihil etiam] nichil *add.* pA 46 sed...ergo] ergo *praem.* pA 53 habet esse] est *praem.* pA 60 bona] cre *conf. praem.* pA 61 habet] ht *imp. praem.* pA 64 ipsas] ip *conf. praem.* pA 84 nec fuerunt] f *imp. praem.* pA 87 negatur...ratione] propter hoc *praem.* pA

Φ 18 unde] ut Φ dicitur] in *add.* β δ^1 IV] iii Φ 39 ⟨est⟩ *ante* non *suppl.* Φ 45 ovibus] omnibus Φ 51 eo] deo Φ 64 ipsas *om.* Φ 81 igitur] ergo γ δ^1 88 ideam] *om.* α δ^2 *post* Deo γ ratione] rationem α β δ^2 propter rationem γ

19 *Metaph.* IV 1 (1003 b 5). 20 malum...boni: August. *Enchir.* cap. 11 (PL 40, 236) ut supra q. 2 a. 15 19. 31 *Ethic.* VI 2 (1139 a 27). 51 malum...poenae: vocabula ex Petri Lomb. *Lib. Sent.* II d. 37 c. 2 deprompta. 58 *De div. nom.* cap. 5 § 8 (PG 3, 824 C; Dion. 360) ut refert Thomas supra a. 1 247. 63 *De nat. boni* cap. 4 (PL 42, 553) ut refert Thomas *I-II* q. 84 a. 3 ad 2. 64 Plato: ut refert Arist. *Metaph.* I 10 (987 b 7). 67 dictis: supra a. 3. 74 Cf. *De nat. boni* cap. 4 (PL 42, 553), ad quem locum referre videtur *Summa Alberti* I tr. 13 q. 55 m. 2 a. 3 ubi legitur ' Cum ergo malum non habeat formam, eo quod — sicut dicit Augustinus — est corruptio modi speciei et ordinis, videtur quod malum in Deo non habeat ideam '.

aliquid quod sit in Deo ut sic similitudo eius accipi possit.

3. Ad tertium dicendum quod illa communitas qua aliquid communiter | praedicatur de *63rb*
ente et non ente est rationis tantum, quia negationes et privationes non sunt nisi entia rationis; talis autem communitas non sufficit ad similitudinem de qua nunc loquimur.

4. Ad quartum dicendum quod hoc principium ' nullum totum est maius sua parte ' esse falsum, quoddam verum est, unde cognoscere hoc esse falsum est cognoscere quoddam verum; falsitas tamen eius principii non cognoscitur nisi per privationem veritatis sicut caecitas per privationem visus.

5. Ad quintum dicendum quod, sicut actiones malae quantum ad id quod habent de entitate bonae sunt et a Deo sunt, ita est etiam et de habitibus qui sunt earum principia vel effectus: unde ex hoc quod sunt mala non ponunt aliquam naturam sed solum privationem.

6. Ad sextum dicendum quod aliquid dicitur non ens dupliciter: uno modo quia non esse cadit in diffinitione eius, sicut caecitas dicitur non ens, et talis non entis non potest concipi aliqua forma neque in intellectu neque in imaginatione, et huiusmodi non ens est malum; alio modo quia non invenitur in rerum natura quamvis ipsa privatio entitatis non claudatur in eius diffinitione, et sic nihil prohibet imaginari non entia et eorum formas concipere.

7. Ad septimum dicendum quod ex hoc ipso quod malum non habet ideam in Deo, a Deo cognoscitur per ideam boni oppositi, et per hunc modum se habet ad cognitionem ac si haberet ideam, non autem ita quod privatio ideae respondeat ei pro idea quia in Deo privatio esse non potest.

8. Ad octavum dicendum quod poenae malum exit a Deo sub ratione ordinis iustitiae, et sic bonum est et ideam habet in Deo.

Articulus quintus

Quinto quaeritur utrum materia prima habeat ideam in Deo. Et videtur quod non: idea enim, secundum Augustinum, forma est; sed materia prima nullam habet formam; ergo idea in Deo nulla ei respondet.

2. Praeterea, materia non est ens nisi in potentia: si ergo idea debet ideato respondere, si habet ideam oportet quod eius idea sit in potentia tantum; sed in Deum potentialitas non cadit; ergo materia prima non habet ideam in ipso.

3. Praeterea, ideae sunt in Deo eorum quae sunt vel esse possunt; sed materia prima nec est per se separata existens neque esse potest; ergo non habet ideam in Deo.

4. Praeterea, idea est ut secundum ipsam aliquid formatur; sed materia prima numquam potest formari ita ut forma sit de essentia eius; ergo si haberet ideam, frustra esset idea illa in Deo, quod est absurdum.

SED CONTRA, omne quod procedit in esse a Deo habet ideam in ipso; materia est huiusmodi; ergo habet ideam in Deo.

2. Praeterea, omnis essentia derivatur ab essentia divina: ergo quicquid habet aliquam essentiam habet ideam in Deo; sed materia prima est huiusmodi; ergo etc.

RESPONSIO. Dicendum quod Plato, qui invenitur primo locutus fuisse de ideis, non posuit materiae primae aliquam ideam quia ipse ponebat ideas ut causas ideatorum, materia autem prima non erat causatum ideae sed erat ei concausa: posuit enim duo principia ex parte materiae, scilicet magnum et parvum, sed

A 95 ente²] *idem conf. praem.* pA 118 ens] est *imp. praem.* pA 126 boni] *idem conf. praem.* pA 127 se habet] est *praem.* pA 131 poenae *in marg.* A] *trans. ad lin. om.* pA
6 est] *rep.* pA 9 Deum] deo *praem.* pA

Φ 98 nunc] modo Φ 103 eius *om.* Φ 109 et *om.* Φ
4 prima *om.* Σ 9 Deum] deo Φ 17 formatur] formetur Φ 23 habet...Deo] etc. Φ

1 Parall.: *I Pars* q. 15 a. 3 ad 3; *Super Sent. I* d. 36 q. 2 a. 3 ad 2; *De pot.* q. 3 a. 1 ad 13. 3 *De div. quaest. 83* q. 46 (PL 40, 30) ut refert Thomas supra a. 1 160. 28 Plato, qui invenitur primo...: sec. August. *De div. quaest. 83* q. 46 (PL 40, 29) ut refert Thomas *I Pars* q. 15 a. 3 arg. 4. 33 concausa: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 1 c. 1. 33 duo...parvum: cf. Arist. *Phys.* I 8 (187 a 17) et *Metaph.* I 10 (987 b 20).

unum ex parte formae, scilicet ideam. Nos autem ponimus materiam esse causatam a Deo, unde necesse est ponere quod aliquo modo sit eius idea in Deo, cum quicquid ab ipso causatur similitudinem ipsius utcumque retineat. Sed tamen si proprie de idea loquamur, non potest poni quod materia prima habeat per se ideam in Deo distinctam ab idea formae vel compositi, quia idea proprie dicta respicit rem secundum quod est productibilis in esse, materia autem non potest exire in esse sine forma nec e converso, unde proprie idea non respondet materiae tantum neque formae tantum, sed toti composito respondet una idea quae est factiva totius et quantum ad formam et quantum ad materiam. Si autem large accipiamus ideam pro similitudine vel ratione, tunc illa
63va possunt per se distinctam | habere ideam quae possunt distincte considerari quamvis separatim esse non possint, et sic nihil prohibet materiae primae etiam secundum se ideam esse.

1. Ad primum igitur dicendum quod, quamvis materia prima sit informis, tamen inest ei imitatio primae formae: quantumcumque enim debile esse habeat, illud tamen est imitatio primi entis et secundum hoc potest habere similitudinem in Deo.

2. Ad secundum dicendum quod ideam et ideatum non oportet esse similia secundum conformitatem naturae sed secundum repraesentationem tantum, unde et rerum compositarum est simplex idea et similiter existentis in potentia est idealis similitudo actu.

3. Ad tertium dicendum quod, quamvis materia secundum se esse non possit, tamen potest secundum se considerari et sic potest habere per se similitudinem.

4. Ad quartum dicendum quod ratio illa procedit de idea practica actu vel virtute quae est rei prout est in esse productibilis, et talis idea materiae primae non convenit.

1. Ad primum quod in contrarium obicitur dicendum quod materia non procedit in esse a Deo nisi in composito, et sic ei idea proprie loquendo respondet.

2. Et similiter dicendum ad secundum quod materia proprie loquendo non habet essentiam sed est pars essentiae totius.

Articulus sextus

Sexto quaeritur utrum in Deo sit idea eorum quae nec sunt nec erunt nec fuerunt. Et videtur quod non quia nihil habet ideam nisi quod habet esse terminatum; sed illud quod nec fuit nec est nec erit, nullo modo habet esse terminatum; ergo nec ideam.

2. Sed dicebat quod, quamvis non habeat esse terminatum in se, habet tamen esse terminatum in Deo. — Sed contra, ex hoc est aliquid terminatum quod unum ab alio distinguitur; sed omnia, prout sunt in Deo, sunt unum et ab invicem indistincta; ergo nec etiam in Deo habet esse terminatum.

3. Praeterea, Dionysius dicit quod exemplaria sunt divinae et bonae voluntates quae sunt praedeterminativae et effectivae rerum; sed illud quod nec fuit nec est nec erit, numquam fuit praedeterminatum a divina voluntate; ergo non habet ideam vel exemplar in Deo.

4. Praeterea, idea ordinatur ad rei productionem; si ergo sit idea eius quod numquam in esse producitur, videtur quod sit frustra, quod est absurdum; ergo etc.

SED CONTRA, Deus habet cognitionem de rebus per ideas; sed ipse cognoscit ea quae nec sunt nec erunt nec fuerunt, ut dictum est supra

A 39 retineat] recipiat *praem.* pA 40 loquamur (*e* loquammur pA) *em.* A 42 in (*ex* insi *seu* inse *imp.* pA) *em.* A 43 rem secundum] s *praem.* pA 46 unde] *litt. imp. praem.* pA 47 neque] *idem conf. praem.* pA 52 quae (*e* quem pA) *em.* A 59 illud tamen] t *praem.* pA imitatio] *idem conf., et iterum idem imp. praem.* pA
2 erunt *em.* A] *conf.* pA 24 Sed contra] Preterea *praem.* pA

Φ 36 esse causatam] creatam esse Φ (-δ) esse δ^1 38 causatur] creatur α β 54 possint] possunt β γ 56 igitur] ergo γ δ^1 67 actu] etiam *praem.* Φ 74 productibilis] producibilis Φ (-δ^1) 79 loquendo] in deo non *add.* Σ non *add.* β
4 terminatum] creatum α determinatum δ^1

36 materiam...Deo: August. *Confess.* XII c. 7 (PL 32, 828) ut refert Thomas *I Pars* q. 44 a. 2 sed c.
1 Parall.: supra q. 2 a. 8 ad 3; *I Pars* q. 15 a. 3 ad 2. 14 *De div. nom.* cap. 5 § 8 (PG 3, 824 C; Dion. 360) ut refert Thomas supra a. 1 247.

in quaestione De scientia Dei; ergo est in eo idea etiam eorum quae nec sunt nec erunt nec fuerunt.

2. Praeterea, causa non dependet ab effectu; sed idea est causa essendi rem; ergo non dependet ab esse rei aliquo modo: potest igitur esse etiam de his quae nec sunt nec erunt nec fuerunt.

RESPONSIO. Dicendum quod idea proprie dicta respicit practicam cognitionem non solum in actu sed in habitu, unde cum Deus de his quae facere potest quamvis numquam sint facta nec futura habeat cognitionem virtualiter practicam, relinquitur quod idea possit esse eius quod nec est nec fuit nec erit: non tamen eodem modo sicut est eorum quae sunt vel erunt vel fuerunt, quia ad ea quae sunt vel erunt vel fuerunt producenda determinatur ex proposito divinae voluntatis, non autem ad ea quae nec sunt nec erunt nec fuerunt, et sic huiusmodi habent quodam modo indeterminatas ideas.

1. Ad primum igitur dicendum quod, quamvis quod nec est nec fuit nec erit non habeat esse determinatum in se, est tamen determinate in Dei cognitione.

2. Ad secundum dicendum quod aliud est esse in Deo et aliud in cognitione Dei: malum enim non est in Deo sed est in scientia Dei; secundum hoc enim aliquid esse dicitur in Dei scientia quod a Deo cognoscitur; et quia Deus cognoscit omnia distincte, ut in praecedenti quaestione dictum est, ideo in eius scientia res distinctae sunt quamvis in ipso sint unum.

3. Ad tertium dicendum quod, quamvis Deus numquam voluerit producere huiusmodi res in esse quarum ideas habet, tamen vult se posse eas producere et se habere scientiam eas producendi: unde et Dionysius non dicit quod ad rationem exemplaris exigeretur voluntas praediffiniens et efficiens sed diffinitiva et effectiva.

4. Ad quartum dicendum quod ideae illae non sunt ordinatae a divina cognitione ad hoc ut secundum eas aliquid fiat, sed ad hoc quod secundum eas aliquid fieri possit.

Articulus septimus

Septimo quaeritur utrum accidentia habeant ideam in Deo. Et videtur quod non quia idea non est nisi ad cognoscendum et ad causandum res; sed accidens cognoscitur per substantiam et ex eius principiis causatur; ergo non oportet quod in Deo ideam habeat.

2. Sed dicebat quod accidens cognoscitur per substantiam cognitione quia est non autem cognitione quid est. — Sed contra, quod quid est significat diffinitio rei et maxime ratione generis; sed in diffinitionibus | accidentium ponitur substantia, ut dicitur VII Metaphysicae, et subiectum, ita quod subiectum ponitur loco generis, ut Commentator ibidem dicit, ut cum dicitur simum est nasus curvus; ergo etiam quantum ad cognitionem quid est accidens per substantiam cognoscitur. 63vb

3. Praeterea, omne quod habet ideam est participativum ipsius; sed accidentia nihil participant cum participare sit tantum substantiarum, quae aliquid recipere possunt; ergo non habent ideam.

4. Praeterea, in illis quae dicuntur per prius et posterius non est accipere ideam communem, sicut in numeris et figuris, secundum opinionem Platonis, ut patet III Metaphysicae et in I Ethicorum, et hoc ideo quia primum est quasi idea secundi; sed ens dicitur de substantia et accidente per prius et posterius; ergo accidens non habet ideam sed substantia est ei loco ideae.

A 37 de his...habeat] habeat *praem.* pA
4 et ad] ad *imp. praem.* pA causandum] a *praem.* pA 15 etiam quantum] q *praem.* pA 23 in illis] acc *praem.* pA

Φ 31 rem] rerum Φ 33-34 sunt...erunt...fuerunt] fuerunt...erunt...sunt α β fuerunt...sunt...erunt γ δ 59 sint] sunt Φ (-δ)
5 substantiam] subiectum Σ 21 ergo] ideo Φ 24 communem *om.* Φ 26 ut] sicut Φ patet] in *add.* Φ 29 per] secundum Φ 30 sed...ideae *om.* Φ

27 quaestione...: a. 8 58 quaestione: a. 4.
1 Parall.: *I Pars* q. 15 a. 3 ad 4; *Super Sent. I* d. 36 q. 2 a. 3 ad 4. 10 maxime...generis: cf. Arist. *Topic.* VI c. 1 (139 a 29). 13 *Metaph.* VII 4 (1030 b 14). 14 Comm. 18 (VIII, 167 E). 26 *Metaph.* III 8 (999 a 6). 27 *Ethic.* I 6 (1096 a 17).

SED CONTRA, omne quod est causatum a Deo habet ideam in ipso; sed Deus causa est non solum substantiarum sed etiam accidentium; ergo accidentia habent ideam in Deo.

2. Praeterea, omne quod est in aliquo genere oportet reduci in primum illius generis, sicut omne calidum ad calidum ignis; sed « ideae sunt principales formae », ut Augustinus dicit in libro LXXXIII Quaestionum; ergo cum accidentia sint formae quaedam videtur quod habeant ideas in Deo.

RESPONSIO. Dicendum quod Plato, qui primus introduxit ideas, non posuit ideas accidentium sed solum substantiarum, ut patet per Philosophum in I Metaphysicae: cuius ratio fuit quia Plato posuit ideas esse proximas causas rerum, unde illud cui inveniebat proximam causam praeter ideam non ponebat habere ideam; et inde est quod ponebat in his quae dicuntur per prius et posterius non esse communem ideam sed primum esse ideam secundi. Et hanc etiam opinionem tangit Dionysius in v cap. De divinis nominibus, imponens eam cuidam Clementi philosopho qui dicebat superiora in entibus esse inferiorum exemplaria. Et hac ratione, cum accidens immediate a substantia causetur, accidentium ideas Plato non posuit. Sed quia nos ponimus Deum immediatam causam uniuscuiusque rei secundum quod in omnibus causis secundis operatur et quod omnes effectus secundi ex eius praediffinitione proveniant, ideo non solum primorum entium sed etiam secundorum in eo ideas ponimus, et sic substantiarum et accidentium sed diversorum accidentium diversimode.

Quaedam enim sunt accidentia propria ex principiis subiecti causata, quae secundum esse numquam a suis subiectis separantur, et huiusmodi una operatione in esse producuntur cum suo subiecto: unde cum idea proprie loquendo sit forma rei operabilis in quantum huiusmodi, non erit talium accidentium idea distincta sed subiecti cum omnibus accidentibus eius erit una idea, sicut aedificator unam formam habet de domo et omnibus quae domui accidunt in quantum huiusmodi, per quam domum cum omnibus talibus suis accidentibus simul in esse producit, cuiusmodi accidens est quadratura ipsius et alia huiusmodi. Quaedam vero sunt accidentia quae non sequuntur inseparabiliter suum subiectum nec ex eius principiis dependent, et talia producuntur in esse alia operatione praeter operationem qua producitur subiectum, sicut non ex hoc ipso quod homo fit homo sequitur quod sit grammaticus sed per aliquam aliam operationem: et talium accidentium est idea in Deo distincta ab idea subiecti, sicut etiam artifex concipit formam picturae domus praeter formam domus. Sed si large accipiamus ideam pro similitudine vel ratione, sic utraque accidentia habent ideam distinctam in Deo quia per se distincte considerari possunt. Unde et Philosophus dicit in I Metaphysicae quod quantum ad rationem sciendi accidentia debent habere ideam sicut et substantiae, sed quantum ad alia propter quae Plato ponebat ideas, ut scilicet essent causae generationis et essendi, ideae videntur esse substantiarum tantum.

1. Ad primum igitur dicendum quod, sicut dictum est, in Deo non est idea solum primorum effectuum sed etiam secundorum: unde, quamvis accidentia habeant esse per substantiam, non excluditur quin habeant ideas.

2. Ad secundum dicendum quod accidens dupliciter potest accipi: uno modo in abstracto

A 33 substantiarum] *idem conf. praem.* pA sed *sup. lin.* A] *idem conf.* pA 35 genere] s *praem.* pA 45 Philosophum *em.* A] *conf.* pA 52 opinionem tangit] t *imp. praem.* pA 53 imponens...qui dicebat] qui dice *praem.* pA 57 causetur *em.* A] *conf.* pA 60 causis] *idem conf. praem.* pA 62 primorum...substantiarum] substantiarum *praem.* pA 68 subiectis] *idem conf. praem.* pA 78 cuiusmodi] sicut *praem.* pA 83 praeter] a *praem.* pA 86 et...domus] et similiter domus non *praem.* pA 87 idea subiecti *scrips.*] ydei subiecti A 97 ponebat] posuit *praem.* pA 98 essendi] *idem conf. et imp. praem.* pA

Φ 31 causatum] creatum Φ (-δ) 43 ideas[1]] deus δ^1 68 subiectis] substantiis α β δ^1 77 suis *om.* Φ 84 fit] sit Σ 90 vel ratione *om.* Σ 101 est[2]] *om.* α γ *ante* non β

35 omne...ignis: Arist. *Metaph.* II 2 (993 b 24) ut refert Thomas supra q. 2 a. 14 67. 39 Quaestio 46 (PL 40, 30). 42 Plato, qui primus...: sec. August. ut supra a. 5 28 in nota. 45 *Metaph.* I 14 et 15 (990 b 27 et 991 b 6). 49 ponebat...: cf. Arist. *Metaph.* III 8 (999 a 6) et *Ethic.* I 6 (1096 a 17). 53 § 9 (PG 3, 824 D; Dion. 361). 58 nos...causam: cf. *Cont. Gent.* III c. 67, *I Pars* q. 105 a. 5, *De pot.* q. 3 a. 7. 94 *Metaph.* I 14 (990 b 27).

et sic consideratur secundum propriam rationem, sic enim assignamus in accidentibus genus et speciem; et hoc modo subiectum non ponitur in diffinitione accidentis ut genus sed ut differentia, ut cum dicitur simitas est curvitas nasi. Alio modo possunt accipi in concreto, et sic accipiuntur secundum quod sunt unum per accidens cum subiecto, unde sic non assignatur | eis nec genus nec species, et ita verum est quod subiectum ponitur ut genus in diffinitione accidentis.

64ra

3. Ad tertium dicendum quod, quamvis accidens non sit participans, est tamen ipsa participatio, et sic patet quod ei etiam respondet idea in Deo vel similitudo.

4. Ad quartum patet responsio ex dictis.

Articulus octavus

Octavo quaeritur utrum singularia habeant ideam in Deo. Et videtur quod non quia singularia sunt infinita in potentia; sed in Deo est idea non solum eius quod est sed etiam eius quod esse potest; si ergo singularium esset idea in Deo essent in ipso ideae infinitae, quod videtur absurdum cum non possint esse actu infinita.

2. Praeterea, si singularia habent ideam in Deo, aut est eadem idea singularis et speciei aut alia et alia: si alia et alia, tunc unius rei sunt multae ideae in Deo quia idea speciei est etiam idea singularis; si autem est una et eadem, cum in idea speciei omnia singularia quae sunt eadem specie conveniant, tunc omnium singularium non erit nisi una idea tantum et sic singularia non habebunt ideam distinctam in Deo.

3. Praeterea, multa singularium casu accidunt; sed talia non sunt praediffinita; cum ergo idea requirat praediffinitionem, ut ex praedictis patet, videtur quod non omnia singularia habeant ideam in Deo.

4. Praeterea, quaedam singularia sunt ex duabus speciebus commixta, sicut mulus ex asino et equo: si ergo talia habent ideam videtur quod unicuique eorum respondeat duplex idea, et hoc videtur absurdum cum inconveniens sit ponere multitudinem in causa et unitatem in effectu.

SED CONTRA, ideae sunt in Deo ad cognoscendum et operandum; sed Deus est cognitor et operator singularium; ergo in ipso sunt eorum ideae.

2. Praeterea, ideae ordinantur ad esse rerum; sed singularia habent verius esse quam universalia cum universalia non subsistant nisi in singularibus; ergo singularia magis debent habere ideas quam universalia.

RESPONSIO. Dicendum quod Plato non posuit ideas singularium sed specierum tantum, cuius duplex fuit ratio: una quia secundum ipsum ideae non erant factivae materiae sed formae tantum in his inferioribus, singularitatis autem principium est materia, secundum formam vero unumquodque singulare collocatur in specie, et ideo idea non respondet singulari in quantum singulare est sed ratione speciei tantum; alia ratio esse potuit quia idea non est nisi eorum quae per se sunt intenta, ut ex dictis patet, intentio autem naturae est principaliter ad speciem conservandam, unde quamvis generatio terminetur ad hunc hominem, tamen intentio naturae est quod generet hominem. Et propter hoc etiam Philosophus dicit in XIX De animalibus quod in accidentibus specierum sunt assignandae causae finales, non autem in accidentibus singularium sed efficientes et materiales tantum, et ideo idea non re-

A 117 accidentis] ut cum *add.* pA
32 cognitor] condu *praem.* pA 35 ordinantur] sunt *praem.* pA 53 ad] nu *et litt. imp. add.* pA 59 non respondet singulari] nisi *add.* pA

Φ 4 idea] *om.* α β *post* solum δ 6 ipso] eo Φ (-δ) *om.* δ 11 si] non Φ tunc] enim *add.* Φ sunt] essent Φ 21 praedictis] dictis Φ 26 habent] habeant Φ 27 respondeat] respondet Φ 39 ideas] ideam Σ 46 singulare] singularium Φ 56 XIX] xviii Φ (-δ) x δ^1 10 δ^2 59 idea *om.* Σ

1 Parall.: *I Pars* q. 15 a. 3 ad 4; *Super Sent. I* d. 36 q. 2 a. 3 ad 3. 21 praedictis: a. 1. 40 Plato...: ut refert Arist. *Metaph.* I 10 (987 a 29). 50 dictis: supra a. 1. 51 intentio...conservandam: cf. Arist., Avicenna et Averroes ut supra q. 1 a. 5 379 in nota. 56 *De animal.* XIX (= *De gen. animal.* V) cap. 1 (778 a 30).

spondet singulari sed speciei; et eadem ratione Plato non ponebat ideas generum, quia intentio naturae non terminatur ad productionem formae generis sed solum formae speciei. Nos autem ponimus Deum causam esse singularis et quantum ad formam et quantum ad materiam, ponimus etiam quod per divinam providentiam diffiniuntur omnia singularia, et ideo oportet nos etiam singularium ponere ideas.

1. Ad primum ergo dicendum quod ideae non plurificantur nisi secundum diversos respectus ad res; non est ⟨autem⟩ inconveniens relationes rationis in infinitum multiplicari, ut Avicenna dicit.

2. Ad secundum dicendum quod, si loquamur de idea proprie secundum quod est rei eo modo quo est in esse productibilis, sic una idea respondet singulari, speciei et generi, individuatis in ipso singulari, eo quod Socrates, homo et animal non distinguuntur secundum esse; si autem accipiamus ideam communiter pro similitudine vel ratione, sic cum diversa sit consideratio Socratis ut Socrates est et ut homo est et ut est animal, respondebunt ei secundum hoc plures ideae vel similitudines.

3. Ad tertium dicendum quod, quamvis aliquid sit a casu respectu proximi agentis, nihil tamen est a casu respectu agentis qui omnia praecognoscit.

4. Ad quartum dicendum quod mulus habet speciem mediam inter asinum et equum, unde non est in duabus speciebus sed in una tantum, quae est effecta per commixtionem seminum, in quantum virtus activa maris non potuit perducere materiam feminae ad terminos propriae speciei perfectae propter materiae extraneitatem sed perduxit ad aliquid propinquum suae speciei; et ideo eadem ratione assignatur idea mulo et equo.

A 61 non ponebat] p *imp. praem.* pA 67 diffiniuntur *em.* A] *conf.* pA 71 ⟨autem⟩ *suppl.*] *om.* A 78 Socrates] unum est *praem.* pA 90 speciem] *idem conf. praem.* pA

Φ 68 etiam *om.* Φ 71 ⟨autem⟩ *suppl.* Φ 72 rationis] hominis α infinitum] intellectu α γ in intellectu *add.* δ multiplicari] in infinitum (*cf. nota superior*) *add.* γ 76 productibilis] producibilis Φ (-δ) 83 secundum hoc *om.* Σ 94 perducere] producere Φ 96 perduxit] produxit γ δ 98 equo] asino α δ

64 Nos autem...: e. g. *Super Sent. I* d. 36 q. 1 a. 1, *I Pars* q. 16 a. 1. 66 ponimus etiam...: e. g. *Super Sent. I* d. 39 q. 2 a. 2, infra q. 5 a. 3. 73 *Metaph.* III c. 10 (f. 83^{vb} F) ut refert Thomas supra q. 2 a. 9 266.

QUAESTIO QUARTA

De verbo

1. *Utrum verbum proprie dicatur in divinis.*
2. *Utrum verbum in divinis dicatur essentialiter vel personaliter tantum.*
3. *Utrum verbum Spiritui Sancto conveniat.*
4. *Utrum Pater dicat creaturam verbo quo dicit se.*
5. *Utrum hoc nomen verbum importet respectum ad creaturam.*
6. *Utrum res verius sint in Verbo vel in se ipsis.*
7. *Utrum verbum sit eorum quae nec sunt nec erunt nec fuerunt.*
8. *Utrum omne quod factum est sit vita in Verbo.*

Articulus primus

64rb Quaestio est de Verbo. Et primo quaeritur utrum verbum proprie dicatur in divinis. Et videtur quod non. Est enim duplex verbum, scilicet interius et exterius: exterius autem de Deo proprie dici non potest cum sit corporale et transiens; similiter nec verbum interius quod Damascenus diffiniens dicit in II libro « sermo interius dispositus est motus animae in excogitativo fiens sine aliqua enuntiatione »: in Deo autem non potest poni nec motus nec cogitatio, quae discursu quodam perficitur; ergo videtur quod verbum nullo modo proprie dicatur in divinis.

2. Praeterea, Augustinus in XV De Trinitate probat quod verbum quoddam est ipsius mentis ex hoc quod etiam eius aliquod os esse dicitur, ut patet Matth. xv 11 « Quae procedunt de ore haec coinquinant hominem »; quod de ore cordis intelligendum esse ostenditur ex his quae sequuntur « quae autem procedunt de ore de corde exeunt »; sed os non dicitur nisi metaphorice in spiritualibus rebus; ergo nec verbum.

3. Praeterea, Verbum ostenditur esse medium inter Creatorem et creaturas ex hoc quod Ioh. I 3 dicitur « Omnia per ipsum facta sunt »; et ex hoc ipso probat Augustinus quod Verbum non est creatura; ergo eadem ratione potest probari quod Verbum non sit Creator; ergo verbum nihil ponit quod sit in Deo.

4. Praeterea, medium aequaliter distat ab extremis; si igitur Verbum medium est inter Patrem dicentem et creaturam quae dicitur, oportet quod Verbum per essentiam distinguatur a Patre cum per essentiam a creaturis distinguatur; sed in divinis non est aliquid per essentiam distinctum; ergo verbum non proprie ponitur in Deo.

5. Praeterea, quicquid non convenit Filio nisi secundum quod est incarnatus, hoc non proprie dicitur in divinis, sicut esse hominem vel ambulare aut aliquid huiusmodi; sed ratio

A 1 Quaestio est de Verbo: *titulos articulorum, qui supra notantur, addimus; desunt in codice* A, *et sic deinceps.* 9 fiens] sine *praem.* pA (*cf. nota insequens*) 9 sine aliqua] al *praem.* pA 19 intelligendum...ostenditur] intelligitur *praem.* pA 28 potest...quod] quod *praem.* pA 39 Filio *in marg.* A] verbo pA 40 incarnatus (*ex* incarnatum pA) *em.* A (*cf. nota superior*) 41 proprie dicitur] est *praem.* pA

Φ 7 Damascenus] iohannes *praem.* δ^1 in] scilicet Φ 9 excogitativo] excogitando Φ (-δ) excogitato δ^1 excogitatio δ^2 14 XV] iii Φ 15 quoddam] quod Φ (-γ) 16 hoc] eo Φ 17 xv] iii α δ 18 hominem] homines Φ 29 sit] est Σ 42 aut] vel Φ

1 Parall.: *Super Sent. I* d. 27 q. 2 a. 1. 8 *De fide* II c. 21 (PG 94, 940 B; Bt 131). 15 Cap. 10 (PL 42, 1070). 20 quae sequuntur: vers. 18. 27 *In Ioh. ev. tract.* I n. 11 et 12 (PL 35, 1384 et 1385). 31 medium...extremis: Arist. *Ethic.* II 6 (1106 a 30).

verbi non convenit Filio nisi secundum quod est incarnatus quia ratio verbi est ex hoc quod manifestat dicentem, Filius autem non manifestat Patrem nisi secundum quod est incarnatus, sicut nec verbum nostrum manifestat intellectum nostrum nisi secundum quod est voci unitum; ergo verbum non dicitur proprie in divinis.

6. Praeterea, si verbum proprie esset in divinis, idem esset Verbum quod fuit ab aeterno apud Patrem et quod est ex tempore incarnatum, sicut dicimus quod est idem Filius; sed hoc, ut videtur, dici non potest quia Verbum incarnatum comparatur verbo vocis, Verbum autem apud Patrem existens verbo mentis, ut patet per Augustinum XV De Trinitate, non est autem idem verbum cum voce prolatum et verbum in corde existens; ergo non videtur quod Verbum quod ab aeterno dicitur apud Patrem fuisse, proprie ad naturam divinam pertineat.

7. Praeterea, quanto effectus est posterior tanto magis habet rationem signi; sicut vinum est causa finalis dolii et ulterius circuli qui appenditur ad dolium designandum, unde circulus maxime habet rationem signi; sed verbum quod est in voce est effectus postremus ab intellectu progrediens; ergo ei magis convenit ratio signi quam conceptui mentis, et similiter etiam ratio verbi, quod a manifestatione imponitur; omne autem quod per prius est in corporalibus quam in spiritualibus, non proprie dicitur de Deo; ergo verbum non proprie dicitur de ipso.

8. Praeterea, unumquodque nomen illud praecipue significat a quo imponitur; sed hoc nomen verbum imponitur vel a verberatione aeris, vel a boatu secundum quod verbum nihil est aliud quam verum boans; ergo hoc est quod praecipue significatur nomine verbi; sed hoc nullo modo convenit Deo nisi metaphorice; ergo verbum non proprie dicitur in divinis.

9. Praeterea, verbum alicuius dicentis videtur esse similitudo rei dictae in dicente; sed Pater intelligens se non intelligit se per similitudinem sed per essentiam; ergo videtur quod ex hoc quod intuetur se non generet aliquod verbum sui; sed « nihil est aliud dicere summo Spiritui quam cogitando intueri », ut Anselmus dicit; ergo verbum non proprie dicitur in divinis.

10. Praeterea, omne quod dicitur de Deo ad similitudinem creaturae, non dicitur de eo proprie sed metaphorice; sed verbum in divinis dicitur ad similitudinem verbi quod est in nobis, ut Augustinus dicit; ergo videtur quod verbum metaphorice et non proprie in divinis dicatur.

11. Praeterea, Basilius dicit quod Deus dicitur verbum secundum quod de eo omnia proferuntur, sapientia quo omnia cognoscuntur, lux quo omnia manifestantur; sed proferre non proprie dicitur in Deo quia prolatio ad vocem pertinet; ergo verbum non proprie dicitur in divinis.

12. Praeterea, sicut se habet verbum vocis ad Verbum incarnatum ita verbum mentis ad Verbum aeternum, ut per Augustinum patet;

A 59 idem *em.* A] *conf.* pA prolatum] prola *conf. praem.* pA 69 effectus postremus] posterior *praem.* pA 71 et similiter...quod per prius est] set illud quod per prius invenitur *praem.* pA 84 divinis] *idem conf. praem.* pA 87 Pater] deus *praem.* pA 87 intelligens] cog *praem.* pA 90 aliud dicere] di *in fine lin. praem.* pA 105 prolatio] proba (*conf.*) prob *praem.* pA 109 mentis *em.* A] *conf.* pA

Φ 47 manifestat...nostrum *hom. om.* α δ 51 esset] diceretur Φ 57 autem *om.* Φ 58 XV] in libro Φ De Trinitate] xv (*cf. nota superior*) *add.* β 61 quod² *om.* Φ (-δ) 62 naturam] essentiam α δ 71 mentis *om.* α δ 73 per *om.* Φ 95 eo] deo β δ 99 verbum *om.* α δ 101 Basilius] augustinus α augustinus *add.* γ

58 Cap. 11 (PL 42, 1071). 65 vinum...designandum: exemplum Auctorum Mediae Aetatis e. g. *Summa Sententiarum* tr. 4 c. 1 (PL 176, 117 C), Symon Tornacensis *Summa:* 'signorum vero alia sunt sacra alia non. Non sacrorum alia naturalia alia positiva... Positivorum vero quoddam nec est sacrum nec sacre rei signum ut circulus vini venalis ' (ms. Paris Arsenal 519, f. 55^{rb}), Albertus *De sacramentis* tr. 1 q. 2 (ed. Col. XXVI, p. 4), Bonaventura *Super Sent. IV* d. 1 p. 1 art. unic. q. 2 ad 3. 79 verberatione aeris: Priscianus [*Institut. Grammat.* VIII De verbo 1 1 (ed. Keil, p. 369)] ut refert Thomas *Super Sent. I* d. 27 q. 2 a. 1 arg. 1. 80 boatu: cf. ps.-August. *Principia dialecticae* cap. 6 (PL 32, 1412). 91 *Monol.* cap. 63 (PL 158, 208 D) ut dicitur infra a. 2 13. 98 *De Trin.* XV c. 11 (PL 42, 1071). 101 Hanc sententiam quamvis apud Basilium non invenies sic communiter proferunt Scholastici e. g. *Summa fr. Alexandri* I pars n. 422 (p. 613), Albertus *Super Sent. I* d. 27 a. 4, Bonaventura *Super Sent. I* d. 27 p. 1 art. unic. q. 4 contra 4. Cf. tamen Vigilius Tapsensis *Contra Arianos dialog.* II 27 (PL 62, 215 A). 110 Ut supra lin. 58.

sed verbum vocis non dicitur de Verbo incarnato nisi metaphorice; ergo nec verbum interius dicitur de Verbo aeterno nisi metaphorice.

64va SED CONTRA, Augustinus dicit in IX De Trinitate « Verbum quod insinuare intendimus, cum amore notitia est »; sed notitia et amor proprie dicuntur in divinis; ergo et verbum.

2. Praeterea, Augustinus in XV De Trinitate dicit « Verbum quod foris sonat signum est verbi quod intus lucet, cui magis verbi competit nomen: nam illud quod profertur carnis ore vox verbi est, verbumque et ipsum dicitur propter illud a quo ut foris appareret assumptum est », ex quo patet quod nomen verbi magis proprie dicitur de verbo spirituali quam de corporali; sed omne illud quod magis proprie invenitur in spiritualibus quam in corporalibus, propriissime Deo competit; ergo verbum propriissime in Deo dicitur.

3. Praeterea, Richardus de Sancto Victore dicit quod verbum est manifestativum sensus alicuius sapientis; sed Filius verissime manifestat sensum Patris; ergo nomen verbi propriissime in Deo dicitur.

4. Praeterea, verbum, secundum Augustinum XV De Trinitate, nihil est aliud quam cogitatio formata; sed divina consideratio numquam est formabilis sed semper formata quia semper est in suo actu; ergo propriissime dicitur verbum in divinis.

5. Praeterea, inter modos unius illud quod est simplicissimum primo et maxime proprie dicitur unum: ergo et similiter in verbo quod est maxime simplex propriissime dicitur verbum; sed Verbum quod est in Deo est simplicissimum; ergo propriissime dicitur verbum.

6. Praeterea, secundum grammaticos haec pars orationis quae verbum dicitur, ideo sibi commune nomen appropriat quia est perfectio totius orationis quasi praecipua pars ipsius, et quia per verbum manifestantur aliae partes orationis secundum quod in verbo intelligitur nomen; sed Verbum divinum est perfectissimum inter omnes res et est etiam manifestativum rerum; ergo propriissime verbum dicitur.

RESPONSIO. Dicendum quod nomina imponuntur a nobis secundum quod cognitionem de rebus accipimus: et quia ea quae sunt posteriora in natura sunt ut plurimum prius nota nobis, inde est quod frequenter secundum nominis impositionem aliquod nomen prius in aliquo duorum invenitur in quorum altero per nomen significata res prius existit, sicut patet de nominibus quae dicuntur de Deo et creaturis, ut ens, bonum et huiusmodi quae prius fuerunt creaturis imposita et ex his ad divinam praedicationem translata, quamvis esse et bonum per prius inveniatur in Deo; et ideo, quia verbum exterius cum sit sensibile est magis notum nobis quam interius, secundum nominis impositionem per prius vocale verbum dicitur verbum quam verbum interius, quamvis verbum interius naturaliter sit prius utpote exterioris causa et efficiens et finalis. Finalis quidem quia verbum vocale ad hoc a nobis exprimitur ut interius verbum manifestetur, unde oportet quod verbum interius sit illud quod significatur per exterius verbum; verbum autem quod exterius profertur significat id quod intellectum est, non ipsum intelligere neque hoc intellectum qui est habitus vel potentia nisi quatenus et haec intellecta sunt; unde verbum interius est ipsum interius intellectum. Efficiens autem quia verbum prolatum exterius, cum sit significativum ad placitum,

A 113 nisi metaphorice *in appendice col.* 64rb 132 Filius...manifestat] ratio, *deinde* manifestatio *imp. praem.* pA 151 per verbum] in verbo *praem.* pA 152 verbo] *idem conf. praem.* pA intelligitur] *idem conf. praem.* pA 154 res] res *mac. praem.* pA 178-184 unde...intellectum *in marg.* A] *om.* pA

Φ 113 nisi *om.* Φ (-δ) 120 lucet] latet Φ 121 carnis] transiens α δ 123 appareret] apparet Φ 133 propriissime] proprie Φ 146 propriissime] proprie Φ 150 ipsius] orationis Φ 158 a nobis *om.* Φ 162 aliquod] aliquando Φ 166 ens] et *add.* Φ 169 per *om.* Σ inveniantur Φ 177 manifestetur] –festet Φ (-δ) 182 intellectum] –lectu α β qui] quod Φ

115 Cap. 10 (PL 42, 969) ubi loco ' intendimus ' legitur ' volumus ', cf. etiam Albertus *Super Sent. I* d. 27 a. 3 arg. 1. 119 Cap. 11 (PL 42, 1071). 130 *De Trin.* VI c. 12 (PL 196, 976 B). 136 Cap. 10 (PL 42, 1071). 147 grammaticos: e. g. Rob. Kilwardby *Rationes super Priscianum minor.*: ' nota quod verbum dicitur egregia pars orationis tum quia per ipsum maxime affectus nostros significamus tum quia completio orationis est perfecta...quia verbum tantae dignitatis est quod complet orationem et quod in eo intelliguntur aliae partes ' (ms. Urbin. lat. 298, f. 7ra). 186 significativum ad placitum: cf. Boetius *In librum Arist. De interpr. ed. sec.* I (PL 64, 427 A).

eius principium est voluntas sicut et ceterorum artificiatorum, et ideo sicut aliorum artificiatorum praeexistit in mente artificis imago quaedam exterioris artificii, ita in mente proferentis verbum exterius praeexistit quoddam exemplar exterioris verbi. Et ideo sicut in artifice tria consideramus, scilicet finem artificii et exemplar ipsius et ipsum artificium iam productum, ita et in loquente triplex verbum invenitur, scilicet id quod per intellectum concipitur, ad quod significandum verbum exterius profertur, et hoc est verbum cordis sine voce prolatum, iterum exemplar exterioris verbi, et hoc dicitur verbum interius quod habet imaginem vocis, et verbum exterius expressum, quod dicitur verbum vocis; et sicut in artifice praecedit intentio finis et deinde sequitur excogitatio formae artificiati et ultimo artificiatum in esse producitur, ita verbum cordis in loquente est prius verbo quod habet imaginem vocis et postremum est verbum vocis.

Verbum igitur vocis, quia corporaliter explebur, de Deo non potest dici nisi metaphorice, prout scilicet ipsae creaturae a Deo productae verbum eius dicuntur, aut motus ipsarum, in quantum designant intellectum divinum sicut effectus causam. Unde eadem ratione nec verbum quod habet imaginem vocis poterit dici de Deo proprie sed metaphorice tantum, ut sic dicantur verbum Dei ideae rerum faciendarum. Sed verbum cordis, quod nihil est aliud quam id quod actu consideratur per intellectum, proprie de Deo dicitur quia est omnino remotum a materialitate et corporeitate et omni defectu, et huiusmodi proprie dicuntur de Deo, sicut scientia et scitum, intelligere et intellectum.

1. Ad primum ergo dicendum quod, cum verbum interius sit id quod intellectum est nec hoc sit in nobis nisi secundum quod actu intelligimus, verbum interius semper requirit intellectum in actu suo qui est intelligere; ipse autem actus intellectus motus dicitur, non quidem imperfecti, ut describitur in III Physicorum, sed motus perfecti, qui est operatio, ut dicitur in III De anima; et ideo Damascenus dixit verbum interius esse | motum mentis ut *64ᵛᵇ* tamen accipiatur motus pro eo ad quod motus terminatur, idest operatio pro operato, sicut intelligere pro intellecto. Nec hoc requiritur ad rationem verbi quod actus intellectus qui terminatur ad verbum interius fiat cum aliquo discursu, quem videtur cogitatio importare, sed sufficit qualitercumque aliquid actu intelligatur: quia tamen apud nos ut frequentius per discursum interius aliquid dicimus, propter hoc Damascenus et Anselmus diffinientes verbum utuntur cogitatione loco considerationis.

2. Ad secundum dicendum quod argumentum Augustini non procedit a simili sed a minori: minus enim videtur quod in corde os dici debeat quam verbum, et ideo ratio non procedit.

3. Ad tertium dicendum quod medium potest accipi dupliciter: uno modo inter duo extrema motus, sicut pallidum est medium inter album et nigrum in motu denigrationis vel dealbationis; alio modo inter agens et patiens, sicut instrumentum artificis est medium inter ipsum et artificiatum et similiter omne illud quo agit, et hoc modo Filius est medium inter Patrem creantem et creaturam factam per Verbum, non autem inter Deum creantem et creaturam quia ipsum Verbum etiam est Deus creans, unde sicut Verbum non est creatura ita non est Pater. Et tamen etiam praeter hoc ratio non sequeretur: dicimus enim quod Deus creat per sapientiam suam essentialiter dictam, ut sic sapientia sua medium dici possit inter

A 196 id quod...verbum interius] verbum interius *praem.* pA 201 exterius...vocis] vo *praem.* pA 206 et...verbum] et verbo *praem.* pA 216 dicantur *scrips.*] dicatur (*casu non emend.*) A (*cf. nota insequens*) ideae rerum] ars divina continens *praem.* pA 232 et ideo] nec est mirum si et sumitur (sumitur *imp.*) *praem.* pA 247 minus] *idem conf. praem.* pA os (*ex* omnes pA) *em.* A

Φ 195 et] etiam Φ 199 iterum] item Φ 210 productae] et *add.* Φ (-δ) 216 dicantur] dicatur (*induc.* A) Φ 229 actus *om.* Σ 247 os] deus Φ (-γ) 250 medium] moveri α δ^2 254 dealbationis] albedinis Φ 257 medium] medius Σ

198 verbum cordis...interius...vocis: *Glossa ordin.* super I Ioh. 1^{10} [ex August. *De Trin.* XV c. 10 (PL 42, 1071)] ut refert Thomas *Super Sent. I* d. 27 q. 2 a. 1, cf. etiam Albertus *Super Sent. I* d. 27 a. 7. 210 creaturae...dicuntur: cf. Guill. Altiss. *Summa aurea* I c. 8 (f. 19^{rb}), *Summa Alberti* II tr. 1 q. 3 a. 4. 231 *Phys.* III 3 (201 b 31). 232 *De anima* III 12 (431 a 7); cf. supra lin. 8. 243 Anselmus: ut supra lin. 91.

Deum et creaturam, et tamen ipsa sapientia est Deus. Augustinus autem non per hoc probat Verbum non esse creaturam quia est medium sed quia est universalis creaturae causa: in quolibet enim motu fit reductio ad aliquod primum quod non movetur secundum motum illum, sicut alterabilia omnia reducuntur in primum alterans non alteratum; et ita etiam illud in quod reducuntur creata omnia oportet esse non creatum.

4. Ad quartum dicendum quod medium quod accipitur inter terminos motus, aliquando accipitur secundum aequidistantiam terminorum, aliquando autem non. Sed medium quod est inter agens et patiens, si sit quidem medium ut instrumentum, quandoque est propinquius primo agenti, quandoque propinquius ultimo patienti, et quandoque se habet secundum aequidistantiam ad utrumque, sicut patet in agente cuius actio ad patiens pervenit pluribus instrumentis; sed medium quod est forma qua agens agit semper est propinquius agenti quia est in ipso secundum veritatem rei, non autem in patiente nisi secundum sui similitudinem, et hoc modo Verbum dicitur esse medium inter Patrem et creaturam, unde non oportet quod aequaliter distet a Patre et creatura.

5. Ad quintum dicendum quod, quamvis apud nos manifestatio quae est ad alterum non fiat nisi per verbum vocale, tamen manifestatio ad se ipsum fit etiam per verbum cordis, et haec manifestatio aliam praecedit, et ideo etiam verbum interius verbum per prius dicitur. Similiter etiam per Verbum incarnatum Pater omnibus manifestatus est, sed Verbum ab aeterno genitum eum manifestavit sibi ipsi, et ideo non convenit sibi nomen Verbi secundum hoc tantum quod incarnatus est.

6. Ad sextum dicendum quod Verbum incarnatum habet aliquid simile cum verbo vocis et aliquid dissimile: hoc quidem simile est in utroque, ratione cuius unum alteri comparatur, quod sicut vox manifestat verbum interius ita per carnem manifestatum est Verbum aeternum; sed quantum ad hoc est dissimile quod ipsa caro assumpta a Verbo aeterno non dicitur verbum, sed ipsa vox quae assumitur ad manifestationem verbi interioris dicitur verbum. Et ideo verbum vocis est aliud a verbo cordis; sed Verbum incarnatum est idem quod Verbum aeternum sicut et verbum significatum per vocem est idem quod verbum cordis.

7. Ad septimum dicendum quod ratio signi per prius convenit effectui quam causae quando causa est effectui causa essendi non autem significandi, sicut in exemplo proposito accidit; sed quando effectus habet a causa non solum quod sit sed etiam quod significet, tunc sicut causa est prius quam effectus in essendo ita in significando. Et ideo verbum interius per prius habet rationem significationis et manifestationis quam verbum exterius quia verbum exterius non instituitur ad significandum nisi per interius verbum.

8. Ad octavum dicendum quod nomen dicitur ab aliquo imponi dupliciter, aut ex parte imponentis nomen aut ex parte rei cui imponitur: ex parte autem rei nomen dicitur ab illo imponi per quod completur ratio rei quam nomen significat, et hoc est differentia specifica illius rei, et hoc est quod principaliter significatur per nomen; sed quia differentiae essentiales sunt nobis ignotae, quandoque utimur accidentibus vel effectibus loco earum, ut in VIII Metaphysicae dicitur, et secundum hoc nominamus rem; et sic illud quod loco differentiae essentialis sumitur est a quo imponitur nomen ex parte imponentis, sicut lapis imponitur ab effectu | qui est laedere pedem, et hoc non oportet esse principaliter significatum per *65ra*

A 271 primum] *idem conf. praem.* pA 288 secundum veritatem (*litt. imp. add.* pA) rei *in marg.* A] *om.* pA 291 Patrem et creaturam] deum et creatu *praem.* pA 292 creatura] *idem conf. praem.* pA 294 apud nos manifestatio...non fiat nisi per verbum] verbum non ma *praem.* pA 298 verbum per prius] proprie magis *praem.* pA 300 Verbum] per *praem.* pA 301 sibi] s *inc. lin. add.* pA 301 ipsi, et] *idem conf. praem.* pA 303 incarnatus A 304 sextum] vj *sup. lin.* A secundum pA Verbum] hoc quod *praem.* pA 307 ratione cuius] secundum *praem.* pA 315 idem] d *praem.* pA 333 rei *sup. lin.* A] imponentis (*e lapsu dictionis*) pA 338 utimur (*ex* utitur pA) *em.* A

Φ 275 non creatum] increatum Φ 282 propinquius *om.* α δ 295 nisi *om.* α δ 300 sed] per (*induc.* pA) *add.* Φ 315 est] ibi *add.* Σ 320 causa[2]] *om.* β cause α 326 et manifestationis *om.* α δ 331 ab] quod α γ pro δ

340 *Metaph.* VIII 2 (1042 b 25) sec. interpretationem Averrois ibid. comm. 5 (VIII, 213 A). 344 laedere pedem: cf. Isid. *Etymol.* XVI c. 3 (PL 82, 562 B).

nomen sed illud loco cuius hoc ponitur. Similiter dico quod nomen verbi imponitur a verberatione vel a boatu ex parte imponentis, non ex parte rei.

9. Ad nonum dicendum quod quantum ad rationem verbi pertinet non differt utrum aliquid intelligatur per similitudinem vel essentiam: constat enim quod exterius verbum significat omne illud quod intelligi potest, sive per essentiam sive per similitudinem intelligatur. Et ideo omne intellectum, sive per essentiam sive per similitudinem intelligatur, potest verbum interius dici.

10. Ad decimum dicendum quod de his quae dicuntur de Deo et creaturis quaedam sunt quorum res significatae per prius inveniuntur in Deo quam in creaturis quamvis nomina prius fuerint creaturis imposita, et talia proprie dicuntur de Deo, ut bonitas, sapientia, et huiusmodi; quaedam vero sunt nomina quorum res significatae Deo non conveniunt sed aliquid simile illis rebus, et huiusmodi dicuntur metaphorice de Deo, sicut dicimus Deum leonem vel ambulantem. Dico ergo quod verbum in divinis dicitur ad similitudinem nostri verbi ratione impositionis nominis, non propter ordinem rei, unde non oportet quod metaphorice dicatur.

11. Ad undecimum dicendum quod prolatio pertinet ad rationem verbi quantum ad id a quo imponitur nomen ex parte imponentis, non autem ex parte rei. Et ideo, quamvis prolatio dicatur metaphorice in divinis, non sequitur quod verbum metaphorice dicatur, sicut etiam Damascenus dicit quod hoc nomen Deus dicitur ab ' ethin ', quod est ardere, et tamen quamvis ardere dicatur metaphorice de Deo, non tamen hoc nomen Deus.

12. Ad duodecimum dicendum quod Verbum incarnatum comparatur verbo vocis propter quandam similitudinem tantum, ut ex dictis patet, et ideo Verbum incarnatum non potest dici verbum vocis nisi metaphorice; sed Verbum aeternum comparatur verbo cordis secundum veram rationem verbi interioris, et ideo verbum proprie dicitur utrobique.

Articulus secundus

Secundo quaeritur utrum verbum in divinis dicatur essentialiter vel personaliter tantum. Et videtur quod etiam essentialiter possit dici quia nomen verbi a manifestatione imponitur, ut dictum est; sed essentia divina potest se per se ipsam manifestare; ergo ei per se verbum competit, et ita verbum essentialiter dicetur.

2. Praeterea, significatum per nomen est ipsa diffinitio, ut in IV Metaphysicae dicitur; sed verbum, secundum Augustinum in IX De Trinitate, « est notitia cum amore », et secundum Anselmum in Monologion, « dicere summo Spiritui nihil est aliud quam cogitando intueri »; in utraque autem diffinitione nihil ponitur nisi essentialiter dictum; ergo verbum essentialiter dicitur.

3. Praeterea, quicquid dicitur est verbum; sed Pater dicit non solum se ipsum sed etiam Filium et Spiritum Sanctum, ut Anselmus dicit in libro praedicto; ergo verbum tribus personis commune est; ergo essentialiter dicitur.

4. Praeterea, quilibet dicens habet verbum quod dicit, ut Augustinus dicit VII De Trinitate; sed, sicut dicit Anselmus in Monologion, ' sicut Pater est intelligens et Filius intelligens et Spiritus Sanctus intelligens et tamen non

A 350 quantum ad rationem] ad rationem *in fine lin.* (*casu non del.*) *praem.* A, *et delevimus* 363 prius] per *praem.* pA 368 sicut dicimus] d *praem.* pA 369 verbum] secundum hoc *praem.* pA 370 dicitur] quod *add.* pA 371 verbi] *idem conf. praem.* pA 377 non autem] aut *praem.* pA 382 ardere] q *praem.* pA
6 se ipsam] se *conf. praem.* pA 20 Filium] flu *praem.* pA 21 tribus] de *praem.* pA 22 commune est...dicitur] dicitur *praem.* pA 23 habet verbum...ut Augustinus dicit VII De Trinitate; sed, sicut] verbum a se emittit, ut augustinus dicit in vij de trinitate set sicut *praem.* pA

Φ 347 imponitur] *om.* Φ (-δ) est *post* boatu δ 364 bonitas] et *add.* Σ 365 nomina] *om.* Φ (-γ) non γ 391 proprie *om.* Φ
3 tantum *om.* α δ 8 dicetur] dicitur Φ 23 habet] hoc α β est hoc δ

369 leonem vel ambulantem: cf. Os. XIII[8] et Gen. III[8]. 380 *De fide* I c. 9 (PG 94, 836 B; Bt 49) ut refert Thomas *I Pars* q. 13 a. 8 arg. 1.
1 Parall.: *I Pars* q. 34 a. 1; *Super Sent. I* d. 27 q. 2 a. 2 qc. 1; *De pot.* q. 9 a. 9 ad 7. 5 dictum est: supra a. 1. 10 *Metaph.* IV 16 (1012 a 23). 12 Cap. 10 (PL 42, 969). 13 Cap. 63 (PL 158, 208 D). 21 praedicto: hic supra cap. 62 (PL 158, 207 C). 25 Cap. 1 (PL 42, 933); cap. 63 (PL 158, 209 A).

tres intelligentes sed unus intelligens, ita Pater est dicens et Filius est dicens et Spiritus Sanctus est dicens et tamen non sunt tres dicentes sed unus dicens'; ergo cuilibet eorum respondet verbum; sed nihil est commune tribus nisi essentia; ergo verbum essentialiter dicitur in divinis.

5. Praeterea, in intellectu non differt dicere et intelligere; sed verbum in divinis sumitur ad similitudinem verbi quod est in intellectu; ergo nihil aliud est in Deo dicere quam intelligere, ergo et verbum nihil aliud quam intellectum; sed intellectum in divinis essentialiter dicitur; ergo et verbum.

6. Praeterea, verbum divinum, ut Augustinus dicit, est potentia operativa Patris; sed potentia operativa essentialiter dicitur in divinis; ergo et verbum essentialiter dicitur.

7. Praeterea, sicut amor importat emanationem affectus ita verbum emanationem intellectus; sed amor in divinis essentialiter dicitur; ergo et verbum.

8. Praeterea, illud quod potest intelligi in divinis non intellecta distinctione personarum non dicitur personaliter; sed verbum est huiusmodi quia etiam illi qui negant distinctionem personarum ponunt quod Deus dicit se ipsum; ergo verbum non dicitur personaliter in Deo.

IN CONTRARIUM est quod Augustinus dicit in VI De Trinitate quod solus Filius dicitur Verbum, non autem simul Pater et Filius verbum; sed omne quod essentialiter dicitur communiter utrique convenit; ergo verbum non dicitur essentialiter.

2. Praeterea, Ioh. I [1] dicitur « Verbum erat apud Deum »; sed li apud cum sit praepositio transitiva distinctionem importat; ergo Verbum a Deo distinguitur; sed nihil distinguitur in divinis quod dicatur essentialiter; ergo verbum non dicitur essentialiter.

3. Praeterea, omne illud quod in divinis importat relationem personae ad personam dicitur personaliter non essentialiter; sed Verbum est huiusmodi; ergo etc.

4. Praeterea, ad hoc est etiam auctoritas Richardi de Sancto Victore qui ostendit in libro suo De Trinitate solum Filium Verbum dici.

RESPONSIO. Dicendum quod verbum secundum quod in divinis metaphorice dicitur prout ipsa creatura dicitur verbum manifestans Deum, procul dubio ad totam pertinet Trinitatem: nunc autem quaerimus de verbo secundum quod proprie dicitur in divinis. Quaestio autem ista in superficie videtur esse planissima propter hoc quod verbum originem quandam importat secundum quam in divinis personae distinguuntur; sed interius considerata difficilior invenitur eo quod in divinis | invenimus quaedam 65rb quae originem important non secundum rem sed secundum rationem tantum, sicut hoc nomen operatio, quae procul dubio importat aliquid procedens ab operante, et tamen iste processus non est nisi secundum rationem tantum, unde operatio in divinis non personaliter sed essentialiter dicitur, quia in Deo non differt essentia, virtus et operatio; unde non statim fit evidens utrum hoc nomen verbum processum realem importet sicut hoc nomen Filius, vel rationis tantum sicut hoc nomen operatio, et ita utrum personaliter vel essentialiter dicatur.

Unde ad huius notitiam sciendum est quod verbum intellectus nostri, secundum cuius similitudinem loqui possumus de verbo divino, est id ad quod operatio intellectus nostri terminatur, quod est ipsum intellectum, quod dicitur conceptio intellectus, sive sit conceptio significabilis per vocem incomplexam ut accidit quando intellectus format quiditates rerum,

A 50-55 Praeterea...in Deo (*arg. scil.* 8) *in marg. inf.* A] *om.* pA 57 VI] vij *praem.* pA 76-81 Dicendum...in divinis *in marg. inf.* (*sub arg.* 8: *cf. nota ad lin.* 50) *et a linea ducta insertum post* Responsio *et ante* dicendum quod *primo scriptum sed deletum* (*cf. nota ad* Quaestio *lin.* 81); *item, in marg. inf. plumbagine notatur* addendum 79 ad totam pertinet] convenit *imp. praem.* pA 81 Quaestio] dicendum quod *inc. lin. praem.* pA (*cf. supra lin.* 76 *nota*) 81 autem *sup. lin.* A] *om.* pA 86 invenimus] inveni *in fine col.* 65ra *praem.* pA 87 quae...secundum] secundum *praem.* pA 95 processum...rationis] ratione *praem.* pA 96 Filius] fl *praem.* pA 97 rationis] ra *conf. praem.* pA 106 per...sive] sive *imp. praem.* pA

Φ 39 et *om.* Φ 102 divino] deum α domini γ δ2 dei δ1

43 *De div. quaest. 83* q. 63 (PL 40, 54) ut refert Thomas infra a. 5 73. 57 Cap. 2 (PL 42, 925). 63 li apud...importat: cf. Priscianus [*Institut. Grammat.* XIV De praepositione II 15 (ed. Keil, p. 32)] ut refertur in *Summa Alberti* I q. 45 a. 2 arg. 2. 74 VI c. 12 (PL 196, 977 B). 106 incomplexam...complexam: cf. Arist. *Praedic.* cap. 2 (1 a 16).

sive per vocem complexam ut accidit quando intellectus componit et dividit. Omne autem intellectum in nobis est aliquid realiter progrediens ab altero, vel sicut progrediuntur a principiis conceptiones conclusionum, vel sicut conceptiones quiditatum rerum posteriorum ⟨a⟩ quiditatibus priorum, vel saltem sicut conceptio actualis progreditur ab habituali cognitione; et hoc universaliter verum est de omni quod a nobis intelligitur, sive per essentiam intelligatur sive per similitudinem: ipsa enim conceptio est effectus actus intelligendi, unde etiam quando mens intelligit se ipsam, eius conceptio non est ipsa mens sed aliquid expressum a notitia mentis. Ita ergo verbum intellectus in nobis duo habet de sua ratione, scilicet quod est intellectum et quod est ab alio expressum. Si ergo secundum utriusque similitudinem verbum dicatur in divinis, tunc non solum importabitur per nomen verbi processus rationis sed etiam rei, si autem secundum similitudinem alterius tantum, scilicet quod est intellectum, sic hoc nomen verbum in divinis non importabit processum realem sed rationis tantum sicut et hoc nomen intellectum; sed hoc non erit secundum propriam verbi acceptionem quia si aliquid eorum quae sunt de ratione alicuius auferatur iam non erit propria acceptio; unde verbum si proprie accipiatur in divinis non dicitur nisi personaliter, si autem accipiatur communiter poterit etiam dici essentialiter. Sed tamen quia, « nominibus utendum ut plures » secundum Philosophum, usus maxime est aemulandus in significationibus nominum, et quia omnes sancti communiter utuntur nomine verbi prout personaliter dicitur, ideo hoc magis dicendum est quod personaliter dicatur.

1. Ad primum igitur dicendum quod verbum de ratione sui non solum habet manifestationem sed realem processum unius ab alio, et quia essentia non realiter progreditur a se ipsa quamvis manifestet se ipsam, non potest essentia verbum dici nisi ratione identitatis essentiae ad personam sicut etiam dicitur Pater vel Filius.

2. Ad secundum dicendum quod notitia quae ponitur in diffinitione verbi est intelligenda notitia expressa ab alio quae est in nobis notitia actualis: quamvis autem sapientia vel notitia essentialiter dicatur in divinis, tamen sapientia genita non dicitur nisi personaliter. Similiter etiam quod Anselmus dicit quod « dicere est cogitando intueri » est intelligendum si proprie dicere accipiatur de intuitu cogitationis secundum quod per ipsum aliquid progreditur, scilicet cogitatum ipsum.

3. Ad tertium dicendum quod conceptio intellectus est media inter intellectum et rem intellectam quia ea mediante operatio intellectus pertingit ad rem: et ideo conceptio intellectus non solum est id quod intellectum est sed etiam id quo res intelligitur, ut sic id quod intelligitur possit dici et res ipsa et conceptio intellectus; et similiter id quod dicitur potest dici et res quae dicitur per verbum et verbum ipsum, ut etiam in verbo exteriori patet quia et ipsum nomen dicitur et res significata per nomen dicitur ipso nomine. Dico igitur quod Pater dicitur non sicut verbum sed sicut res dicta per verbum, et similiter Spiritus Sanctus quia Filius manifestat totam Trinitatem, unde Pater dicit Verbo uno suo omnes tres personas.

4. Ad quartum dicendum quod in hoc videtur contrariari Anselmus sibi ipsi: dicit enim quod verbum non dicitur nisi personaliter et convenit soli Filio sed dicere convenit tribus personis; dicere autem nihil est aliud quam ex se emittere verbum. Similiter etiam verbo Anselmi contrariatur verbum Augustini in VII De Trinitate ubi dicit quod non singulus in Trinitate est dicens sed Pater Verbo suo: unde sicut verbum proprie dictum non dicitur nisi

A 111 progrediuntur...conclusionum] conclusiones *praem.* pA 113 ⟨a⟩ *suppl. cum* Φ] *trans. ad lin. om.* A 117 per essentiam] de eo quod *praem.* pA 118 ipsa enim (*e* Sicut enim ipsa pA) *em.* A 171 dici] *idem in fine lin. praem.* pA 174 ipsum] et verbum ipsum *praem.* pA 176 igitur] g *add.* pA 180 omnes] omnia *praem.* pA 182 contrariari] esse *praem.* pA

Φ 108 ut] quod Φ 113 ⟨a⟩ *suppl.* Φ 140 utendum] est *add.* Φ 149 essentia] essentialiter Φ (-δ) 150 manifestet] –festat Φ 188 singulus] singulis (*potius* α γ) Σ

141 *Topic.* II c. 2 (110 a 16) ut refert Thomas infra q. 17 a. 1. 188 Cap. 1 (PL 42, 933).

personaliter in divinis et convenit soli Filio, ita et dicere et soli Patri convenit. Sed Anselmus accepit dicere communiter pro intelligere et verbum proprie, et potuisset facere e converso si ei placuisset.

5. Ad quintum dicendum quod in nobis dicere non solum significat intelligere sed intelligere cum hoc quod est ex se exprimere aliquam conceptionem, nec aliter possumus intelligere nisi huiusmodi conceptionem exprimendo, et ideo omne intelligere in nobis proprie loquendo est dicere. Sed Deus potest intelligere | sine hoc quod aliquid ex ipso procedat *65va* secundum rem quia in eo idem est intelligens et intellectum et intelligere, quod in nobis non accidit, et ideo non omne intelligere in Deo proprie loquendo dicitur dicere.

6. Ad sextum dicendum quod sicut verbum non dicitur notitia Patris nisi notitia genita ex Patre, ita et dicitur et virtus operativa Patris quia est virtus procedens a Patre virtute, virtus autem procedens personaliter dicitur et similiter potentia operativa procedens a Patre.

7. Ad septimum dicendum quod dupliciter aliquid potest procedere ab altero, uno modo sicut actio ab agente vel operatio ab operante, alio sicut operatum ab operante: processus ergo operationis ab operante non distinguit rem per se existentem ab alia re per se existente sed distinguit perfectionem a perfecto quia operatio est perfectio operantis, sed processus operati distinguit unam rem ab alia; in divinis autem non potest esse secundum rem distinctio perfectionis a perfectibili, inveniuntur tamen in Deo res ab invicem distinctae, scilicet tres personae; et ideo processus qui significatur in divinis ut operationis ab operante non est nisi rationis tantum, sed processus qui significatur ut rei a principio potest in Deo realiter inveniri. Haec autem est differentia inter intellectum et voluntatem quod operatio voluntatis terminatur ad res, in quibus est bonum et malum, sed operatio intellectus terminatur in mente, in qua est verum et falsum, ut dicitur in VI Metaphysicae; et ideo voluntas non habet aliquid progrediens a se ipsa quod in ea sit nisi per modum operationis, sed intellectus habet in se ipso aliquid progrediens ab eo non solum per modum operationis sed etiam per modum rei operatae; et ideo verbum significatur ut res procedens sed amor ut operatio procedens; unde amor non ita se habet ad hoc ut dicatur personaliter sicut verbum.

8. Ad octavum dicendum quod non intellecta distinctione personarum non proprie Deus dicet se ipsum, nec proprie hoc a quibusdam intelligitur qui distinctionem personarum in Deo non ponunt.

1. Ad ea vero quae in contrarium obiciuntur posset de facili responderi si quis vellet contrarium sustinere. Ad hoc enim quod obicit de verbis Augustini posset dici quod Augustinus accipit verbum secundum quod importat realem originem.

2. Ad secundum posset dici quod, etsi haec praepositio apud importet distinctionem, haec tamen distinctio non importatur in nomine verbi: unde ex hoc quod Verbum dicitur esse apud Patrem non potest concludi quod verbum personaliter dicatur, quia etiam dicitur Deus de Deo et Deus apud Deum.

3. Ad tertium potest dici quod relatio illa est rationis tantum.

4. Ad quartum sicut ad primum.

A 191 et...ita et dicere] ita dicere *praem.* pA 219 operante *em.* A] *conf.* pA 227 personae *em.* A] *conf.* pA 236 et ideo] *signum novae paragraphi imp. praem.* pA 252 sustinere] sbi *conf. et imp. praem.* pA

Φ 193 accepit] accipit Φ 218 alio] modo *add.* Φ (-γ) 220 re *om.* Φ 232 quod] quia Φ 247 dicet] *om.* α β dicit γ δ 252 enim] vero Φ obicit] obicitur Φ 257 apud *om.* Φ 263 potest] posset Φ 264 rationis] nominis α β δ^2 communis δ^1 265 quartum] dicendum *add.* Φ

236 *Metaph.* VI 4 (1027 b 25).

Articulus tertius

Tertio quaeritur utrum verbum Spiritui Sancto conveniat. Et videtur quod sic: sicut enim dicit Basilius in III Sermone de Spiritu Sancto: « Sicut Filius se habet ad Patrem, eodem modo Spiritus se habet ad Filium, et propter hoc Dei quidem verbum Filius, verbum autem Filii Spiritus »; ergo Spiritus Sanctus dicitur verbum.

2. Praeterea, Hebr. 1[3] dicitur de Filio « Cum sit splendor gloriae et figura substantiae eius portansque omnia verbo virtutis suae »: ergo Filius habet verbum a se procedens quo omnia portantur; sed in divinis non procedit a Filio nisi Spiritus Sanctus; ergo Spiritus Sanctus dicitur verbum.

3. Praeterea, verbum, ut dicit Augustinus IX De Trinitate, « est notitia cum amore »; sed sicut notitia appropriatur Filio ita amor Spiritui Sancto; ergo sicut verbum convenit Filio ita et Spiritui Sancto.

4. Praeterea, Hebr. 1[3] super illud « Portans omnia verbo virtutis suae », dicit glosa quod verbum accipitur ibi pro « imperio »; sed imperium ponitur inter signa voluntatis; cum ergo Spiritus Sanctus per modum voluntatis procedat videtur quod verbum possit dici.

5. Praeterea, verbum de sui ratione manifestationem importat; sed sicut Filius manifestat Patrem ita Spiritus Sanctus manifestat Patrem et Filium, unde dicitur Ioh. XVI [13] quod Spiritus Sanctus « docet omnem veritatem »; ergo Spiritus Sanctus debet dici verbum.

SED CONTRA est quod Augustinus dicit VI De Trinitate quod « Filius eo dicitur verbum quo Filius »; sed Filius dicitur Filius eo quod genitus; ergo et verbum dicitur eo quod est genitus; sed Spiritus Sanctus non est genitus; ergo non est verbum.

RESPONSIO. Dicendum quod usus horum nominum, scilicet verbum et imago, aliter est apud nos et sanctos nostros et aliter apud antiquos doctores graecorum: illi enim usi sunt nomine verbi et imaginis pro omni eo quod in divinis procedit, unde indifferenter Spiritum Sanctum et Filium verbum et imaginem appellabant; sed nos et sancti nostri in usu nominum horum aemulamur consuetudinem canonicae Scripturae, quae aut vix aut numquam verbum aut imaginem ponit nisi pro Filio. Et de imagine quidem ad praesentem quaestionem non pertinet, sed de verbo satis rationabilis usus noster apparet. Verbum enim manifestationem quandam importat. Manifestatio autem per se non invenitur nisi in intellectu: si enim aliquid quod est extra intellectum manifestare dicatur, hoc non est nisi secundum quod ex ipso aliquid in intellectu relinquitur; proximum ergo manifestans est in intellectu, sed remotum potest esse etiam extra eum. Et ideo nomen verbi proprie dicitur | de eo quod procedit ab intellectu, quod vero ab intellectu non procedit non potest dici verbum nisi metaphorice, in quantum scilicet est aliquo modo manifestans. Dico ergo quod in divinis solus Filius procedit per viam intellectus, quia procedit ab uno: Spiritus enim Sanctus, qui procedit a duobus, procedit per viam voluntatis, et ideo Spiritus Sanctus non potest dici verbum nisi metaphorice secundum quod omne manifestans verbum di- 65vb

A 4 Sancto] contra *add.* pA 9 Cum...portansque] porta *praem.* pA 15 verbum] filii *add.* pA 17 IX De Trinitate, « est] est *praem.* pA 19 ergo] Set *praem.* pA 34 VI A] *legend.* VII 53 Verbum enim] nomen enim *praem.* pA 58 in intellectu] int *praem.* pA 61 proprie] non *praem.* pA 70 omne] illud (*primo deletum*) quo *et litt. imp. add.* pA

Φ 6 Dei] dicitur Φ 9 1] ii Φ 11 suae *om.* Φ (-δ) 24 ponitur] accipitur Φ 25 procedat] procedit Φ 30 unde] ut Φ 34 VI] xvi Φ 46 appellabant] appellant Φ 49 quae] quia Φ (-δ) 51 quidem] quantum Φ (-δ) 52 usus] *om.* β *post* noster α γ

1 Parall.: *I Pars* q. 34 a. 2 ad 5; *Super Sent. I* d. 27 q. 2 a. 2 qc. 2; *Super Hebr.* cap. 1 lect. 2; *Contra err. Graec.* pars prior cap. 12; *De pot.* q. 9 a. 9 ad 8. 4 *Adversus Eunomium* V (PG 29, 732 A) ex libello *De fide S. Trinitatis* § 58 ut refert Thomas *Contra err. Graec.* pars prior cap. 12, cf. Praef. ibid. § 58 a. 17 Cap. 10 (PL 42, 969). 22 *Glossa interlin.* et *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 192, 406 B). 24 signa voluntatis: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* I d. 45 c. 6. 35 Rectius VII c. 2 (PL 42, 936). 42 apud nos: e. g. Richardus a S. Victore *De Trin.* VI c. 11 et 19 (PL 196, 975 et 983) ut refert Thomas *Contra err. Graec.* pars prior cap. 10, *Summa fr. Alexandri* I pars n. 418 (p. 609), Albertus *Super Sent. I* d. 28 a. 9; sanctos nostros: e. g. August. *De Trin.* VI c. 2 (PL 42, 925) ut refert Thomas *Contra err. Graec.* pars prior cap. 10, Hilarius *De Trin.* II c. 1 (PL 10, 51). 43 doctores graecorum: Basilius, Gregorius Caesariensis, Athanasius et Cyrillus Alex. ut refert Thomas *Contra err. Graec.* pars prior cap. 10 et pars altera cap. 5.

citur, et hoc modo exponenda est auctoritas Basilii.

1. Et sic patet responsio ad primum.

2. Ad secundum dicendum quod verbum secundum Basilium accipitur ibi pro Spiritu Sancto, et sic dicendum sicut ad primum. Vel potest dici secundum glosam quod accipitur pro imperio Filii, quod metaphorice dicitur verbum quia verbo consuevimus imperare.

3. Ad tertium dicendum quod notitia est de ratione verbi quasi importans essentiam verbi; sed amor est de ratione verbi non quasi pertinens ad essentiam eius sed quasi concomitans ipsum ut ipsa auctoritas inducta ostendit; et ideo non potest concludi quod Spiritus Sanctus sit verbum sed quod procedat ex Verbo.

4. Ad quartum dicendum quod verbum manifestat non solum quod est in intellectu sed etiam quod est in voluntate secundum quod ipsa voluntas est etiam intellecta, et ideo impe-
rium, quamvis sit signum voluntatis, tamen potest dici verbum et ad intellectum pertinet.

5. Ad quintum patet solutio ex dictis.

Articulus quartus

Quarto quaeritur utrum Pater dicat creaturam Verbo quo dicit se. Et videtur quod non quia cum dicimus 'Pater dicit se' non significatur ibi nisi dicens et dictum, et ex utraque parte significatur Pater tantum: cum ergo Pater non producat ex se Verbum nisi secundum quod dicit se, videtur quod Verbo quod ex Patre procedit non dicatur creatura.

2. Praeterea, verbum quo unumquodque dicitur est similitudo illius; sed Verbum non potest dici similitudo creaturae, ut Anselmus probat in Monologion, quia vel Verbum perfecte conveniret cum creaturis et sic esset mutabile sicut et creaturae et periret in eo summa immutabilitas, vel non summe conveniret et sic non esset in eo summa veritas quia similitudo tanto verior est quanto magis convenit cum eo cuius est similitudo; ergo Filius non est verbum quo creatura dicatur.

3. Praeterea, verbum creaturarum in Deo dicitur hoc modo sicut verbum artificiatorum in artifice; sed verbum artificiatorum in artifice non est nisi dispositio de artificiatis; ergo et verbum creaturarum in Deo non est nisi dispositio de creaturis; sed dispositio de creaturis in Deo essentialiter dicitur et non personaliter; ergo verbum quo creaturae dicuntur non est Verbum quod personaliter dicitur.

4. Praeterea, verbum omne ad id quod per verbum dicitur habet habitudinem vel exemplaris vel imaginis, exemplaris quidem quando verbum est causa rei, sicut accidit in intellectu practico, imaginis autem quando causatur a re, sicut accidit in nostro intellectu speculativo; sed in Deo non potest esse verbum creaturae quod sit creaturae imago; ergo oportet quod verbum creaturae in Deo sit creaturae exemplar; sed exemplar creaturae in Deo est idea; ergo verbum creaturae in Deo nihil est aliud quam idea; idea autem non dicitur in divinis personaliter sed essentialiter; ergo Verbum personaliter dictum in divinis quo Pater dicit se ipsum, non est verbum quo dicuntur creaturae.

5. Praeterea, magis distat creatura a Deo quam ab aliqua alia creatura; sed diversarum creaturarum sunt plures ideae in Deo; ergo et non est idem verbum quo Pater se et creaturam dicit.

6. Praeterea, secundum Augustinum, eo dicitur Verbum quo Imago; sed Filius non

A 79 verbo...imperare] per imper *praem.* pA
4 dicens] di *praem.* pA 5 et ex] set *praem.* pA 29 personaliter *em.* A] *conf.* pA 30 verbum] est quod alicui *add.* pA 38 verbum...in] i *praem.* pA

Φ 77 accipitur] accipit α β 83 concomitans] comitans (*seu* comicans) Φ
2 Verbo quo dicit se] *om.* α δ verbo quod dicit β verbo quod γ 8 Verbo] verbum Φ 14 conveniret *om.* α β esset] esse α β 20 dicatur] dicitur Φ 24 nisi *om.* Φ (-δ) 30 omne] cause α commune δ 31 habitudinem] similitudinem γ δ 36 creaturae *om.* α δ 45 distat creatura] distant creature Φ (-δ) differunt creature δ 47 et *om.* Φ

75 Cf. supra lin. 4. 77 Cf. supra lin. 22.
1 Parall.: *Super Sent. I* d. 27 q. 2 a. 3; *I Pars* q. 34 a. 3; *Quodlib.* IV q. 4 a. 1. 13 Cap. 31 (PL 158, 184 B). 50 *De Trin.* VI c. 2 (PL 42, 925).

est imago creaturae sed solius Patris; ergo Filius non est verbum creaturae.

7. Praeterea, omne verbum procedit ab eo cuius est verbum; sed Filius non procedit a creatura; ergo non est verbum quo creatura dicatur.

SED CONTRA, Anselmus dicit quod Pater dicendo se dixit omnem creaturam; sed Verbum quo se dixit est Filius; ergo Verbo quod est Filius dicit omnem creaturam.

2. Praeterea, Augustinus sic exponit ' Dixit, et factum est ': id est Verbum genuit in quo erat ut fieret; ergo Verbo quod est Filius dixit omnem creaturam.

3. Praeterea, eadem est conversio artificis ad artem et ad artificiatum; sed ipse Deus est ars aeterna a qua creaturae producuntur sicut artificiata quaedam; ergo Pater eadem conversione convertitur ad se et ad omnes creaturas, et sic dicendo se dicit omnes creaturas.

4. Praeterea, omne posterius reducitur ad id quod est primum in aliquo genere sicut ad causam; sed creaturae dicuntur a Deo; ergo reducuntur ad primum quod a Deo dicitur; sed ipse primo se ipsum dicit; ergo per hoc quod dicit se dicit omnes creaturas.

66ra RESPONSIO. Dicendum quod Filius procedit a Patre et per modum naturae in quantum procedit ut Filius, et per modum intellectus in quantum procedit ut Verbum. Uterque autem processionis modus apud nos invenitur, quamvis non quantum ad idem: nihil enim est apud nos quod per modum intellectus et naturae ex alio procedat quia intelligere et esse non est idem apud nos sicut apud Deum. Uterque autem modus processionis habet similem differentiam secundum quod in nobis et in Deo invenitur: filius enim hominis qui a patre homine per viam naturae procedit, non habet in se totam substantiam patris sed partem substantiae eius recipit; Filius autem Dei in quantum per viam naturae procedit a Patre, totam in se naturam Patris recipit ut sic sint naturae unius numero Filius et Pater. Et similis differentia invenitur in processu qui est per viam intellectus. Verbum enim quod in nobis exprimitur per actualem considerationem quasi exortum ex aliqua priorum consideratione vel saltem cognitione habituali, non totum in se recipit quod est in eo a quo oritur: non enim quicquid habituali cognitione tenemus, hoc totum exprimit intellectus in unius verbi conceptione sed aliquid eius; similiter in consideratione unius conclusionis non exprimitur omne id quod erat virtutis in principiis. Sed in Deo ad hoc quod verbum eius perfectum sit oportet quod verbum eius exprimat quicquid continetur in eo ex quo exoritur, et praecipue cum Deus omnia uno intuitu videat non divisim: sic igitur oportet quod quicquid in scientia Patris continetur, totum hoc per unum ipsius verbum exprimatur et hoc modo quo in scientia continetur ut sit verbum verum suo principio correspondens; per scientiam autem suam Pater scit se et cognoscendo se omnia alia cognoscit; unde et verbum ipsius exprimit ipsum Patrem principaliter et consequenter omnia alia quae cognoscit Pater cognoscendo se ipsum, et sic Filius ex hoc ipso quod est verbum perfecte exprimens Patrem exprimit omnem creaturam; et hic ordo ostenditur in verbis Anselmi qui dicit quod dicendo se dixit omnem creaturam.

1. Ad primum igitur dicendum quod cum dicitur ' Pater dicit se ' in hac dictione includitur etiam omnis creatura, in quantum scilicet Pater scientia sua continet omnem creaturam velut exemplar creaturae totius.

2. Ad secundum dicendum quod Anselmus

A 52 Filius] verbum p *praem.* pA 56 ergo non] set non *praem.* pA 60 Verbo] filio *praem.* pA 67 et ad] a *praem.* pA 70 creaturas] *idem conf. praem.* pA 73 primum (*e* prius pA) *em.* A 76 quod...creaturas *in appendice col.* 65^{vb} 79 et *sup. lin.* A] *om.* pA 86 nos sicut apud *in marg.* A] *om.* pA 115 per scientiam (*e* prescientiam pA) *em.* A 117 unde *em.* A] *conf.* pA

Φ 52 sed solius Patris *om.* α δ 71 sic] ita Φ 92 Dei] deus Φ (-δ) 94 sic] *om.* Σ *post* unius β 95 numero] omnino α δ *post* ut^{94} β 95 similis] similiter Φ 99 priorum] principiorum Φ 103 totum *om.* Φ 106 omne *om.* α δ id] illud Φ 109 exoritur] oritur Φ 115-117 autem...unde (*ex linea integra* A) *om.* Φ

58 *Monol.* cap. 33 (PL 158, 188 C). 62 *De Gen. ad litt.* II c. 6 (PL 34, 268) ut refert Thomas *Quodlib.* IV q. 4 a. 1 sed c. et *Super Sent. I* d. 27 q. 2 a. 3 arg. 1.

accipit stricte nomen similitudinis, sicut et Dionysius in IX cap. De divinis nominibus ubi dicit quod in aeque ordinatis ad invicem recipimus similitudinis reciprocationem, ut scilicet unum dicatur alteri simile et e converso; sed in his quae se habent per modum causae et causati non invenitur proprie loquendo reciprocatio similitudinis: dicimus enim quod imago Herculis similatur Herculi sed non e converso; unde quia Verbum divinum non est factum ad imitationem creaturae ut verbum nostrum sed potius e converso, ideo Anselmus vult quod Verbum non sit similitudo creaturae sed e converso. Si autem largo modo similitudinem accipiamus, sic possumus dicere quod Verbum est similitudo creaturae, non quasi imago eius sed sicut exemplar, sicut etiam Augustinus dicit ideas esse rerum similitudines: nec tamen sequitur quod in Verbo non sit summa veritas quia est immutabile creaturis existentibus mutabilibus, quia non exigitur ad veritatem verbi similitudo ad rem quae per verbum dicitur secundum conformitatem naturae sed secundum repraesentationem, ut in quaestione De scientia Dei dictum est.

3. Ad tertium dicendum quod dispositio creaturarum non dicitur verbum proprie loquendo nisi secundum quod est ab altero progrediens, quae est dispositio genita, et dicitur personaliter sicut et sapientia genita quamvis dispositio simpliciter sumpta essentialiter dicatur.

4. Ad quartum dicendum quod verbum differt ab idea: idea enim nominat formam exemplarem absolute, sed verbum creaturae in Deo nominat formam exemplarem ab alio deductam, et ideo idea in Deo ad essentiam pertinet sed verbum ad personam.

5. Ad quintum dicendum quod, quamvis Deus maxime distet a creatura considerata proprietate naturae, tamen Deus est creaturae exemplar, non autem una creatura est exemplar alterius: et ideo ⟨per⟩ Verbum quo exprimitur Deus exprimitur omnis creatura, non autem idea qua exprimitur una creatura exprimitur alia. Ex quo etiam apparet alia differentia inter verbum et ideam, quia idea directe respicit creaturam et ideo plurium creaturarum sunt plures ideae, sed Verbum respicit directe Deum, qui primo per Verbum exprimitur, et ex consequenti creaturas: et quia creaturae secundum quod in Deo sunt unum sunt, ideo creaturarum omnium est unum verbum.

6. Ad sextum dicendum quod, cum dicit Augustinus quod Filius 'eo dicitur Verbum quo Imago', intelligit quantum ad proprietatem personalem Filii, quae est eadem secundum rem sive secundum eam dicatur Filius sive Verbum sive Imago; sed quantum ad modum significandi non est eadem ratio trium nominum praedictorum: | verbum enim non solum importat rationem originis et imitationis sed etiam manifestationis, et hoc modo Verbum est aliquo modo creaturae, in quantum scilicet per Verbum creatura manifestatur. *66rb*

7. Ad septimum dicendum quod verbum est alicuius multipliciter: uno modo ut dicentis et sic procedit ab eo cuius est verbum; alio modo ut manifestati per verbum et sic non oportet quod procedat ab eo cuius est nisi quando scientia ex qua procedit verbum est causata a rebus, quod in Deo non accidit, et ideo ratio non sequitur.

A 132 Dionysius *em.* A] idionysius pA 136 per modum *rep.* A, *et alterum delevimus* 152 similitudo *hic* A] *post* ad rem pA (*cf. nota insequens*) 152 ad rem] conformitas *praem.* pA 173 non...et ideo] et ideo *praem.* pA 174 ⟨per⟩ *suppl.*] *om.* A 175 exprimitur *scrips.*] exprimitum (*seu* exprimiter *?*) A 180 ideae (*ex* ydeee pA) *em.* A Deum *sup. lin.* A] patrem pA 191 nominum] mo *praem.* pA 193 originis *em.* A] *conf.* pA 194 et...in quantum] secundum q *praem.* pA Verbum] filius *praem.* pA

Φ 132 IX] 93 α 92 β γ 2 δ 147 sicut] quasi Φ 159 quae est] quecumque (*seu* queque) β γ sed α δ 171 distet] distat Φ (-γ) 174 ⟨per⟩ Verbum] verbum (*induc.* A) Φ (-δ^1) verbo δ^1 182 creaturas] creature Φ 195 modo *om.* α β 202 verbum *om.* Φ

132 § 6 (PG 3, 913 C; Dion. 469). 148 *De div. quaest. 83* q. 46 (PL 40, 30) ut refert Thomas supra q. 3 a. 1 160. 155 Art. 13 ad 1.

Articulus quintus

Quinto quaeritur utrum hoc nomen Verbum importet respectum ad creaturam. Et videtur quod non: omne enim nomen quod importat respectum ad creaturam dicitur de Deo ex tempore, ut Creator et Dominus; sed Verbum de Deo ab aeterno dicitur; ergo non importat respectum ad creaturam.

2. Praeterea, omne relativum vel est relativum secundum esse vel secundum dici; sed Verbum non refertur ad creaturam secundum esse quia sic dependeret a creatura, nec iterum secundum dici quia oporteret quod in aliquo casu ad creaturam referretur, quod non invenitur: maxime enim videretur referri per genitivum casum ut diceretur Verbum est creaturae, quod Anselmus in Monologion negat; ergo Verbum non importat respectum ad creaturam.

3. Praeterea, omne nomen importans respectum ad creaturam non potest intelligi non intellecto quod creatura sit actu vel potentia, quia qui intelligit unum relativorum oportet quod intelligat et reliquum; sed non intellecto aliquam creaturam esse vel futuram esse, adhuc Verbum in Deo intelligitur secundum quod Pater dicit se ipsum; ergo Verbum non importat aliquem respectum ad creaturam.

4. Praeterea, respectus Dei ad creaturam non potest esse nisi sicut causae ad effectum; sed, sicut habetur ex dictis Dionysii II cap. De divinis nominibus, omne nomen connotans effectum in creatura commune est toti Trinitati; Verbum autem non est huiusmodi; ergo non importat respectum aliquem ad creaturam.

5. Praeterea, Deus non intelligitur referri ad creaturam nisi per sapientiam, potentiam et bonitatem; sed omnia ista non dicuntur de Verbo nisi per appropriationem; cum ergo Verbum non sit appropriatum sed proprium, videtur quod Verbum non importet respectum ad creaturam.

6. Praeterea, homo quamvis sit dispositor rerum, non tamen in hominis nomine importatur respectus ad res dispositas: ergo quamvis per Verbum omnia disponantur, non tamen nomen Verbi respectum ad creaturas dispositas importabit.

7. Praeterea, verbum relative dicitur sicut et filius; sed tota relatio filii terminatur ad patrem: non est enim filius nisi patris; ergo similiter tota relatio verbi; ergo Verbum non importat respectum ad creaturam.

8. Praeterea, secundum Philosophum in V Metaphysicae, omne relativum dicitur ad unum tantum, alias relativum haberet duo esse cum esse relativi sit ad aliud se habere; sed Verbum relative dicitur ad Patrem; non ergo relative dicitur ad creaturas.

9. Praeterea, si unum nomen imponatur diversis secundum speciem, aequivoce eis conveniet, sicut canis latrabili et marino; sed suppositio et superpositio sunt diversae species relationis; si ergo unum nomen importet utramque relationem, oportebit nomen illud esse aequivocum; sed relatio Verbi ad creaturam non est nisi superpositionis, relatio autem Verbi ad Patrem est quasi suppositionis, non propter inaequalitatem dignitatis sed propter principii auctoritatem; ergo Verbum quod importat relationem ad Patrem non importat relationem ad creaturam nisi aequivoce sumatur.

SED CONTRA est quod Augustinus dicit in libro LXXXIII Quaestionum sic dicens « In

A 22 quia...sed] set *praem.* pA 37 omnia] *litt. imp. praem.* pA 46 respectum] relatio *imp. praem.* pA 60 conveniet] *idem* (*seu* conveniat *?*) *praem.* pA 66 relatio] *idem conf. et imp. praem.* pA

Φ 4 respectum] relativum α relationem β relationem vel *praem.* γ 12 oporteret] oportet α β 14 videretur] inveniretur Φ (-δ) invenitur δ 15 diceretur] dicitur Φ 23 et *om.* Φ 57 relative[2] dicitur *om.* α δ 58 creaturas] creaturam Φ 63 importet] –tat Φ

1 Parall.: *Super Sent. I* d. 27 q. 2 a. 3; *I Pars* q. 34 a. 3; *Quodlib.* IV q. 4 a. 1. 3 omne...Dominus: August. *De Trin.* V c. 16 (PL 42, 922) ut refert Thomas *I Pars* q. 13 a. 7 sed c. 8 relativum...dici: cf. *I Pars* q. 13 a. 7 ad 1 et *De pot.* q. 7 a. 10 ad 11. 14 per genitivum casum: cf. Boetius *In Categor. Arist.* II De relativis (PL 64, 217 C). 16 Cap. 33 (PL 158, 188 B). 22 qui intelligit...reliquum: Arist. ut supra q. 2 a. 3 162 in nota. 31 § 3 (PG 3, 640 B; Dion. 71), cf. Thomas *Super Dion. De div. nom.* cap. 2 lect. 1. 54 *Metaph.* V 17 (1021 a 31). 61 canis...marino: Boetius ut supra q. 2 a. 11 65 in nota; suppositio et superpositio: cf. Lambertus Altiss. *Summulae logicales* De praedicamentis: ' relativorum autem tres sunt species...alia sunt superpositionis...alia sunt secundum suppositionem ' (ms. Paris B. N. lat. 16617, f. 84[r]). 73 Quaestio 63 (PL 40, 54).

principio erat Verbum, quod graece logos dicitur latine rationem et verbum significat; sed hoc loco melius verbum interpretamur ut significetur non solum ad Patrem respectus sed ad illa etiam quae per Verbum facta sunt operativa potentia ». Ex quo patet propositum.

2. Praeterea, super illud Psal. « Semel locutus est Deus » dicit glosa « Semel id est Verbum aeternaliter genuit in quo omnia disposuit »; sed dispositio dicit respectum ad disposita; ergo Verbum relative dicitur ad creaturas.

3. Praeterea, verbum omne importat respectum ad id quod per verbum dicitur; sed, sicut dicit Anselmus, Deus dicendo se dixit omnem creaturam; ergo Verbum importat respectum non solum ad Patrem sed ad creaturam.

4. Praeterea, Filius ex hoc quod est Filius perfecte repraesentat Patrem secundum id quod est ei intrinsecum, sed Verbum ex suo nomine addit manifestationem; non potest autem esse alia manifestatio nisi sicut manifestatur Pater per creaturas, quae est quasi manifestatio ad exterius; ergo Verbum importat respectum ad creaturam.

5. Praeterea, Dionysius dicit VII cap. De divinis nominibus quod « Deus laudatur Ratio » vel Verbum « quia est sapientiae et rationis largitor », et sic patet quod Verbum de Deo dictum importat rationem causae; sed causa dicitur ad effectum; ergo Verbum importat respectum ad creaturas.

6. Praeterea, intellectus practicus refertur ad ea quae operata sunt per ipsum; sed Verbum divinum | est verbum intellectus practici quia *66va* est operativum verbum, ut Damascenus dicit; ergo Verbum dicit respectum ad creaturam.

RESPONSIO. Dicendum quod quandocumque aliqua duo sic se habent ad invicem quod unum dependet ad alterum sed non e converso, in eo quod dependet ab altero est realis relatio, sed in eo ad quod dependet non est relatio nisi rationis tantum, prout scilicet non potest intelligi aliquid referri ad alterum quin cointelligatur etiam respectus oppositus ex parte alterius, ut patet in scientia quae dependet ad scibile sed non e converso: unde cum creaturae omnes a Deo dependeant sed non e converso, in creaturis sunt relationes reales quibus referuntur ad Deum, sed in Deo sunt relationes oppositae secundum rationem tantum. Et quia nomina sunt signa intellectuum, inde est quod aliqua nomina de Deo dicuntur quae important respectum ad creaturam, cum tamen ille respectus sit rationis tantum, ut dictum est: relationes enim reales in Deo sunt illae tantummodo quibus personae ab invicem distinguuntur.

In relativis autem invenimus quod quaedam nomina imponuntur ad significandum respectus ipsos, sicut hoc nomen similitudo, quaedam vero ad significandum aliquid ad quod sequitur respectus, sicut hoc nomen scientia imponitur ad significandum qualitatem quandam quam sequitur quidam respectus. Et hanc diversitatem invenimus in nominibus relativis de Deo dictis, et quae ab aeterno et quae ex tempore de Deo dicuntur: hoc enim nomen Pater quod ab aeterno de Deo dicitur et similiter hoc nomen Dominus quod dicitur de eo ex tempore, imponuntur ad significandum ipsos respectus; sed hoc nomen Creator quod de Deo ex tempore dicitur imponitur ad significandum actionem divinam quam consequitur respectus quidam. Similiter etiam hoc nomen

A 76 loco] lo *conf. praem.* pA 78 operativa potentia] sed operativa *add.* pA 81 id est...disposuit] id est eternaliter locutus est deus. id est disposuit omnia *e glosa ordin. praem.* pA 94 nomine *em.* A] *conf.* pA 96 sicut manifestatur...creaturas] secundum quod manifestantur creature *praem.* pA 99 creaturam] *idem conf. praem.* pA 124 relationes...rationem] rationes *et litt. imp. praem.* pA 125 oppositae secundum] s *imp. praem.* pA 133 relativis *in marg.* A] utrisque pA autem] relationibus (*casu non del.*) *add.* A, *et delevimus* (*cf. nota superior*) 135 sicut...quaedam vero ad significandum aliquid ad quod] quedam vero ad significandum aliquid ad quod *praem.* pA 140 nominibus] nu *praem.* pA 144 et similiter] est *praem.* pA

Φ 96 Pater *om.* α δ 100 Praeterea] sicut *add.* Φ 101 quod *om.* Φ 121 sed] et Φ 131 ab] ad Φ 133 autem] relationibus (*induc.* A) *add.* α β pγ δ^2 nominibus *add.* sγ δ^1 145 eo] deo Φ

80 Ps. LXI[12]. 81 *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 191, 568 C). 88 *Monol.* cap. 33 (PL 158, 188 C). 101 § 4 (PG 3, 872 C) sec. transl. Sarraceni (Dion. 408). 110 *De fide* I c. 7 (PG 94, 805 A; Bt 26). 126 nomina...intellectuum: Arist. ut supra q. 2 a. 1 216. 129 dictum est: supra q. 2 a. 9 ad 4.

Verbum imponitur ad significandum aliquid absolutum cum aliquo respectu adiuncto: est enim Verbum idem quod Sapientia genita, ut Augustinus dicit; nec ob hoc impeditur quin Verbum personaliter dicatur, quia sicut Pater personaliter dicitur ita et Deus generans vel Deus genitus.

Contingit autem ut aliqua res absoluta ad plura habere possit respectum, et inde est quod nomen illud quod imponitur ad significandum aliquid absolutum ad quod sequitur aliquis respectus, potest ad plura relative dici, secundum quod scientia dicitur in quantum est scientia relative ad scibile, sed in quantum est accidens quoddam vel forma refertur ad scientem. Ita etiam et hoc nomen verbum habet respectum et ad dicentem et ad id quod per verbum dicitur, ad quod quidem potest dici dupliciter: uno modo secundum convertentiam nominis, et sic verbum dicitur ad dictum, alio modo ad rem cui convenit ratio dicti. Et quia Pater principaliter dicit se generando Verbum suum et ex consequenti dicit creaturas, ideo principaliter et quasi per se Verbum refertur ad Patrem sed ex consequenti et quasi per accidens refertur ad creaturam: accidit enim Verbo ut per ipsum creatura dicatur.

1. Ad primum dicendum quod ratio illa tenet in illis quae important actualem respectum ad creaturam, non autem in illis quae important respectum habitualem: et dicitur respectus habitualis qui non requirit creaturam simul esse in actu, et tales sunt omnes respectus qui consequuntur actus animae, quia voluntas et intellectus potest esse etiam de eo quod non est actu existens; Verbum autem importat processionem intellectus, et ideo ratio non sequitur.

2. Ad secundum dicendum quod Verbum non dicitur relative ad creaturam secundum rem quasi relatio ad creaturam sit in Deo realiter, sed dicitur secundum dici. Nec est remotum quin dicatur in aliquo casu: possum enim dicere quod est Verbum creaturae, idest de creatura, non a creatura in quo sensu Anselmus negat; et praeterea, si non referretur secundum aliquem casum, sufficeret quocumque modo referretur, ut puta si referatur per praepositionem adiunctam casuali ut dicatur quod Verbum est ad creaturam, scilicet constituendam.

3. Ad tertium dicendum quod ratio illa procedit de illis nominibus quae per se important respectum ad creaturam; hoc autem nomen ⟨non⟩ est huiusmodi, ut ex dictis patet, et ideo ratio non sequitur.

4. Ad quartum dicendum quod ex illa parte qua hoc nomen Verbum importat aliquid absolutum habet habitudinem causalitatis ad creaturam; sed ex respectu realis originis quem importat efficitur personale, ex quo ad creaturam habitudinem non habet.

5. Et per hoc patet responsio ad quintum.

6. Ad sextum dicendum quod Verbum non solum est id per quod fit dispositio, sed est ipsa Patris dispositio de rebus creandis, et ideo aliquo modo ad creaturam refertur.

7. Ad septimum dicendum quod filius importat tantum relationem alicuius ad principium a quo oritur, sed Verbum importat relationem et ad principium a quo dicitur et ad id quod est quasi terminus, scilicet id quod per Verbum manifestatur, quod quidem principaliter est Pater sed ex consequenti est creatura, quae nullo modo potest esse divinae personae principium; et ideo Filius nullo modo importat respectum ad creaturam | sicut Verbum. *66ᵛᵇ*

8. Ad octavum dicendum quod ratio illa procedit de illis nominibus quae imponuntur ad significandum ipsos respectus: non enim potest

A 155 personaliter] rela *praem.* pA 157 Contingit autem] Illa autem nomina que *praem.* pA 166 respectum] rl *praem.* pA 170 quia Pater] si quidem res illa universaliter *praem.* pA 192 possum *em.* A] *conf.* pA 204 ⟨non⟩ *suppl. cum* Φ] *om.* A 209 originis] *idem conf. et imp. praem.* pA 214 per quod] quod *praem.* pA 226 sicut *trans. ad col.* 66ᵛᵇ *rep.* A, *et alterum delevimus*

Φ 151 absolutum] absolute Φ 166 per *om.* Φ (-δ^1) 167 quidem *om.* Φ 197 referatur] referretur Φ 203 nomen *om.* α δ 204 ⟨non⟩ *suppl.* Φ 205 ratio] illa *add.* Φ 207 importat] *om.* α β habet γ dicit δ 221 per] secundum Φ

153 *De Trin.* VII c. 2 (PL 42, 936) ut dicitur *De pot.* q. 8 a. 4 arg. 6.

esse quod unus respectus terminetur ad multa nisi secundum quod illa multa aliquo modo uniuntur.

9. Et similiter etiam est dicendum ad nonum.

Rationes autem quae sunt ad oppositum concludunt quod aliquo modo ad creaturam referatur Verbum, non autem quod hanc relationem per se importet et quasi principaliter, et in hoc sensu concedendae sunt.

Articulus sextus

Sexto quaeritur utrum res verius sint in Verbo vel in se ipsis. Et videtur quod non sint verius in Verbo: verius enim est aliquid ubi est per essentiam suam quam ubi per suam similitudinem tantum; sed in Verbo res non sunt nisi per suam similitudinem, in se autem sunt per suam essentiam; ergo verius sunt in se ipsis quam in Verbo.

2. Sed dicebat quod pro tanto sunt nobilius in Verbo quia ibi habent nobilius esse. — Contra, res materialis nobilius esse habet in anima nostra quam in se ipsa, ut etiam Augustinus dicit in libro De Trinitate, et tamen verius est in se ipsa quam in anima nostra; ergo eadem ratione verius est in se quam sit in Verbo.

3. Praeterea, verius est id quod est in actu quam id quod est in potentia; sed res in se ipsa est in actu, in Verbo autem est tantum in potentia sicut artificiatum in artifice; ergo verius est res in se quam in Verbo.

4. Praeterea, ultima rei perfectio est sua operatio; sed res in se ipsis existentes habent proprias operationes quas non habent ut sunt in Verbo; ergo verius sunt in se ipsis quam in Verbo.

5. Praeterea, illa solum sunt comparabilia quae sunt unius rationis; sed esse rei in se ipsa non est unius rationis cum esse quod habet in Verbo; ergo ad minus non potest dici quod verius sit in Verbo quam in se ipsa.

SED CONTRA, « creatura in Creatore est creatrix essentia », ut Anselmus dicit; sed esse increatum est verius quam creatum; ergo res verius esse habet in Verbo quam in se ipsa.

2. Praeterea, sicut ponebat Plato ideas rerum esse extra mentem divinam, ita nos in mente divina ponimus eas; sed secundum Platonem verius erat homo separatus homo quam materialis, unde hominem separatum per se hominem nominabat; ergo et secundum positionem fidei verius sunt res in Verbo quam sint in se ipsis.

3. Praeterea, illud quod est verissimum in unoquoque genere est mensura totius generis; sed similitudines rerum in Verbo existentes sunt mensurae veritatis in rebus omnibus quia secundum hoc res aliqua dicitur vera secundum quod imitatur exemplar suum quod est in Verbo; ergo res verius sunt in Verbo quam in se ipsis.

RESPONSIO. Dicendum quod, sicut dicit Dionysius II cap. De divinis nominibus, causata deficiunt ab imitatione suarum causarum quae eis supercollocantur, et propter istam distantiam causae a causato aliquid vere praedicatur de causato quod non praedicatur de causa, sicut patet quod delectationes non dicuntur proprie delectari quamvis sint nobis causae delectandi; quod quidem non contingit nisi quia modus causarum est sublimior quam ea quae de effectibus praedicantur; et hoc invenimus in omnibus causis aequivoce agentibus, sicut sol non potest dici calidus quamvis ab eo

A 232 aliquo...uniuntur] concluduntur *praem.* pA 238 relationem] *idem conf. et imp. praem.* pA 5 res non sunt] s *imp. praem.* pA 29 non potest] *idem praem.* pA 41 Verbo] ver *conf. praem.* pA 54 et] tamen *add.* pA 60 causarum *em.* A] *conf.* pA

Φ 234 est *om.* Φ 237 modo *om.* α β 4 ubi²] est *add.* Φ 5-6 tantum...similitudinem *hom. om.* α δ 18 est² *om.* Φ (-γ) 35 ponebat] posuit Φ 38 quam] homo *add.* Φ 57 dicuntur] dicimus α δ 58 proprie *om.* Σ 59 quod] quia α δ²

1 Parall.: *I Pars* q. 18 a. 4 ad 3. 3 verius²...essentiam suam: cf. Ans. *Monol.* cap. 36 (PL 158, 190 A). 13 IX c. 4 (PL 42, 963). 19 artificiatum...: Averroes ut supra q. 1 a. 2 92 in nota. 32 Cf. *Monol.* cap. 36 (PL 158, 190 D), ad verbum habent e. g. Alex. Halensis *Glossa in Lib. Sent. I* d. 8 n. 29 (p. 108) et Bonaventura *Super Sent. I* d. 36 a. 2 q. 1 f. 3. 35 Plato: ex Petri Lomb. *Lib. Sent.* II d. 1 c. 1. 37 Platonem: ex Arist. *Metaph.* III 7 (997 b 8). 52 § 8 (PG 3, 654 C; Dion. 99).

alia calefiant, quod est propter ipsius solis supereminentiam ad ea quae calida dicuntur. Cum ergo quaeritur utrum res verius sint in se ipsis quam in Verbo, distinguendum est quia li verius potest designare vel veritatem rei vel veritatem praedicationis: si designet veritatem rei, sic procul dubio maior est veritas rerum in Verbo quam in se ipsis; si autem designetur veritas praedicationis, sic est e converso: verius enim praedicatur homo de re quae est in propria natura quam de ea secundum quod est in Verbo, nec hoc est propter defectum Verbi sed propter supereminentiam ipsius, ut dictum est.

1. Ad primum igitur dicendum quod, si intelligatur de veritate praedicationis, simpliciter verum est quod verius est aliquid ubi est per essentiam quam ubi est per similitudinem; sed si intelligatur de veritate rei, tunc verius est ubi est per similitudinem quae est causa rei, minus autem vere ubi est per similitudinem causatam a re.

2. Ad secundum dicendum quod similitudo rei quae est in anima nostra non est causa rei sicut similitudo rerum in Verbo, et ideo non est simile.

3. Ad tertium dicendum quod potentia activa est perfectior quam sit actus qui est eius effectus, et hoc modo creaturae dicuntur esse in potentia in Verbo.

4. Ad quartum dicendum quod, quamvis creaturae in Verbo non habeant proprias operationes, habent tamen operationes nobiliores in quantum sunt effectivae rerum et operationum ipsarum.

5. Ad quintum dicendum quod, quamvis
67ra non sint | unius rationis esse creaturarum in Verbo et in se ipsis secundum univocationem, sunt tamen aliquo modo unius rationis secundum analogiam.

1. Ad id vero quod primo in contrarium obicitur dicendum quod ratio illa procedit de veritate rei non autem de veritate praedicationis.

2. Ad secundum dicendum quod Plato in hoc reprehenditur quod posuit formas naturales secundum propriam rationem esse praeter materiam ac si materia accidentaliter se haberet ad species naturales, et secundum hoc res naturales vere praedicari possent de his quae sunt sine materia; nos autem hoc non ponimus, et ideo non est simile.

3. Ad tertium dicendum sicut ad primum.

Articulus septimus

Septimo quaeritur utrum Verbum sit eorum quae nec sunt nec erunt nec fuerunt. Et videtur quod sic: verbum enim importat aliquid progrediens ab intellectu; sed intellectus divinus est etiam de his quae nec sunt nec erunt nec fuerunt, ut in quaestione De scientia Dei dictum est; ergo Verbum etiam de his esse potest.

2. Praeterea, secundum Augustinum VI libro De Trinitate, « Filius est ars Patris plena rationum viventium »; sed, sicut dicit Augustinus in libro LXXXIII Quaestionum, « ratio, etsi nihil per illam fiat, recte ratio dicitur »; ergo Verbum est etiam eorum quae nec fient nec facta sunt.

3. Praeterea, Verbum non esset perfectum nisi contineret in se omnia quae sunt in scientia dicentis; sed in scientia Patris dicentis sunt ea quae numquam erunt nec facta sunt; ergo et ista erunt in Verbo.

Sed contra est quod Anselmus dicit in Monologion « Eius quod nec est nec fuit nec futurum est, nullum verbum esse potest ».

2. Praeterea, hoc ad virtutem dicentis per-

A 67 est quia] quia *praem.* pA 68 li verius (*e* liverius pA) *em.* A 75 Verbo] s *imp. add.* pA 78 quod] *idem trans. ad lin. praem.* pA 83 ubi est per] per *praem.* pA 92 effectus] quamvis *add.* pA 100 unius *inc. col.* 67ra *usque ad extr. col.* (*infra* a. 8 *lin.* 34) *alia manus* 102 unius rationis *coni. cum* δ1] univocationis A 111 haberet *scrips.*] haberes *casu* A
1 Septimo: *nulla est adnotatio critica in hoc articulo*

Φ 65 supereminentiam] eminentiam Φ 66-77 Cum ergo...dictum est *om.* α δ 81 ubi est *om.* Σ 95 habeant] habent Φ 97 effectivae] effectus Φ (-γ) 102 unius rationis] univocationis (*induc.* A) Φ (-δ1) 112 res] species Σ
4 aliquid] aliquod Φ 7 etiam *om.* Φ 14 fient] fuerunt Φ 22 fuit nec futurum est] erit nec fuit Φ (-δ) fuit nec erit δ

1 Parall.: *I Pars* q. 34 a. 3 ad 5. 7 dictum est: a. 8. 10 Cap. 10 (PL 42, 931). 12 Quaestio 63 (PL 40, 54). 22 Cap. 32 (PL 158, 186 A).

tinet ut quicquid dicit fiat; sed Deus est potentissimus; ergo Verbum eius non est de aliquo quod non aliquando fiat.

RESPONSIO. Dicendum quod aliquid potest esse in Verbo dupliciter: uno modo sicut id quod Verbum cognoscit vel quod in Verbo cognosci potest, et sic in Verbo est etiam illud quod nec est nec erit nec factum est quia hoc cognoscit Verbum sicut et Pater et in Verbo etiam cognosci potest sicut et in Patre. Alio modo dicitur aliquid esse in Verbo sicut id quod per Verbum dicitur; omne autem quod aliquo verbo dicitur ordinatur quodam modo ad executionem quia verbo instigamus alios ad agendum et ordinamus aliquos ad exequendum id quod mente concepimus, unde etiam dicere Dei disponere ipsius est, ut patet per glosam super illud Psal. « Semel locutus est Deus » etc.; unde sicut Deus non disponit nisi quae sunt vel erunt vel fuerunt, ita nec dicit, unde Verbum est horum tantum sicut per ipsum dictorum: scientia autem et ars et idea vel ratio non important ordinem ad aliquam executionem, et ideo non est simile de eis et de Verbo.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Articulus octavus

Octavo quaeritur utrum omne quod factum est sit vita in Verbo. Et videtur quod non quia secundum hoc Verbum est causa rerum quod res sunt in ipso: si ergo res in Verbo sunt vita, Verbum causat res per modum vitae; sed ex hoc quod causat res per modum bonitatis sequitur quod omnia sunt bona; ergo ex hoc quod causat res per modum vitae sequetur quod omnia sint viva, quod falsum est, ergo et primum.

2. Praeterea, res sunt in Verbo sicut artificiata apud artificem; sed artificiata in artifice non sunt vita: nec enim ipsius artificis vita sunt, qui vivebat etiam antequam artificiata in ipso essent, neque artificiatorum, quae vita carent; ergo nec creaturae in Verbo sunt vita.

3. Praeterea, efficientia vitae magis appropriatur in Scriptura Spiritui Sancto quam Verbo, ut patet Ioh. VI [64] « Spiritus est qui vivificat », et in pluribus aliis locis; sed verbum non dicitur de Spiritu Sancto sed de Filio tantum, ut patet ex dictis; ergo nec convenienter dicitur quod res in Verbo sit vita.

4. Praeterea, lux intellectualis ⟨non⟩ est principium vitae; sed res in Verbo sunt lux; ergo videtur quod in eo non sint vita.

SED CONTRA est quod dicitur Ioh. I [3] « Quod factum est, in ipso vita erat ».

2. Praeterea, secundum Philosophum in VIII Physicorum, motus caeli dicitur « vita quaedam omnibus natura existentibus »; sed magis influat Verbum in creaturas quam motus caeli in naturam; ergo res secundum quod sunt in Verbo, debent dici vita.

RESPONSIO. Dicendum quod res secundum quod sunt in Verbo, considerari possunt dupliciter: uno modo per comparationem ad Verbum, alio modo per comparationem ad res in propria natura existentes et utroque modo similitudo creaturae in Verbo est vita. Illud enim proprie vivere dicimus quod in se ipso habet principium motus vel operationis cuiusque: ex hoc enim primo sunt dicta aliqua vivere quia visa sunt in se ipsis habere aliquid ea movens secundum quemcumque motum, et hinc processit nomen vitae ad omnia quae

67rb

A 14 qui (*e* quod pA) *em.* A 21 et *scrips.*] *descriptio confusa* A 25 ⟨non⟩ *suppl.* (*cf. adnotatio insequens* pA *et syllogismi conclusio*)] *om.* A 25 est principium vitae] sequitur ad vitam *praem.* pA 33 influat *descriptio clara* A 36 Responsio *inc. col.* 67rb *manus revertitur solita* 45 visa (*e* visia pA) *em.* A 46 motum] modi *praem.* pA

Φ 32 erit nec factum] fuit nec futurum Φ 40 mente] in *praem.* Φ concepimus] concipimus α β δ^1 41 disponere] dispositionem (*seu* dispositio) Σ 45 per] *om.* β γ et *praem.* δ ipsum] ipsorum Φ (-γ) 46 ars] res Φ
7 sunt] sint Φ (-γ) 9 sint] sunt Φ (-δ) 13 nec] non Φ 24 sit] sunt Φ 25 ⟨non⟩ (*induc.* A) *om.* Φ 27 sint] sunt Φ 29 vita erat] etc. Φ 33 influat] influit Φ creaturas] creaturis Φ 43 principium *om.* Φ (-γ) operationis] operationes Φ 44 primo] *om.* δ *post* dicta Φ (-δ)

42 Petri Lomb. ibid. (PL 191, 568 C); Ps. LXI[12].
1 Parall.: *I Pars* q. 18 a. 4; *Cont. Gent.* IV c. 13; *Lect. super Ioh.* cap. 1 lect. 2. 11 artificiata apud artificem: Averroes ut supra q. 1 a. 2 92 in nota. 23 dictis: supra a. 3. 31 Cap. 1 (250 b 14) sec. transl. veterem (ms. Urbin. lat. 206, f. 81v).

in se ipsis habent operationis propriae principium, unde et ex hoc quod aliqua intelligunt vel sentiunt vel volunt vivere dicuntur, non solum ex hoc quod secundum locum moventur vel secundum augmentum. Illud ergo esse quod habet res prout est movens se ipsam ad operationem aliquam, proprie dicitur vita rei quia « vivere viventis est esse », ut in II De anima dicitur: in nobis autem nulla operatio ad quam nos movemus est esse nostrum, unde intelligere nostrum non est vita nostra proprie loquendo nisi secundum quod vivere accipitur pro opere quod est signum vitae, et similiter nec similitudo intellecta in nobis est vita nostra; sed intelligere Verbi est suum esse, et similiter similitudo ipsius, unde similitudo creaturae in Verbo est vita eius. Similiter etiam similitudo creaturae est quodam modo ipsa creatura per modum illum quo dicitur quod « anima quodam modo est omnia »; unde ex hoc quod similitudo creaturae in Verbo est productiva et motiva creaturae in propria natura existentis, quodam modo contingit ut creatura se ipsam moveat et ad esse producat, in quantum scilicet producitur in esse et movetur a sua similitudine in Verbo existente, et ita similitudo creaturae in Verbo est quodam modo creaturae vita.

1. Ad primum ergo dicendum quod hoc quod creatura in Verbo existens dicitur vita non pertinet ad rationem propriam creaturae sed ad modum quo est in Verbo, unde cum non sit eodem modo in se ipsa, non sequitur quod in se ipsa vivat quamvis in Verbo sit vita, sicut non est in se ipsa immaterialis quamvis in Verbo sit immaterialis; sed bonitas, entitas et huiusmodi pertinent ad propriam rationem creaturae, et ideo sicut secundum quod sunt in Verbo sunt bona ita etiam secundum quod sunt in propria natura.

2. Ad secundum dicendum quod similitudines rerum in artifice non possunt proprie dici vita quia non sunt ipsum esse artificis viventis nec etiam ipsa eius operatio sicut in Deo accidit; et tamen Augustinus dicit quod arca in mente artificis vivit: sed hoc est secundum quod in mente artificis habet esse intelligibile, quod ad genus vitae pertinet.

3. Ad tertium dicendum quod vita Spiritui Sancto attribuitur secundum hoc quod Deus dicitur vita rerum, prout ipse est in rebus omnibus movens eas ut sic modo quodam omnes res a principio intrinseco motae videantur; sed vita appropriatur Verbo secundum quod res sunt in Deo, ut ex dictis patet.

4. Ad quartum dicendum quod similitudines rerum in Verbo sicut sunt rebus causa existendi ita sunt rebus causa cognoscendi, in quantum scilicet imprimuntur intellectualibus mentibus ut sic res cognoscere possint, et ideo sicut dicuntur vita prout sunt principia existendi ita dicuntur lux prout sunt principia cognoscendi.

A 55 viventis *clare in marg.* A] *hic conf.* pA 78 propriam creaturae] en *praem.* pA 81 vivat *scrips.*] *conf.* (*scil.* uuiat) A 93 secundum quod] q *praem.* pA

Φ 76 hoc quod *hom. om.* α β δ^2 77 in Verbo *ante et post* existens α γ 98 est] *om.* Φ (-δ) *post* rebus δ 107 possint] possunt Φ (-δ^1) possent δ^1

56 Cap. 4 (415 b 13) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 144,6). 67 « anima...: Arist. ut supra q. 1 a. 1 155. 92 *In Ioh. ev. tract.* I n. 17 (PL 35, 1387).

QUAESTIO QUINTA

De providentia

1. *Ad quod attributorum providentia reducatur.*
2. *Utrum mundus providentia regatur.*
3. *Utrum divina providentia ad corruptibilia se extendat.*
4. *Utrum omnes motus et actiones horum inferiorum corporum subdantur divinae providentiae.*
5. *Utrum humani actus providentia regantur.*
6. *Utrum animalia bruta et eorum actus divinae providentiae subdantur.*
7. *Utrum peccatores divina providentia regantur.*
8. *Utrum tota corporalis creatura gubernetur divina providentia mediante creatura angelica.*
9. *Utrum per corpora caelestia disponat divina providentia inferiora corpora.*
10. *Utrum humani actus gubernentur a divina providentia mediantibus corporibus caelestibus.*

Articulus primus

Quaestio est de providentia. Et primo quaeritur ad quod attributorum providentia reducatur. Et videtur quod tantum ad scientiam quia, sicut dicit Boetius in IV De consolatione, « illud certe manifestum est immobilem simplicemque formam gerendarum rerum esse providentiam »; sed forma rerum agendarum in Deo est idea, quae ad scientiam pertinet; ergo et providentia ad cognitionem pertinet.

2. Sed dicebat quod providentia pertinet ad voluntatem etiam in quantum est causa rerum. — Sed contra, in nobis scientia practica est causa rerum scitarum; sed scientia practica in sola cognitione est; ergo et providentia.

3. Praeterea, Boetius dicit in libro praedicto « Modus rerum gerendarum, cum in ipsa divinae intelligentiae puritate conspicitur, providentia nominatur »; sed puritas intelligentiae ad cognitionem speculativam pertinere videtur; ergo providentia ad cognitionem speculativam pertinet.

4. Praeterea, Boetius dicit in V De consolatione quod « providentia dicitur eo quod, porro a rebus infimis constituta, quasi ab excelso rerum cacumine cuncta prospiciat »; sed prospicere cognitionis est et praecipue speculativae; ergo providentia maxime videtur ad cognitionem speculativam pertinere.

5. Praeterea, sicut dicit Boetius in IV De consolatione, « uti est ad intellectum ratiocinatio ita est fatum ad providentiam »; sed tam intellectus quam ratiocinatio ad cognitionem pertinet communiter speculativam et practicam; ergo et providentia.

6. Praeterea, Augustinus in libro LXXXIII Quaestionum | dicit « Lex incommutabilis omnia 67va

A 5 immobilem] inno *praem.* pA 14 practica] pa *praem.* pA 17 Modus *scrips. cum Boetio* (*cf. solutio arg.*)] motus (*mendum scribae e lapsu auditus*) A 19 nominatur] me *praem.* pA 21 ad cognitionem] in cognitio *praem.* pA 26 rerum] con *add.* pA 37 dicit...incommutabilis (*in princ. col.* 67va) A] quod lex in ceteris secundum legem agimus cum lex incommutabilis ma (*in fine col.* 67rb) *praem.* pA

Φ 1 Quaestio: *posthac et usque ad finem quaestionis duodecimae plerumque notantur tantum casus critici quibus testes tres vel omnes intersunt* 3 reducatur] –citur Φ 9 et *om.* Φ 12 etiam *om.* Φ 17 Modus] motus (*induc.* A) Φ 21 cognitionem speculativam] cognoscitivam speculationem Φ (-δ) cognitionem δ 31 uti] ut Φ 37 dicit *om.* Φ (-δ2)

1 Parall.: *Super Sent. I* d. 39 q. 2 a. 1. 5 Prosa 6 (PL 63, 816 A). 17 Prosa 6 (PL 63, 814 A). 24 Prosa 6 (PL 63, 860 B). 31 Prosa 6 (PL 63, 817 A). 37 Quaestio 27 (PL 40, 18).

mutabilia pulcherrima gubernatione moderatur »; sed gubernare et moderari ad providentiam pertinet; ergo lex incommutabilis est ipsa providentia; sed lex ad cognitionem pertinet; ergo et providentia.

7. Praeterea, lex naturalis in nobis ex divina providentia causatur; sed causa agit ad effectum producendum per viam similitudinis, unde et dicimus quod bonitas Dei est causa bonitatis in rebus et essentia essendi et vita vivendi; ergo divina providentia est lex, et sic idem quod prius.

8. Praeterea, Boetius dicit in IV De consolatione quod « providentia est ipsa illa divina ratio in summo omnium principe constituta »; sed ratio rei in Deo est idea, ut Augustinus dicit in libro LXXXIII Quaestionum; ergo providentia est idea; sed idea pertinet ad cognitionem; ergo et providentia.

9. Praeterea, scientia practica ordinatur vel ad producendum res in esse vel ad ordinandum iam productas res; sed producere res non est providentiae quia providentia praesupponit res provisas, similiter etiam nec ordinare res productas quia hoc ad dispositionem pertinet; ergo providentia non pertinet ad cognitionem practicam sed speculativam tantum.

SED E CONTRA videtur quod pertineat ad voluntatem quia, sicut dicit Damascenus in II libro, « providentia est voluntas Dei propter quam omnia quae sunt convenientem deductionem suscipiunt ».

2. Praeterea, illos qui sciunt quid agendum est et tamen nolunt facere, non dicimus providos: ergo providentia magis respicit voluntatem quam cognitionem.

3. Praeterea, sicut dicit Boetius in IV De consolatione, Deus sua bonitate gubernat mundum; sed bonitas ad voluntatem pertinet; ergo et providentia cuius est gubernare.

4. Praeterea, disponere non est scientiae sed voluntatis; sed, secundum Boetium in IV De consolatione, providentia est ratio per quam Deus cuncta disponit; ergo providentia ad voluntatem pertinet non ad notitiam.

5. Praeterea, provisum in quantum provisum non est sapiens – vel scitum – sed est bonum: ergo nec providens in quantum providens est sapiens sed bonus, et ita providentia non pertinet ad sapientiam sed ad bonitatem vel voluntatem.

SED ITERUM videtur quod pertineat ad potentiam quia Boetius dicit in libro De consolatione « Providentia dedit rebus a se creatis hanc vel maximam manendi causam ut quoad possint naturaliter manere desiderent »: ergo providentia est creationis principium; sed creatio appropriatur potentiae; ergo providentia ad potentiam pertinet.

2. Praeterea, gubernatio est providentiae effectus, ut dicitur Sap. XIV[3] « Tu autem Pater gubernas omnia providentia »; sed, sicut Hugo dicit in libro De sacramentis, voluntas est ut imperans, scientia ut dirigens, potentia ut exequens, et sic potentia est gubernationi ⟨propinquior⟩ quam scientia vel voluntas; ergo providentia pertinet magis ad potentiam quam scientiam vel voluntatem.

RESPONSIO. Dicendum quod ea quae de Deo intelliguntur propter nostri intellectus infirmitatem cognoscere non possumus nisi ex

A 38 gubernatione] moderatio *praem.* pA 47 essendi] en *praem.* pA 48 et sic] *signum novae paragraphi imp. praem.* pA 52 principe (*e* principum *ut videtur* pA) *em.* A 53 rei *in appendice lin.* A] *om.* pA in Deo *in marg. ad caput novae lin.* A] *om.* pA 56 providentia] . § Sed contra videtur quod pertineat ad voluntatem quia ut dicit damascenus secundo libro providentia est voluntas dei *add.* A, *et delevimus* (*cf. nova inscriptio lin.* 65-67) 84 vel scitum *in margine ab ipso scriba* A (*cf. resp. ad arg. lin.* 324-328)] *om.* pA 91 creatis] ut *add.* pA 92 vel *sup. lin.* A] *om.* pA quoad *in marg.* A] quicquid pA 93 manere desiderent *inv.* pA 102 ⟨propinquior⟩ *coni.* (*cf.* Φ)] *trans. ad lin. om.* A

Φ 42 et] ipsa *add.* Φ (*def.* δ^2) 51 ipsa] *om.* δ^1 *ante* est Φ (-δ^1) 53 in Deo (*induc.* A) *om.* Φ 57-64 Praeterea...tantum (*scil. arg.* 9) *om.* α δ 65 e *om.* Φ 66 in *om.* Φ 71 facere *om.* Φ 81 providentia *om.* Φ 84 sed est bonum] secundum boetium α δ secundum boetium *add.* γ 92 quoad] quo Φ (-δ) quo quidquid δ 101 scientia] sapientia Φ 102 ⟨propinquior⟩] *ante* est *suppl.* Σ *post* est *suppl.* β 107 infirmitatem] imbecillitatem vel *praem.* Φ (-γ)

44 causa...similitudinis: Arist. ut supra q. 2 a. 3 240 in nota. 51 Prosa 6 (PL 63, 814 B). 54 Quaestio 46 (PL 40, 30). 67 *De fide* II c. 29 (PG 94, 964 A; Bt 155). 75 Prosa 6 (PL 63, 817 B et 820 B). 80 Prosa 6 (PL 63, 814 B). 91 III pr 11 (PL 63, 774 B) ut refert Thomas infra q. 21 a. 2. 98 Sap. XIV[3]: sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467), apud Thomam infra a. 3 38, *Super Sent. I* d. 39 q. 2 a. 1 arg. 2, *I Pars* q. 22 a. 1 sed c., q. 103 a. 1 sed c. 100 I p. II c. 6 et 22 (PL 176, 208 B et 216 C).

his quae apud nos sunt, et ideo ut sciamus quomodo providentia dicatur in Deo, videndum est quomodo providentia sit in nobis. Sciendum est ergo quod Tullius providentiam ponit prudentiae partem in II libro Veteris rhetoricae, et est pars prudentiae quasi completiva quia aliae duae partes, scilicet memoria et intelligentia, non sunt nisi quaedam praeparationes ad prudentiae actum. Prudentia autem, secundum Philosophum in VI Ethicorum, ' est recta ratio agibilium ': et differunt agibilia a factibilibus quia factibilia dicuntur illa quae procedunt ab agente in exteriorem materiam, sicut scamnum et domus, et horum recta ratio est ars; sed agibilia dicuntur actiones quae non progrediuntur extra agentem sed sunt actus perficientes ipsum, sicut caste vivere, patienter se habere et huiusmodi, et horum recta ratio est prudentia. Sed in istis agibilibus duo quaedam consideranda occurrunt, scilicet finis et id quod est ad finem. Prudentia ergo praecipue dirigit in his quae sunt ad finem: ex hoc enim aliquis dicitur prudens quod est bene consiliativus, ut dicitur in VI Ethicorum, consilium « autem non est de fine sed de his quae sunt ad finem », ut dicitur in III Ethicorum.

Sed finis agibilium praeexistit in nobis dupliciter: scilicet per cognitionem naturalem de fine hominis, quae quidem naturalis cognitio ad intellectum pertinet, secundum Philosophum in VI Ethicorum, qui est principiorum operabilium sicut et speculabilium; principia autem operabilium sunt fines, ut in eodem libro dicitur; alio modo quantum ad affectionem, et sic fines agibilium sunt in nobis per virtutes morales, per quas homo afficitur ad iuste vivendum vel fortiter vel temperate, quod est quasi finis proximus agibilium. Et similiter ad ea quae sunt ad finem perficimur et quantum ad cognitionem per consilium et quantum ad appetitum | per electionem, et in his per prudentiam dirigimur. Patet ergo quod prudentiae est aliqua ordinate ad finem disponere. Et quia ista dispositio eorum quae sunt ad finem in finem per prudentiam est per modum cuiusdam ratiocinationis cuius principia sunt fines – ex eis enim trahitur tota ratio ordinis praedicti in omnibus operabilibus, sicut manifeste apparet in artificiatis –, ideo ad hoc quod aliquis sit prudens requiritur quod bene se habeat circa ipsos fines: non enim potest esse recta ratio nisi principia rationis salventur; et ideo ad prudentiam requiritur et intellectus finium et virtutes morales quibus affectus recte collocatur in fine, et propter hoc oportet omnem prudentem esse virtuosum, ut in VI Ethicorum dicitur. In omnibus autem viribus et actibus animae ordinatis hoc est commune quod virtus primi salvatur in omnibus sequentibus, et ideo in prudentia quodam modo includitur et voluntas, quae est de fine, et cognitio finis. 67vb

Ex dictis igitur patet quomodo providentia se habeat ad alia quae de Deo dicuntur. Scientia enim se habet communiter ad cognitionem finis et eorum quae sunt ad finem: per scientiam enim Deus scit se et creaturas; sed providentia pertinet tantum ad cognitionem eorum quae sunt ad finem secundum quod ordinantur in finem, et ideo providentia in Deo includit et scientiam et voluntatem, sed tamen essentialiter in cognitione manet, non quidem speculativa sed practica. Potentia autem executiva est providentiae, unde actus potentiae praesupponit actum providentiae sicut dirigentis, unde in providentia non includitur potentia sicut voluntas.

1. Ad primum ergo dicendum quod in re creata duo possunt considerari, scilicet ipsa

A 121 procedunt] consi *praem.* pA 122 et²] ac *praem.* pA 123 sed agibilia] Agibilia *praem.* pA 144 sunt] preex *praem.* pA 147 agibilium] prudentie autem *add* pA 155 ex] *litt. imp. add.* pA 162 et intellectus finium] et scientia f *praem.* pA 162 et²] a *et litt. imp. add.* pA 166 autem] a *et litt. imp. add.* pA 169 in] actu *add.* pA 171 Ex dictis] Sciendum tamen quod pro f....(*illegib.*) per prudentiam *praem.* pA 176 pertinet] res (*inc.* respicit *?*) *praem.* pA 178 et ideo] Set u *praem.* pA 181 exequutiva A 187 possunt *scrips.*] *imp.* (*scil.* possū) A

Φ 112 ergo] igitur Φ 115 quia aliae] alie enim Φ (-γ) 121 exteriorem] extraneam Φ 122 et² *om.* Φ 129 ergo] vero Φ 131 quod] quia Φ 147 Et similiter] similiter etiam Φ (-δ) et sic δ 177 secundum...finem *hom. om.* Σ

114 *De inventione* II c. 53 n. 160. 118 *Ethic.* VI 4 (1140 b 4 et 20), ad verbum profert Albertus *Super Ethica* II lect. 4 (ed. Col. XIV p. 109). 132 *Ethic.* VI 4 et 6 (1140 a 26 et 1141 b 9). 135 Cap. 5 (1112 b 11) sec. transl. veterem. (ed. Marchesi p. xv). 140 *Ethic.* VI 9 (1143 a 35). 142 Hic supra 4 (1140 b 16). 165 *Ethic.* VI 11 (1144 b 32).

species eius absolute et ordo eius ad finem, et utriusque forma praecessit in Deo: forma ergo exemplaris rei secundum suam speciem absolute est idea, sed forma rei secundum quod est ordinata in finem est providentia; ipse autem ordo a divina providentia rebus inditus fatum vocatur secundum Boetium; unde sicut se habet idea ad speciem rei, ita se habet providentia ad fatum. Et tamen quamvis idea possit pertinere ad speculativam cognitionem aliquo modo, tamen providentia tantum ad practicam pertinet eo quod importat ordinem ad finem et ita ad opus quo mediante pervenitur in finem.

2. Ad secundum dicendum quod providentia plus habet de ratione voluntatis quam scientia practica absolute; scientia enim practica absolute communiter se habet ad cognitionem finis et eorum quae sunt ad finem, unde non praesupponit voluntatem finis ut sic aliquo modo voluntas in scientia includatur sicut de providentia dictum est.

3. Ad tertium dicendum quod puritas intelligentiae non dicitur ad exclusionem voluntatis sed ad excludendum mutabilitatem et varietatem a providentia.

4. Ad quartum dicendum quod Boetius in verbis illis non ponit completam providentiae rationem sed nominis rationem assignat, unde quamvis videre ad cognitionem speculativam pertinere possit, non tamen sequitur quod providentia. Et praeterea secundum hoc Boetius exponit providentiam quasi 'procul videntiam' quia ipse Deus «ab excelso rerum cacumine cuncta prospicit»; secundum hoc autem est in excelso rerum cacumine quod omnia causat et ordinat; et sic etiam in verbis Boetii potest aliquid ad practicam cognitionem pertinens notari.

5. Ad quintum dicendum quod comparatio illa Boetii accipitur secundum similitudinem proportionis simplicis ad compositum et quieti ad mobile: sicut enim intellectus simplex est et sine discursu, ratio autem discurrendo circa diversa vagatur, ita etiam providentia simplex est et immobilis, fatum autem multiplex et variabile, unde non sequitur ratio.

6. Ad sextum dicendum quod providentia in Deo proprie non nominat legem aeternam sed aliquid ad legem aeternam consequens: lex enim aeterna est consideranda in Deo sicut accipiuntur in nobis principia operabilium naturaliter nota ex quibus procedimus in consiliando et eligendo, quod est prudentiae sive providentiae, unde hoc modo se habet lex intellectus nostri ad prudentiam sicut principium indemonstrabile ad demonstrationem; et similiter etiam in Deo lex aeterna non est ipsa providentia sed providentiae quasi principium, unde et convenienter legi aeternae attribuitur actus providentiae sicut et omnis effectus demonstrationis principiis indemonstrabilibus attribuitur.

7. Ad septimum dicendum quod in divinis attributis invenimus duplicem rationem causalitatis: unam per viam exemplaritatis, sicut dicimus quod a primo vivo procedunt omnia viva, | et haec ratio causandi est communis omnibus attributis; alia ratio est secundum ordinem ad obiectum attributi, prout dicimus quod potentia est causa possibilium et scientia scitorum, et secundum hunc modum causandi non oportet quod causatum habeat similitudinem causae: non enim quae per scientiam facta sunt oportet esse scientia sed scita. Et per hunc modum providentia Dei causa omnium ponitur, unde quamvis a providentia sit lex naturalis intellectus nostri, non sequitur quod divina providentia sit lex aeterna. 68ra

8. Ad octavum dicendum quod 'ratio illa

A 190 rei *hic* A] *post* suam pA 208 scientia] *idem conf. praem.* pA 209 dictum est] . § Ad tertium dicendum quod ratio illa in summo *et sequentia ut in solutione ad* 8m (*lin.* 267-272) *add.* pA, *quae loco suo iterantur: hic delentur per* va-cat, *et totum a linea continua circumducitur. Deinde sequitur solut. ad* 4m, *demum ad* 3m *quae incipit* Ad quintum dicendum quod (quintum dicendum quod *deletur*) tertium dicendum quod *etc. ut lin.* 210; *litteris* b - a *in margine inscriptis, ordo restauratur* 210 tertium dicendum quod] quintum dicendum quod *praem.* pA (*cf. nota superior*) 234 ratio *post fin. lin. in marg.* A 236 aeternam] *idem conf. praem.* pA 242 lex] eterna *add.* pA 253 viam] *idem conf. et imp. praem.* pA 256 secundum] per *praem.* pA 259 et...non oportet] non autem *praem.* pA

Φ 198 tamen] unde Φ (-γ) 221 ipse *om.* Φ 228 secundum] per Φ 229 quieti] quietis Φ 244 indemonstrabile ad demonstrationem] in demonstratione Φ 254 vivo...viva] uno...una Φ (-γ) 256 omnibus *om.* Φ (-γ) 257 attributi] attribuit Φ (-γ) 259 causandi *om.* Φ

194 *De consol.* IV pr. 6 (PL 63, 815 A et 816 A).

in summo principe constituta ' non dicitur providentia nisi adiuncto ordine ad finem ad quem praesupponitur voluntas finis, unde licet essentialiter ad cognitionem pertineat, tamen voluntatem aliquo modo includit.

9. Ad nonum dicendum quod in rebus potest considerari duplex ordo: unus secundum quod egrediuntur a principio, alius secundum quod ordinantur ad finem. Dispositio ergo pertinet ad illum ordinem quo res progrediuntur a principio: dicuntur enim aliqua disponi secundum quod in diversis gradibus collocantur a Deo sicut artifex diversimode collocat partes sui artificii, unde dispositio ad artem pertinere videtur. Sed providentia importat illum ordinem qui est ad finem, et sic providentia differt ab arte divina et dispositione quia ars divina dicitur respectu productionis rerum, sed dispositio respectu ordinis productorum, providentia autem dicit ordinem in finem. Sed quia ex fine artificiati colligitur quicquid est in artificiato, ordo autem ad finem est fini proquodam modo causa ei, ideo providentia quodam modo est dispositionis causa, et propter hoc actus dispositionis frequenter providentiae attribuitur. Quamvis ergo providentia nec sit ars, quae respicit productionem rerum, nec dispositio, quae respicit ordinem rerum ad invicem, non tamen sequitur quod non pertineat ad practicam cognitionem.

1. Ad primum vero quod de voluntate obicitur, dicendum est quod pro tanto Damascenus providentiam dicit esse voluntatem quia voluntatem includit et praesupponit, ut dictum est.

2. Ad secundum dicendum quod secundum Philosophum in VI Ethicorum nullus potest esse prudens nisi virtutes morales habeat per quas recte sit dispositus circa fines, sicut nullus potest bene demonstrare nisi recte se habeat circa demonstrationis principia: et propter hoc etiam nullus dicitur providus nisi habeat rectam voluntatem, non quia providentia sit in voluntate.

3. Ad tertium dicendum quod Deus dicitur gubernare per bonitatem, non quasi bonitas sit ipsa providentia sed quia est providentiae principium cum habeat rationem finis, et etiam quia ita se habet divina bonitas ad ipsum sicut moralis virtus ad nos.

4. Ad quartum dicendum quod disponere, quamvis voluntatem praesupponat, non tamen est actus voluntatis quia ordinare, quod in dispositione intelligitur, est sapientis, ut Philosophus dicit: et ideo dispositio et providentia essentialiter ad cognitionem pertinent.

5. Ad quintum dicendum quod providentia comparatur ad provisum sicut scientia ad scitum et non sicut scientia ad scientem, unde non oportet quod provisum in quantum provisum sit sapiens sed quod sit scitum.

6-7. Alia duo concedimus.

Articulus secundus

Secundo quaeritur utrum mundus providentia regatur. Et videtur quod non: nullum enim agens ex necessitate naturae agit per providentiam; sed Deus agit in res creatas ex necessitate naturae quia, ut dicit Dionysius IV cap. De divinis nominibus, divina bonitas se creaturis communicat ' sicut noster sol, non praeeligens neque praecognoscens, radios suos ' in corpora diffundit; ergo mundus a Deo non regitur providentia.

2. Praeterea, principium multiforme sequitur ad principium uniforme; sed voluntas est principium multiforme quia se habet ad opposita, et per consequens etiam providentia quae

A 268 dicitur] debet *praem.* pA 283 providentia...et dispositione] quamvis ars et dispositio *praem.* pA 286 productorum] dispo *praem.* pA 288 colligitur...artificiato] a *praem.* pA 289 fini propinquior] propinquior *praem.* pA 295 ars] per *add.* pA 301 providentiam *scrips.*] providentia (*casu compl. abbrev. om.*) A 302 et...ut] ut *praem.* pA 313 bonitatem, non] voluntatem non *praem.* pA 318 quod] quare actus *add.* pA 327 oportet] n *praem.* pA

Φ 288 artificiati] artificii Σ 291 ideo] et *praem.* Φ (-δ^2) 300 dicendum est] *om.* Φ (-γ) dicendum γ 321 intelligitur] intellectus Φ 323 essentialiter] realiter Φ

304 *Ethic.* VI 11 (1144 b 32). 322 *Metaph.* I 2 (982 a 17) ut dicitur infra q. 22 a. 13 arg. 14.

1 Parall.: *I Pars* q. 22 a. 2; *Cont. Gent.* III c. 64; *Super Sent. I* d. 39 q. 2 a. 2; *Comp. theol.* cap. 123; *De subst. separ.* cap. 13-15. 6 § 1 (PG 3, 693 B; Dion. 146). 13 se...opposita: Arist. *Metaph.* IX 2 (1046 b 4) ut refert Thomas e. g. *Super Sent. II* d. 7 q. 1 a. 1 arg. 1 et infra q. 22 a. 5 sed c. 5.

voluntatem praesupponit, natura autem est principium uniforme quia determinatur ad unum; ergo natura praecedit providentiam: non igitur res naturales providentia reguntur.

3. Sed dicebat quod principium uniforme praecedit multiforme in eodem non in diversis. — Sed contra, quanto aliquod principium maiorem habet virtutem causandi tanto est prius; sed quanto magis est uniforme maiorem habet virtutem in causando quia, ut dicitur in libro De causis, « omnis virtus unita plus est infinita quam multiplicata »; ergo sive in eodem sive in diversis accipiantur, uniforme principium multiforme praecedet.

4. Praeterea, secundum Boetium in sua Arithmetica, omnis inaequalitas ad aequalitatem reducitur et multitudo ad unitatem; ergo et omnis actio voluntatis, quae multiplicitatem habet, ad actionem naturae, quae simplex est et aequalis, reduci debet; et ita oportet quod primum agens per essentiam suam et naturam agat et non per providentiam, et sic idem quod prius.

5. Praeterea, illud quod est de se determinatum ad unum non indiget aliquo regente quia
68rb ad hoc | alicui regimen adhibetur ne in contrarium dilabatur; res autem naturales per propriam naturam sunt determinatae ad unum; ergo non indigent providentia gubernante.

6. Sed dicebat quod ad hoc providentiae gubernatione indigent ut conserventur in esse. — Sed contra, illud in quo non est potentia ad corruptionem non indiget exteriori conservante; sed quaedam res sunt in quibus non est potentia ad corruptionem quia nec ad generationem, sicut patet in corporibus caelestibus et substantiis spiritualibus, quae sunt principales partes mundi; ergo huiusmodi non indigent providentia conservante in esse.

7. Praeterea, quaedam sunt in rerum natura quae nec etiam Deus potest mutare, sicut hoc principium quod ' non est de eodem affirmare et negare ' et ' quod fuit non potest non fuisse ', ut Augustinus dicit in libro Contra Faustum: ergo ad minus huiusmodi providentia gubernante et conservante non indigent.

8. Praeterea, ut Damascenus dicit in II libro, « non est conveniens alium esse factorem rerum et alium provisorem ». Sed corporalia non sunt facta a Deo cum Deus sit spiritus: non enim videtur quod spiritus possit producere aliquod corpus, sicut nec corpus potest aliquem spiritum producere; ergo huiusmodi corporalia a divina providentia non reguntur.

9. Praeterea, gubernatio rerum ipsam rerum distinctionem concernit; sed rerum distinctio non videtur esse a Deo quia ipse se habet uniformiter ad omnia, ut dicitur in libro De causis; ergo res non gubernantur per divinam providentiam.

10. Praeterea, quae sunt in se ipsis ordinata non oportet ab alio ordinari; sed res naturales sunt huiusmodi quia, ut dicitur II De anima, « omnium natura constantium est terminus et ratio magnitudinis et augmenti »; ergo res naturales non ordinantur per providentiam divinam.

11. Praeterea, si res gubernantur per divinam providentiam, ex ordine rerum poterimus divinam providentiam perscrutari; sed, sicut dicit Damascenus in II libro, « oportet omnia admirari, omnia laudare, omnia imperscrutate acceptare quae providentiae sunt »; ergo providentia mundus non regitur.

SED CONTRA est quod Boetius dicit « O qui perpetua mundum ratione gubernas ».

2. Praeterea, quaecumque habent certum

A 26 multiplicata (*ex* imultiplicata pA) *em.* A 72 ut dicitur...ergo] ergo *praem.* pA 79 ratio] et *add.* pA 80 ergo] . § (*scil. signum novae paragr.*) *praem.* pA 91 quaecumque *scrips.*] quemcumque A

Φ 17 unum] genus *add.* Φ 28 praecedet] precedit *ante* multiforme Φ 35 primum] principium Φ (-γ) *non liquet* γ 49 quia nec] neque Φ 54 quaedam] principia *praem.* Φ 55 nec] neque Φ 56 quod] sicut *praem.* Φ 68 a divina] domini Φ (-γ) divina γ 78 constantium] existentium Σ 86 imperscrutate] *om.* α perscrutari β etiam perscrutari γ

16 determinatur ad unum: cf. Arist. *Metaph.* IX 2 (1046 b 5). 25 Prop. 17 (16). 30 II c. 1 (PL 63, 1113). 50 sicut...spiritualibus: Arist. *De caelo* I 6 (270 a 12) ut refert Thomas *Cont. Gent.* I c. 20, Dionys. *De div. nom.* cap. 4 § 1 (PG 3, 693 B; Dion. 147) ut refert Thomas *Cont. Gent.* II c. 55 et *I Pars* q. 9 a. 2. 58 XXVI c. 5 (PL 42, 481) ut refert Thomas *Super Sent. I* d. 42 q. 2 a. 2. 62 *De fide* II c. 29 (PG 94, 964 A; Bt 155). 72 Prop. 20 (19) et 24 (23) et comm. 78 Cap. 4 (416 a 16) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 145,13). 85 *De fide* II c. 29 (PG 94, 964 C; Bt 156). 89 *De consol.* III metr. 9 (PL 63, 758) ut refert Thomas *I Pars* q. 103 a. 1 sed c.

ordinem oportet quod aliqua providentia regantur; sed res naturales tenent certum ordinem in suis motibus; ergo providentia reguntur.

3. Praeterea, ea quae sunt diversa non conservantur in aliqua coniunctione nisi per aliquam providentiam gubernantem, unde etiam quidam philosophi coacti sunt ponere animam esse harmoniam propter conservationem contrariorum in corpore animalis; sed in mundo videmus contraria et diversa ad invicem colligata permanere; ergo mundus providentia regitur.

4. Praeterea, sicut dicit Boetius in IV De consolatione, « fatum singula in motu digerit locis, formis ac temporibus distributa, et haec temporis ordinis explicatio in divinae mentis adunata prospectu providentia est »: cum ergo videamus res esse distinctas secundum formas et tempora et loca, necesse est ponere fatum et sic etiam providentiam.

5. Praeterea, omne illud quod per se non potest conservari in esse indiget aliquo gubernante quo conservetur; sed res creatae per se in esse conservari non possunt quia quae ex nihilo facta sunt, per se in nihilum tendunt, ut Damascenus dicit; ergo oportet esse providentiam gubernantem res.

RESPONSIO. Dicendum quod providentia respicit ordinem ad finem, et ideo quicumque causam finalem negant oportet quod negent per consequens providentiam, ut Commentator dicit in II Physicorum. Negantium autem causam finalem antiquitus duplex fuit positio: quidam enim antiquissimi philosophi posuerunt tantum causam materialem, unde cum non ponerent causam agentem, nec finem ponere poterant qui non est causa nisi in quantum movet agentem; alii autem posteriores ponebant causam agentem, nihil dicentes de causa finali. Et secundum utrosque omnia procedebant ex necessitate causarum praecedentium vel materiae vel agentis.

Sed haec positio hoc modo a philosophis improbatur. Causa enim materialis et agens in quantum huiusmodi sunt effectui causa essendi. Non autem sufficiunt ad causandum bonitatem in effectu secundum quam sit conveniens et in se ipso ut permanere possit et aliis ut eis opituletur: verbi gratia calor de sui ratione quantum ex se est habet dissolvere; dissolutio autem non est conveniens et bona nisi secundum aliquem certum terminum et modum; unde nisi poneremus aliam causam praeter calorem et huiusmodi agentia in natura, non possemus assignare causam quare res convenienter fiant et bene. Omne autem quod non habet causam determinatam casu accidit, et ideo oporteret secundum positionem praedictam ut omnes convenientiae et utilitates quae inveniuntur in rebus essent casuales, quod etiam Empedocles posuit dicens casu accidisse ut per amicitiam hoc modo congregarentur | partes animalium ut animal salvari posset, et quod multotiens accidit. Hoc autem non potest esse: ea enim quae casu accidunt proveniunt in minori parte; videmus autem huiusmodi convenientias et utilitates accidere in operibus naturae aut semper aut in maiori parte, unde non

68va

A 106 motu *sic* A (*cf. Summa fr. Alexandri* I Pars a. 214, *Bonaventura Super Sent. II* p. 364, *etc.*] motum *Boetius* 108 temporis *sic* A] temporalis *Boetius* 109 prospectu (*cum quibusdam codd. Boetii, Bonaventura l. c., etc.*) A] prospectum (*potius*) *Boetius* 132 omnia] nec (*fort. inc.* necesse *?*) *praem.* pA 142 ex] d *praem.* pA est] semper *add.* pA 146 agentia (*ex* agentiam pA) *em.* A 150 oporteret] quod *add.* pA 153 ut] quod (*ras. deletum*) *praem.* pA 155 et quod *sup. lin.* A] *om.* pA 156 Hoc...ea enim quae casu accidunt] ea autem que fiunt casu *praem.* pA

Φ 106 digerit] dirigit Φ 107 haec] non α ipsa autem γ ipsa δ 129 poterant] potuerunt Φ 132 ex] de Φ 133 materiae] nature Φ 139 sit] sumitur α sumitur *add.* γ effectus *add.* δ 140 et[2]] in *add.* Φ (-δ) 141 ut eis *om.* Φ (-δ) 142 ex] de Φ 145 nisi] si non Φ (-δ^1) si δ^1 149 et ideo] unde Φ 153 accidisse] evenisse Φ

93 res...motibus: cf. Arist. *Phys.* VIII 3 (252 a 11) et *De part. animal.* I c. 5 (645 a 23). 99 quidam philosophi: Empedocles ex Arist. *De anima* I 9 (408 a 19) et Dinarchus [ex Nemesii *De nat. hom.* cap. 2 (PG 40, 537 A; Bd [27])] ut refert Thomas *Cont. Gent.* II c. 64. 106 Prosa 6 (PL 63, 815 A). 118 *De fide* II c. 27 (PG 94, 960 C; Bt 152). 124 Comm. 75 (IV, 75 M). 126 antiquissimi philosophi: Democritus et quasi omnes Antiqui Naturales ut refert Thomas *Super Sent. I* d. 39 q. 2 a. 2, cf. Arist. *Metaph.* I 4, 7 et 11 (983 b 6, 985 b 5 et 988 a 25). 130 posteriores: Empedocles et Pythagoras ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 1 q. 1 a. 1, cf. Arist. *Metaph.* I 6 et 8 (985 a 2 et 986 a 33). 135 philosophis: cf. Arist. *Phys.* II 12 sqq. (198 b 10 sqq.), Avicenna *Suffic.* I c. 14 (f. 21^{v}), Averroes *Phys.* II comm. 75 (IV, 75-77). 153 Cf. Arist. *Phys.* II 12 (198 b 16) et *De part. animal.* I c. 1 (640 a 19).

potest esse quod casu accidant, et ita oportet quod procedant ex intentione finis.

Sed id quod intellectu caret vel cognitione, non potest directe in finem tendere nisi per aliquam cognitionem ei praestituatur finis et dirigatur in ipsum: unde oportet, cum res naturales cognitione careant, quod praeexistat aliquis intellectus qui res naturales in finem ordinet ad modum quo sagittator dat sagittae certum motum ut tendat ad determinatum finem; unde sicut percussio quae fit per sagittam non tantum dicitur opus sagittae sed proicientis, ita etiam omne opus naturae dicitur a philosophis opus intelligentiae. Et sic oportet quod per providentiam illius intellectus qui ordinem praedictum naturae indidit, mundus gubernetur. Et similatur providentia ista qua Deus mundum gubernat providentiae oeconomicae qua aliquis gubernat familiam, vel politicae qua aliquis gubernat civitatem aut regnum, per quam aliquis ordinat actus aliorum in finem: non enim potest esse in Deo providentia respectu sui ipsius cum quicquid est in eo sit finis non ad finem.

1. Ad primum igitur dicendum quod similitudo Dionysii quantum ad hoc attenditur quod sicut sol nullum corpus excludit, quantum in ipso est, a sui luminis communicatione, ita etiam nec divina bonitas aliquam creaturam a sui participatione, non autem quantum ad hoc quod sine cognitione et electione operetur.

2. Ad secundum dicendum quod principium aliquod potest dici multiforme dupliciter: uno modo quantum ad ipsam essentiam principii, in quantum scilicet est compositum, et sic multiforme principium oportet esse posterius uniformi; alio modo secundum respectum ad effectus, ut dicatur illud principium multiforme quod ad multa se extendit, et sic multiforme est prius quam uniforme quia quanto aliquod principium est simplicius tanto se extendit ad plura. Et per hunc modum voluntas dicitur multiforme principium, natura autem uniforme.

3. Ad tertium dicendum quod ratio illa procedit de uniformitate principii secundum suam essentiam.

4. Ad quartum dicendum quod Deus per essentiam suam est causa rerum, et ita ad aliquod simplex principium reducitur omnis rerum pluralitas. Sed essentia eius non est causa rerum nisi secundum quod est scita, et per consequens secundum quod est volita communicari creaturae per viam assimilationis: unde res ab essentia divina per ordinem scientiae et voluntatis procedunt, et ita per providentiam.

5. Ad quintum dicendum quod ista determinatio qua res naturalis determinatur ad unum non est ei ex se ipsa sed ex alio, et ideo ipsa determinatio ad effectum convenientem providentiam demonstrat, ut dictum est.

6. Ad sextum dicendum quod corruptio et generatio possunt accipi dupliciter: uno modo secundum quod generatio et corruptio sunt ex ente contrario et in ens contrarium, et hoc modo potentia ad generationem et corruptionem inest alicui secundum quod eius materia est in potentia ad contrarias formas, et hoc modo corpora caelestia et substantiae spirituales nec ad generationem nec ad corruptionem potentiam habent; alio modo dicuntur communiter pro quolibet exitu rerum in esse et pro quolibet transitu in non esse, ut sic etiam creatio per quam aliquid ex nihilo ad esse deducitur generatio dicatur, et ipsa rei annihilatio dicatur corruptio. Dicitur autem aliquid habere potentiam ad generationem, per hunc modum, per hoc quod est potentia in agente ad ipsius productionem; et similiter dicitur aliquid habere potentiam ad corruptionem quia in agente est potentia ut deducat illud in non esse. Et secundum hoc omnis creatura habet potentiam ad corruptionem. Cuncta enim quae Deus in esse produxit potest etiam reducere in non esse, cum ad hoc quod creaturae subsi-

A 173 opus] *idem conf. praem.* pA 176 indidit] instituit *praem.* pA 205 illa (*ex* illam pA) *em.* A 211 essentia *scrips.*] scientia (*fort. mendum Thomae e lapsu dictionis*) A 212 nisi secundum] s *praem.* pA 231 modo] secundum *add.* pA 238 per hoc] non quia *praem.* pA 245 non esse] e *praem.* pA

Φ 161 quod] ut Φ (-δ) 179 aliquis] quis Φ 188 ipso] se Φ 202 per] secundum Φ 211 essentia *coni.* β γ] scientia (*induc.* A) α δ 227 materia] natura Φ 230 nec... nec] neque...neque Φ 231 modo] hec *add.* Φ 233 ut] et Φ 235 dicatur] dicitur Φ 239 ipsius] ipsam Φ 241 illud] illum Φ (-δ) 245 cum] tamen Φ (-δ) unde δ

173 opus naturae...: cf. supra q. 3 a. 1 208 in nota. 200 quanto...plura: cf. supra q. 2 a. 3 176 in nota.

stant oportet quod semper in eis Deus esse operetur, ut Augustinus dicit Super Genesim ad litteram, non per modum quo domus fit ab artifice, cuius actione cessante adhuc domus manet, sed per modum quo illuminatio aeris est a sole: unde ex hoc ipso quod non praeberet creaturae esse, quod in eius voluntate est constitutum, creatura in nihilum redigeretur.

7. Ad septimum dicendum quod necessitas principiorum dictorum consequitur providentiam divinam et dispositionem: ex hoc enim quod res productae sunt in tali natura, in qua habent esse terminatum, sunt distinctae a suis negationibus; ex qua distinctione sequitur quod affirmatio et negatio non sit simul vera; et ex hoc est necessitas in omnibus aliis principiis, ut dicitur in IV Metaphysicae.

8. Ad octavum dicendum quod effectus non potest esse praestantior causa, potest autem inveniri deficientior quam causa: et quia corpus | naturaliter est inferius spiritu, ideo corpus *68vb* non potest spiritum producere sed e contrario.

9. Ad nonum dicendum quod Deus secundum hoc similiter dicitur se habere ad res quod in eo nulla est diversitas; et tamen ipse est causa diversitatis rerum secundum quod per scientiam suam rationes diversarum rerum penes se continet.

10. Ad decimum dicendum quod ordo ille qui est in natura non est ei a se sed ab alio, et ideo indiget natura providentia a qua talis instituatur in ea.

11. Ad undecimum dicendum quod creaturae deficiunt a repraesentatione Creatoris, et ideo per creaturas nullo modo perfecte possumus devenire in Creatoris cognitionem; et etiam propter imbecillitatem intellectus nostri qui nec totum hoc de Deo potest ex creaturis accipere quod creaturae manifestant de Deo. Et ideo prohibemur perscrutari ea quae in Deo sunt, ne scilicet velimus ad finem inquisitionis pervenire, quod nomen perscrutationis ostendit: sic enim non crederemus de Deo nisi quod noster intellectus capere posset; non autem prohibemur scrutari cum ista modestia ut recognoscamus nos insufficientes ad perfectam comprehensionem, et ideo Hilarius dicit quod « qui pie infinita persequitur, etsi numquam perveniat, semper tamen proficiet prodeundo ».

Articulus tertius

Tertio quaeritur utrum divina providentia ad corruptibilia se extendat. Et videtur quod non: causa enim et effectus sunt eiusdem coordinationis; sed creaturae corruptibiles sunt causae culpae, ut patet quod species mulieris est fomentum et causa luxuriae, et Sap. XIV[11] dicitur quod « creaturae Dei factae sunt in muscipulam pedibus insipientium »; cum ergo culpa sit extra ordinem providentiae divinae, videtur quod ordini providentiae corruptibilia non subdantur.

2. Praeterea, nihil provisum a sapiente est corruptivum effectus eius quia sic contrariaretur sapiens sibi ipsi eadem aedificans et destruens; sed in rebus corruptibilibus invenitur una contraria alteri et corruptiva illius; ergo non sunt provisa a Deo.

3. Praeterea, sicut dicit Damascenus in II libro, « necesse est omnia quae providentia fiunt, secundum rectam rationem et optimam et Deo decentissimam fieri et sicut potest melius fieri »; sed corruptibilia possent fieri me-

A 252 eius] q *add.* pA 256 et...ex hoc] . ex hoc *praem.* pA 257 in qua...terminatum *in marg.* A] *om.* pA 263 effectus] causa *praem.* pA 277 qua *scrips. cum* δ] quo A 281 perfecte] perficere *praem.* pA
9 sit extra] non *praem.* pA 13 effectus eius] sui *praem.* pA 20 optimam] optima *Damascenus* 21 Deo] *idem conf. praem.* pA 21 decentissimam *em.* A] *conf.* pA decentissima *Damasc.*

Φ 249 cuius] cum Φ 260 sit] sunt Φ vera] natura (*induc.* A) Φ 271 eo] deo Φ 273 suam *om.* Φ 277 qua] quo (*induc.* A) Φ (-δ) 284 nec] neque Φ 291 cum ista *inv.* Φ 293 ideo] etiam *add.* Φ (-δ) sic etiam δ 294 persequitur] prosequitur Φ (-δ) perscrutatur δ
5 causae] causa Φ quod] quia Φ 10 corruptibilia] corporalia Σ 11 subdantur] subduntur Φ 13 contrariaretur] contrarietur Φ 16 illius] ipsius Φ 22 possent] possunt Σ

248 IV c. 12 (PL 34, 304) et VIII c. 12 (PL 34, 383) ut refert Thomas *I Pars* q. 104 a. 1. 262 *Metaph.* IV 6 (1005 b 32). 293 *De Trin.* II 10 (PL 10, 59 A) ut refert Thomas *Cont. Gent.* I c. 8.
1 Parall.: *I Pars* q. 22 a. 2; *Super Sent. I* d. 39 q. 2 a. 2; *Comp. theol.* cap. 123, 132 et 133; *De subst. separ.* cap. 13-15. 19 *De fide* II c. 29 (PG 94, 964 A; Bt 155).

liora quia incorruptibilia; ergo providentia divina ad corruptibilia se non extendit.

4. Praeterea, omnia corruptibilia de sua natura corruptionem habent, alias non esset necesse omnia corruptibilia corrumpi; sed corruptio, cum sit defectus, non est provisa a Deo qui non potest esse causa alicuius defectus; ergo naturae corruptibiles non sunt provisae a Deo.

5. Praeterea, sicut dicit Dionysius in IV De divinis nominibus, providentiae non est naturam perdere sed salvare: ergo providentiae omnipotentis Dei est res perpetuo salvare; sed corruptibilia non perpetuo salvantur; ergo non subiacent divinae providentiae.

SED CONTRA est quod dicitur Sap. XIV[3] « Tu autem Pater gubernas omnia providentia ».

2. Praeterea, Sap. XIII dicitur quod ipse est Deus « cui est cura de omnibus »: ergo tam corruptibilia quam incorruptibilia eius providentiae subsunt.

3. Praeterea, sicut dicit Damascenus in II libro, « non est conveniens alium esse factorem rerum et alium provisorem »; sed Deus est causa efficiens omnium corruptibilium; ergo et eorum provisor.

RESPONSIO. Dicendum quod providentia Dei qua res gubernat, ut dictum est, est similis providentiae qua paterfamilias gubernat domum aut rex civitatem aut regnum; in quibus gubernationibus hoc est commune quod bonum commune est eminentius quam bonum singulare, sicut bonum gentis est divinius quam bonum civitatis vel familiae vel personae, ut habetur in principio Ethicorum; unde quilibet provisor plus attendit quid communitati conveniat, si sapienter gubernat, quam quid conveniat uni tantum. Hoc ergo quidam non attendentes, considerantes in rebus corruptibilibus aliqua quae possent meliora esse secundum se ipsa considerata, non attendentes ordinem universi secundum quem optime collocatur unumquodque in ordine suo, dixerunt ista corruptibilia non gubernari a Deo sed sola incorruptibilia: ex quorum persona dicitur Iob XXII[14] « Nubes latibulum eius », scilicet Dei, « nec nostra considerat sed circa cardines caeli perambulat »; haec autem corruptibilia posuerunt vel omnino absque gubernatore temere agi vel a contrario principio gubernari. Quam positionem Philosophus in XI Metaphysicae refellit per similitudinem exercitus, in quo invenimus duplicem ordinem, unum quo exercitus partes ordinantur ad invicem, alium quo ordinantur ad bonum exterius, scilicet bonum ducis; et ordo ille quo partes exercitus ordinantur ad invicem, est propter illum ordinem quo totus exercitus ordinatur ad ducem; unde si non esset ordo ad ducem non esset ordo partium exercitus ad invicem. Quamcumque ergo multitudinem invenimus ordinatam ad invicem, oportet eam ordinari ad exterius principium. Partes autem universi corruptibiles et incorruptibiles sunt ad invicem | ordinatae non per accidens *69ra* sed per se: videmus enim ex corporibus caelestibus utilitates provenientes in corporibus corruptibilibus vel semper vel in maiori parte secundum eundem modum. Unde oportet omnia corruptibilia et incorruptibilia esse in uno ordine providentiae principii exterioris

A 46 rerum et] et *praem.* pA 69 sed] *litt. imp. add.* pA 71 omnino] omnia *imp. praem.* pA 75 exercitus *in marg.* A] *trans. ad lin. om.* pA 78 ordinantur] ordi *in fine lin. praem.* pA

Φ 23 divina] dei Σ 25 sua] sui Φ 27 corruptibilia] corporalia Σ (-δ[1]) 30 naturae] creature Φ 32 IV] iii (*seu* 3) Φ 36 perpetuo] perpetue Φ 38 XIV] xliii (*seu* 43) Φ (-δ) 46 rerum et] *om.* δ rerum Φ (-δ) 55 divinius] eminentius Φ 56 bonum *om.* Σ 60 ergo] autem Φ 69 nec] neque Φ cardines] ordines α δ cardinales γ 71 temere agi] essentia (*seu* essentie) agi Σ intelligi β 72 positionem] opinionem Φ 73 refellit] reprobat α δ aliter refellit reprobat β 77 scilicet] ad *add.* Φ 79 propter] per Φ (-δ) 88 provenientes] provenire Φ 89 vel[1]] ut Φ

28 Deo...defectus: August. ut supra q. 1 a. 8 63. 33 § 33 (PG 3, 733 B; Dion. 312). 38 Sap. XIV[3]: cf. supra a. 1 98 in nota. 40 Rectius XII[13]. 45 *De fide* II c. 29 (PG 94, 964 A; Bt 155). 50 dictum est: supra a. 2. 57 *Ethic.* I 2 (1094 b 10). 60 quidam: ' opinio quorundam Peripateticorum ' ut refert Thomas *Super Dion. De div. nom.* cap. 3 lect. unica, ' Commentator...in XI Metaphysicae ' [= *Metaph.* XII comm. 37 et 52 (VIII, 320 I et 338 E)] ut refert Thomas *Super Sent. I* d. 39 q. 2 a. 2, cf. etiam Moyses Maim. *Dux neutr.* III c. 18 opinio 2[a]. 71 absque...agi: opinio Antiquorum Naturalium et Antiquissimorum Philosophorum, Democriti et Leucippi ut refert Thomas *Cont. Gent.* II c. 39, *Super Sent. I* d. 39 q. 2 a. 2 et supra a. 2 126, opinio Epicureorum ut refert Thomas *I Pars* q. 22 a. 2 ex Nemesii *De nat. hom.* cap. 44 (PG 40, 796 B; Bd [124]). 72 a...gubernari: Manichaei ut refert Thomas *I Pars* q. 8 a. 3 ex August. *De haeres.* § 46 (PL 42, 35). 73 *Metaph.* XI (= XII) 12 (1075 a 11).

quod est extra universum: unde Philosophus concludit quod necesse est ponere in universo unum dominatum et non plures.

Sciendum tamen quod aliquid providetur dupliciter, uno modo propter se, alio modo propter aliud: sicut in domo propter se providentur ea in quibus consistit essentialiter bonum domus, sicut filii, possessiones et huiusmodi; alia vero providentur ad horum utilitatem, ut vasa, animalia et huiusmodi. Et similiter in universo illa propter se providentur in quibus consistit essentialiter perfectio universi, et haec perpetuitatem habent sicut et universum perpetuum est; quae vero perpetua non sunt non providentur nisi propter aliud. Et ideo substantiae spirituales et corpora caelestia, quae sunt perpetua et secundum speciem et secundum individuum, sunt provisa propter se et in specie et in individuo; sed corruptibilia perpetuitatem non possunt habere nisi in specie, unde species ipsae sunt provisae propter se, sed individua eorum non sunt provisa nisi propter perpetuum esse speciei conservandum. Et secundum hoc salvatur opinio illorum qui dicunt quod ad huiusmodi corruptibilia non se extendit divina providentia nisi secundum quod participant naturam speciei: hoc enim est verum ⟨si⟩ intelligatur de providentia qua aliqua propter se providentur.

1. Ad primum ergo dicendum quod creaturae corruptibiles non sunt per se causa culpae sed occasio tantum et per accidens causa; causa autem per accidens et effectus non oportet esse unius coordinationis.

2. Ad secundum dicendum quod sapiens provisor non solum attendit quid expediat uni eorum quae suae providentiae subduntur, sed magis quid competat omnibus: quamvis ergo corruptio alicuius rei in universo non sit ei conveniens, competit tamen perfectioni universi, quia per continuam generationem et corruptionem individuorum conservatur esse perpetuum in speciebus, in quibus per se consistit perfectio universi.

3. Ad tertium dicendum quod, quamvis res corruptibilis melior esset si incorruptibilitatem haberet, melius tamen est universum quod ex corruptibilibus et incorruptibilibus constat quam quod ex incorruptibilibus tantum constaret, quia utraque natura bona est, scilicet corruptibilis et incorruptibilis: melius autem est esse duo bona quam unum tantum. Nec multiplicatio individuorum in una natura posset aequivalere diversitati naturarum, cum bonum naturae, quod est communicabile, praemineat bono individuali, quod est singulare.

4. Ad quartum dicendum quod, sicut tenebrae sunt a sole non ex hoc quod aliquid agat sed ex hoc quod lumen non immittit, ita corruptio est a Deo non quasi aliquid agente sed non tribuente permanentiam.

5. Ad quintum dicendum quod illa quae propter se providentur a Deo, perpetuo manent; non autem hoc oportet de illis quae propter se non providentur, sed oportet ea tantum manere quantum est necessarium his propter quae providentur; et ideo particularia quaedam, quia propter se non sunt provisa, corrumpuntur, ut ex dictis patet.

Articulus quartus

Quarto quaeritur utrum omnes motus et actiones horum inferiorum corporum subdantur divinae providentiae. Et videtur quod non: Deus enim non est provisor eius cuius non est actor, quia « non est conveniens ponere alium provisorem et alium con-

A 103 in quibus] que *praem.* pA 111 corruptibilia] corporalia (*casu non deletum*) *praem.* A, *et delevimus* perpetuitatem non... habere] non habent *praem.* pA 119 est] non *praem.* pA ⟨si⟩ *suppl.*] nisi pA *om.* A 141 ex incorruptibilibus] inco *praem.* pA

Φ 96 providetur dupliciter] provideri dicitur Φ 98 aliud] alia Φ 107 aliud] alium Φ (-δ^1) 111 perpetuitatem] *om.* α γ *post* habere δ 119 ⟨si⟩ *suppl.* Φ 122 ergo *om.* Φ (-δ^1) 125 oportet...coordinationis] sunt unius et eiusdem coordinationis vel non oportet esse Φ 144 Nec] neque Φ 148 individuali] individui Φ 151 immittit] emittit Φ 160 se] non providentur vel *add.* Φ
6 et] aut Φ

93 Philosophus: hic supra (1076 a 4) sec. transl. mediam (ed. Geyer, p. 531,91-92).
1 Parall.: ut supra a. 3.

ditorem », ut Damascenus dicit in II libro; sed Deus non est actor mali cum omnia, in quantum ab eo sunt, bona sint; cum igitur in motibus et actionibus horum inferiorum multa mala accidant, videtur quod non omnes motus horum inferiorum divinae providentiae subsint.

2. Praeterea, contrarii motus non videntur esse unius ordinis; sed in istis inferioribus inveniuntur contrarii motus et contrariae actiones; ergo impossibile est quod omnes cadant sub ordine divinae providentiae.

3. Praeterea, nihil cadit sub providentia nisi ex hoc quod ordinatur in finem; sed malum non ordinatur in finem, quinimmo malum est privatio ordinis; ergo malum non cadit sub providentia; in his autem inferioribus multa mala accidunt; ergo etc.

4. Praeterea, non est prudens qui sustinet aliquod malum evenire in illis quorum actus eius providentiae subsunt, si possit impedire; sed Deus est prudentissimus et potentissimus; cum ergo multa mala eveniant in his inferioribus, videtur quod particulares actus horum inferiorum divinae providentiae non subdantur.

5. Sed dicebat quod Deus ideo permittit mala fieri quia potest ex eis elicere bona. — Sed contra, bonum est potentius quam malum; ergo magis ex bono potest elici bonum quam ex malo; ergo non est necesse quod Deus mala permittat fieri ut eliciat ex eis bona.

6. Praeterea, sicut Deus condidit omnia per suam bonitatem, ita etiam omnia sua bonitate gubernat, ut Boetius dicit in IV De consolatione; sed divina bonitas non permittit ut aliquid ab eo malum producatur; | ergo nec divina bonitas permittet aliquid malum suae providentiae subesse. 69rb

7. Praeterea, nullum provisum est casuale: si ergo omnes motus horum inferiorum essent provisi, nihil casu accideret et ita omnia ex necessitate contingerent, quod est impossibile.

8. Praeterea, si omnia ex necessitate materiae contingerent in his inferioribus, haec inferiora non regerentur providentia, ut Commentator dicit II Physicorum; sed multa in his inferioribus accidunt ex necessitate materiae; ergo ad minus ista divinae providentiae non subduntur.

9. Praeterea, nullus prudens permittit bonum ut veniat malum: ergo eadem ratione nullus prudens permittit malum ut veniat bonum; sed Deus est prudens; ergo non permittit mala fieri ut bona eveniant, et ita videtur quod mala quae fiunt in his inferioribus non cadant etiam sub providentia concessionis.

10. Praeterea, illud quod est reprehensibile in homine, nullo modo Deo attribuendum est; sed hoc reprehenditur in homine ut faciat mala ad bonum consequendum, ut patet Rom. III[8] « Sicut blasphemamur, et sicut quidam aiunt nos dicere: faciamus mala ut veniant bona »; ergo Deo non competit ut sub eius providentia cadant mala ut bona ex eis eliciantur.

11. Praeterea, si actus inferiorum corporum divinae providentiae subderentur, hoc modo agerent secundum quod divinae iustitiae conveniret; sed non hoc modo inveniuntur inferiora elementa agere, quia ignis aequaliter comburit domum iusti hominis et iniusti; ergo actus inferiorum corporum non subduntur providentiae divinae.

SED CONTRA est quod dicitur Matth. X[29] « Nonne duo passeres asse veneunt et unus ex eis non cadet in terram sine Patre vestro? » ubi dicit glosa « Magna est Dei providentia quam

A 7 sed...cum omnia] cum omnia *praem.* pA 8 in] que *praem.* pA 14 unius *conf.* pA] *clare post* ordinis A, *et ordinem dictatorum restituimus* 27 potentissimus (*e* potenssimus pA) *em.* A 28 multa (*ex* imulta pA) *em.* A 35 necesse] me *conf. praem.* pA 45 horum] in his *praem.* pA 47 necessitate] nu *conf. et imp. praem.* pA 55 permittit] facit *praem.* pA 57 ut *scrips.*] *conf.* A 60 fiunt] divine *add.* pA inferioribus] divine *add.* pA cadant (*e* candant pA) *em.* A 72 divinae *em.* A] *conf.* pA 73 non *sup. lin.* A] *om.* pA 75 hominis] *idem conf. et imp. praem.* pA

Φ 9 sint] sunt Φ 12 subsint] subsunt Φ 23 ergo *om.* Σ 26 possit impedire] possunt precaveri vel impediri Φ 34 ex[1]] de Φ 41 nec] non *post* bonitas Φ 42 permittet] permittit vel dimittit Φ 53 ista] illa Φ 56 eadem ratione] similiter α δ^1 similiter *add* γ (*def.* δ^2) 60 etiam] *om.* Φ (-δ^2) *ante* non cadant δ^2 66 sicut[2] *om.* Φ (-δ) 80 cadet] cadit Φ

7 Ioh. Damasc. ut supra a. 3 19 in nota. 8 actor mali: August. ut supra q. 1 a. 8 63. 20 malum...ordinis: August. *De nat. boni* cap. 4 (PL 42, 553) ut refert Thomas *I-II* q. 84 a. 3 ad 2. 32 potest...bona: August. *Enchir.* cap. 11 (PL 40, 236) ut refert Thomas *I Pars* q. 2 a. 3 ad 1. 33 bonum...malum: Dionys. *De div. nom.* cap. 4 § 31 (PG 3, 732 B; Dion. 303) ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 33 expos. textus. 40 Prosa 6 (PL 63, 817 B et 820 B). 51 Comm. 75 (IV, 75 M). 81 *Ordin.* ibid.

nec parva latent »: ergo etiam minimi motus horum inferiorum subduntur providentiae.

2. Praeterea, Augustinus dicit VIII Super Genesim ad litteram, secundum divinam providentiam videmus « caelestia superius ordinari inferiusque terrestria, luminaria sideraque fulgere, diei noctisque vices agitari, aquis terram fundatam interlui atque circumlui, aerem altius superfundi, arbusta et animalia concipi et nasci, crescere et senescere, occidere et quicquid aliud in rebus interiori naturalique motu geritur »: ergo omnes motus inferiorum corporum subduntur divinae providentiae.

RESPONSIO. Dicendum quod, cum idem sit primum principium rerum et ultimus finis, eodem modo aliqua progrediuntur a principio primo et ordinantur in finem ultimum; in progressu autem rerum a principio invenimus quod ea quae sunt propinqua principio esse indeficiens habent, quae vero distant habent esse corruptibile, ut dicitur in II De generatione; unde et in ordine rerum ad finem illa quae sunt propinquissima fini ultimo indeclinabiliter tenent ordinem ad finem, quae vero remota quandoque ab illo ordine declinant. Eadem autem sunt propinqua vel remota respectu principii et finis: unde incorruptibilia sicut habent esse indeficiens ita numquam declinant in suis actibus ab ordine ad finem, sicut sunt corpora caelestia quorum motus numquam a cursu naturali exorbitant; in corruptibilibus vero corporibus multi motus proveniunt praeter rectum ordinem ex defectu naturae. Unde Philosophus in XI Metaphysicae dicit quod in ordine universi substantiae incorruptibiles similantur liberis in domo qui semper operantur ad bonum domus, sed corpora corruptibilia comparantur servis et animalibus in domo quorum actiones frequenter exeunt ab ordine gubernantis domum; et propter hoc etiam Avicenna dicit quod ultra orbem lunae non est malum sed solum in his inferioribus.

Nec tamen isti actus deficientes a recto ordine in rebus inferioribus omnino sunt extra ordinem providentiae. Dupliciter enim aliquid subest providentiae, uno modo sicut ad quod aliquid ordinatur, alio modo sicut quod ad alterum ordinatur; in ordine autem eorum quae sunt ad finem omnia intermedia sunt fines et ad finem, ut dicitur in II Physicorum et V Metaphysicae. Et ideo quicquid est in recto ordine providentiae cadit sub providentia non solum sicut ordinatum ad aliud, sed sicut ad quod aliud ordinatur; sed illud quod exit a recto ordine cadit sub providentia solum secundum quod ordinatur ad aliud, non quod aliquid ordinetur ad ipsum. Sicut actus virtutis generativae qua homo generat hominem perfectum in natura, est ordinatus a Deo ad aliquid, scilicet ad formam humanam, et ad ipsum ordinatur aliquid, scilicet vis generativa; sed actus deficiens quo interdum | monstra generantur in natura, ordinatur quidem a Deo ad aliquam utilitatem, sed ad hoc nihil aliud ordinatur: incidit enim ex defectu alicuius causae. Et respectu primi est providentia approbationis, respectu autem secundi est providentia concessionis, quos duos modos providentiae Damascenus ponit in II libro. 69va

Sciendum tamen quod quidam praedictum providentiae modum retulerunt tantum ad species naturalium rerum, non autem ad singularia nisi in quantum participant in natura communi, quia non ponebant Deum cognoscere singularia: dicebant enim quod Deus taliter

A 84 Praeterea Augustinus *inv.* pA 87 fulgere] sub *idem conf. inc. praem.* pA 89 atque] *idem conf. praem.* pA 92 geritur] gign *praem.* pA 103 unde] et si *praem.* pA 107 vel *sup. lin.* A] et pA 108 sicut habent] h *praem.* pA 114 naturae] m *et litt. imp. praem.* pA 116 similantur] con *praem.* pA 135 ordinatur] sicut motus *add.* pA 136 solum] non *praem.* pA 151 Sciendum] . § Ad primum *praem.* pA quod quidam] qui *praem.* pA

Φ 82 nec] neque Φ etiam] et Φ (-δ^1) *om.* δ^1 83 providentiae] divine *praem.* Φ 89 interlui] interbui (uiterbui, uiterbii) α γ intribui δ 91 senescere] decrescere Φ 107 vel] ut α et δ (*non liquet* γ) 118 comparantur] *om.* α δ *post* animalibus β 124 Nec] neque Φ 128 quod] aliquid Σ aliquid *praem.* β 129 ordinatur] ordinatum Σ 131 fines] finis Φ 131 Physicorum] metaphysice Φ (-δ) 137 non] secundum *add.* Φ 138 ordinetur] –natur Φ 141 aliquid] aliud Φ 142 generativa] generantis Φ 152 providentiae] *om.* Φ (-δ) *post* modum δ

85 Cap. 9 (PL 34, 379). 102 Cap. 10 (336 b 30). 115 *Metaph.* XI (= XII) 12 (1075 a 19). 121 *Metaph.* IX c. 6 (f. 106ra), contrarium asserit textus editionis et corrigi debet sec. ms. Vat. lat. 4428, f. 73ra ' omnes causae mali non inveniuntur nisi in his quae sunt sub circulo lunae '. 131 *Phys.* II 5 (194 b 35). 132 *Metaph.* V 2 (1013 a 35). 150 *De fide* II c. 29 (PG 94, 965 A; Bt 157). 151 quidam: ut supra a. 3 60 in nota.

naturam alicuius speciei ordinavit ut ex virtute quae consequitur speciem talis actio consequi deberet et, si aliquando deficeret, quod hoc ad talem utilitatem ordinaretur sicut corruptio unius ordinatur ad generationem alterius; non tamen hanc virtutem particularem ad hunc particularem actum ordinavit nec hunc particularem defectum ad hanc particularem utilitatem. Nos autem Deum perfecte cognoscere omnia particularia dicimus, et ideo praedictum providentiae ordinem in singularibus ponimus etiam in quantum singularia sunt.

1. Ad primum ergo dicendum quod ratio illa procedit de providentia approbationis: sic enim nihil providetur a Deo nisi quod ab eo aliquo modo fit; unde malum, quod non est a Deo, non cadit sub providentia approbationis sed concessionis tantum.

2. Ad secundum dicendum quod, quamvis contrarii motus non sint unius ordinis specialis, sunt tamen unius ordinis generalis, sicut etiam diversi ordines diversorum artificiorum quae ordinantur in uno ordine civitatis unius.

3. Ad tertium dicendum quod, quamvis malum secundum quod exit ab agente proprio sit inordinatum et ex hoc per privationem ordinis diffiniatur, tamen nihil prohibet quin a superiori agente ordinetur, et sic sub providentia cadit.

4. Ad quartum dicendum quod quilibet prudens sustinet aliquod parvum malum ne impediatur magnum bonum, quodlibet autem particulare bonum est parvum respectu boni alicuius naturae universalis; non posset autem impediri malum quod ex aliquibus rebus provenit nisi natura eorum tolleretur quae talis est ut possit deficere vel non deficere, et quae alicui particulari nocumentum infert et tamen in universo quandam pulchritudinem addit; et ideo Deus, cum sit prudentissimus, sua providentia non prohibet mala, sed permittit unumquodque agere secundum quod natura eius requirit: ut enim Dionysius dicit IV cap. De divinis nominibus, providentiae non est naturam perdere sed salvare.

5. Ad quintum dicendum quod aliquod bonum est quod non posset elici nisi ex aliquo malo, sicut bonum patientiae nonnisi ex malo persecutionis elicitur et bonum poenitentiae ex malo culpae: nec hoc impedit infirmitas mali respectu boni, quia huiusmodi non eliciuntur ex malo quasi ex causa per se sed quasi per accidens et materialiter.

6. Ad sextum dicendum quod illud quod producitur oportet quod secundum esse suum habeat formam producentis, quia productio rei terminatur ad esse rei: unde non potest esse malum quod a bono auctore productum est. Sed providentia rem ordinat in finem; ordo autem in finem consequitur ad rei esse; et ideo non est impossibile aliquod malum a bono ordinari in bonum, sed impossibile est a bono aliquid ordinari in malum: sicut enim bonitas producentis inducit formam bonitatis in productis, ita bonitas providentis inducit ordinem ad bonum in provisis.

7. Ad septimum dicendum quod effectus accidentes in istis inferioribus possunt considerari dupliciter: uno modo in ordine ad causas proximas, et sic multa casu eveniunt; alio modo in ordine ad causam primam, et sic nihil casu accidit in mundo. Nec tamen sequitur quod omnia necessario eveniant, quia effectus non sequuntur in necessitate et contingentia causas primas sed proximas.

8. Ad octavum dicendum quod illa quae ex necessitate materiae proveniunt consequuntur naturas ordinatas in finem, et secundum hoc

A 157 virtute] ill *add.* pA 167 ordinem] *litt. imp. praem.* pA 173 unde malum] Sic autem malum *praem.* pA 180 ordinantur *em.* A] *conf.* pA 191 naturae] nu *idem conf. inc. praem.* pA (*cf. supra lin.* 47 *et* 114) 198 prohibet *scrips. cum* Φ] perhibet *potius* A 203 aliquod] quamvis quod *praem.* pA 217 ad *sup. lin.* A] *om.* pA 221 bonitatis in productis] p *imp. praem.* pA 230 non...et contingentia] et contingentia *praem.* pA

Φ 158 consequitur...consequi] sequitur...sequi Σ 163 nec] neque Φ (-δ¹) 165 perfecte cognoscere] cognoscere *praem.* Φ (-δ) *inv.* δ 180 quae *om.* Φ 183 et *om.* Φ 215 auctore] actore Φ 229 Nec] neque Φ 231 et contingentia *om.* Φ

160 corruptio...alterius: Arist. *De gen. et corr.* I 7 (318 a 23) ut dicitur *De malo* q. 1 a. 1 arg. 16, 201 § 33 (PG 3, 733 B; Dion. 312).

ipsa etiam sub providentia cadere possunt, quod non esset si omnia ex materiae necessitate contingerent.

9. Ad nonum dicendum quod malum est contrarium bono; nullum autem contrarium per se inducit ad suum contrarium, sed omne contrarium contrarium sibi inducit ad sibi simile, sicut calidum non inducit rem aliquam in frigiditatem nisi per accidens, sed magis frigidum per calidum ad caliditatem reducitur: similiter etiam nullus bonus ordinat aliquid in malum, sed potius ordinat in bona.

10. Ad decimum dicendum quod facere malum, ut ex dictis patet, nullo modo bonis competit, unde facere malum propter bonum in homine reprehensibile est nec Deo potest attribui; sed ordinare malum in bonum, hoc non contrariatur bonitati alicuius, et ideo permittere malum propter aliquod bonum inde eliciendum Deo attribuitur.

Articulus quintus

Quinto quaeritur utrum humani actus providentia regantur. Et videtur quod non quia, ut dicit Damascenus in II libro, « quae in nobis sunt non providentiae sunt sed nostri liberi arbitrii »; sed actus humani dicuntur qui sunt in nobis; ergo ipsi non cadunt sub divina providentia.

2. Praeterea, eorum quae sub providentia cadunt, quanto aliqua sunt nobiliora tanto digniori modo providentur; sed homo est nobilior insensibilibus creaturis, quae semper cursum suum tenent nec excidunt a recto ordine nisi raro, hominum autem actus frequenter a recto ordine deviant; ergo humani actus providentia non reguntur.

3. Praeterea, malum culpae maxime est odibile Deo; sed nullus providens | illud quod ei maxime displicet permittit propter aliquid aliud, quia sic absentia illius alterius magis ei displiceret; ergo cum Deus permittat in humanis actibus mala culpae accidere, videtur quod humani actus providentia eius non regantur. 69vb

4. Praeterea, illud quod dimittitur ⟨sibi⟩ non gubernatur providentia; sed Deus dimisit hominem « in manu consilii sui », ut dicitur Eccli. XVII; ergo humani actus providentia non reguntur.

5. Praeterea, Eccl. IX[11] dicitur « Vidi nec velocium esse cursum nec fortium bellum sed tempus casumque in omnibus », et loquitur de actibus humanis: ergo videtur quod humani actus casu agitentur et non gubernentur providentia.

6. Praeterea, in his quae providentia reguntur, diversis diversa attribuuntur; sed in rebus humanis eadem bonis et malis eveniunt: Eccl. IX[2] « Universa aeque eveniunt iusto et impio, bono et malo »; ergo res humanae providentia non reguntur.

SED CONTRA, Matth. X[30] dicitur « Vestri autem capilli omnes numerati sunt »; ergo etiam minima in humanis actibus divina providentia ordinantur.

2. Praeterea, punire et praemiare et praecepta dare sunt providentiae actus quia per huiusmodi quilibet provisor suos subditos gubernat; sed Deus haec omnia circa humanos actus agit; ergo omnes humani actus divinae providentiae subduntur.

RESPONSIO. Dicendum quod, sicut prius dictum est, quanto aliquid est propinquius primo principio tanto nobilius sub ordine providentiae collocatur; inter omnia vero alia spi-

A 251 in] *litt. imp. add.* pA 255 attribuitur] . § Ad xi dicendum quod *add* pA (*deest solutio ad argumentum* 11[m])
9 digniori (*e* digniorem pA) *em.* A 10 homo] *idem conf. praem.* pA 23 ⟨sibi⟩ *suppl.* (*cf. infra* a. 7 *lin.* 3-4 *et I Pars* q. 22 a. 2 arg. 4)] *om.* A 26 XVII A] *legend.* XV 34 Praeterea] *quoddam signum imp. add.* pA 37 iusto] bonis *praem.* pA 40 Matth. X] est quod dicitur sapientie xi cum *praem.* pA

Φ 242 contrarium[2] sibi] *om.* Φ (-γ) contrarium γ 247 bona] –num Φ 253 alicuius *om.* Φ (-γ) 255 attribuitur: *postea def. sol. ad arg.* 11 (*cf.* A)
19 alterius magis] alterius α δ[2] *om.* δ[1] 20 permittat] –mittit Φ 23 ⟨sibi⟩] *suppl.* Φ (-γ) *om.* γ 24 providentia *om.* Φ 24 dimisit] dimittit Σ 26 XVII (*revera* XV)] ii α δ xxii β xvii γ 28-29 nec...nec] neque...neque Φ 29 esse *om.* Φ 34 reguntur] aguntur Φ 40 Vestri] unde Σ (-δ[1]) *non liquet* δ[1] 41 etiam] et Φ 48 omnes *om.* Φ 51 est[1]] quod *add.* Φ

1 Parall.: ut supra a. 3. 3 *De fide* II c. 29 (PG 94, 964 C; Bt 157). 26 Rectius XV[14]. 51 dictum est: a. 4.

rituales substantiae magis primo principio appropinquant, unde et eius imagine insignitae dicuntur; et ideo a divina providentia non solum consequuntur quod sint provisa sed etiam quod provideant, et haec est causa quare praedictae substantiae habent suorum actuum electionem, non autem ceterae creaturae, quae sunt provisae tantum non autem providentes. Providentia autem, cum respiciat ordinem in finem, oportet quod fiat secundum regulam finis: et quia primus providens ipsemet est suae providentiae finis, habet regulam providentiae sibi coniunctam, unde impossibile est ut ex parte ipsius aliquis defectus incidere possit in provisis ab ipso, et sic non est defectus in eis nisi ex parte provisorum; sed creaturae quibus providentia est communicata non sunt fines suae providentiae sed in alium finem ordinantur, scilicet Deum, unde oportet quod rectitudinem suae providentiae ex regula divina sortiantur, et inde est quod in eorum providentia accidere potest defectus non tantum ex parte provisorum sed etiam ex parte providentium: secundum tamen quod aliqua creatura magis inhaeret regulae primi providentis, secundum hoc firmiorem rectitudinem habet ordo providentiae eius. Quia igitur huiusmodi creaturae deficere possunt in suis actibus et ipsae sunt causae suorum actuum, inde est quod eorum defectus rationem culpae habent, quod non erat de defectibus aliarum creaturarum; quia vero huiusmodi spirituales creaturae incorruptibiles sunt etiam secundum individua, etiam eorum individua sunt propter se provisa, et ideo defectus qui in eis contingunt ordinantur in poenam vel praemium secundum quod eis competit, non autem solum secundum quod ad alia ordinantur.

Et inter has creaturas est homo quia eius forma, scilicet anima, est spiritualis creatura a qua est radix humanorum actuum et a qua etiam corpus hominis ordinem ad immortalitatem habet: et ideo humani actus sub divina providentia cadunt hoc modo quod et ipsi provisores sunt suorum actuum; et eorum defectus ordinantur secundum quod competit eisdem, non solum secundum quod competit aliis, sicut peccatum hominis ordinatur a Deo in bonum eius, ut cum post peccatum resurgens humilior redditur, vel saltem in bonum quod in ipso fit per divinam iustitiam dum pro peccato punitur. Sed defectus in creaturis sensibilibus contingentes ordinantur solum in id quod competit aliis, sicut corruptio huius ignis in generationem illius aeris. Et ideo ad designandum hunc specialem providentiae modum quo Deus humanos actus gubernat, dicitur Sap. XII[18] « Cum reverentia disponis nos ».

1. Ad primum ergo dicendum quod verbum Damasceni non est intelligendum hoc modo quod omnino ea quae sunt in nobis, id est in electione nostra, a divina providentia excludantur, sed quia non sunt per divinam providentiam ita determinata ad unum sicut ea quae libertatem arbitrii non habent.

2. Ad secundum dicendum quod res naturales insensibiles providentur solum a Deo, et ideo non potest ibi accidere defectus ex parte providentis sed solummodo ex parte provisorum; humani autem actus possunt habere defectum ex parte providentiae humanae, et ideo plures defectus et inordinationes inveniuntur in humanis actibus quam in actibus naturalibus. Et tamen hoc quod homo habet providentiam suorum actuum ad nobilitatem eius pertinet, unde multiplicitas defectuum non impedit quin homo nobiliorem gradum sub providentia teneat.

3. Ad tertium dicendum quod Deus plus amat quod magis bonum est, et ideo magis vult praesentiam magis boni quam absentiam minus mali quia et absentia mali quoddam bonum est; et ideo ad hoc ut aliqua bona maiora

A 67 aliquis (*ex* aliquid pA) *em.* A 74 inde] quia *praem.* pA 81 possunt] et eorum defectus *add.* pA (*cf. lin.* 83) 88 defectus qui in eis contingunt] ea que eis eveniunt *praem.* pA 92 eius] *idem conf. praem.* pA 108 ideo] *idem conf. et imp. praem.* pA 123 humani] Vn(*inc.* unde) *praem.* pA 133 quod *hic* pA] *post* bonum sA, *signis consuetis primo loco restituit tertius* A

Φ 61 non autem] sunt Φ (-δ) non tamen sunt δ^1 non quando sunt δ^2 69 eis] ipsis Φ (-δ^2) *om.* δ^2 72 oportet] ordinantur secundum Φ 74 sortiantur] sortiuntur Φ 80 eius] ipsius Φ 114 omnino] omnia Φ 130 sub] divina *add.* Φ 136 ut] quod Φ

55 eius...dicuntur: cf. Gen. I[26].

eliciantur permittit aliquos etiam in mala culpae
70ra cadere, quae maxime secundum genus [1] sunt ei odibilia quamvis unum eorum sit ei magis odibile alio; unde ad medicinam unius permittit quandoque cadere in aliud.

4. Ad quartum dicendum quod Deus permisit hominem in manu consilii sui in quantum constituit eum propriorum actuum provisorem; sed tamen providentia hominis de suis actibus non excludit divinam providentiam de eisdem, sicut nec virtutes activae creaturarum excludunt virtutem activam divinam.

5. Ad quintum dicendum quod, quamvis multa in humanis actibus casu eveniant si considerentur inferiores causae, nihil tamen casu evenit si consideretur divina providentia quae omnibus praeminet. Hoc etiam quod tam multa in humanis actibus accidunt quorum contraria deberent accidere, ut videtur consideratis inferioribus causis, ostendit quod humani actus divina providentia gubernantur, ex qua contingit quod frequenter potentiores succumbunt: ostenditur enim per hoc quod victoria magis est ex divina providentia quam humana virtute; et similiter est in aliis.

6. Ad sextum dicendum quod, quamvis videatur nobis quod omnia aequaliter bonis et malis accidant ex hoc quod nescimus qua de causa divina providentia singula dispenset, non est tamen dubium quin in omnibus bonis et malis quae eveniunt sive bonis sive malis sit recta ratio secundum quam divina providentia omnia ordinat. Et quia eam ignoramus videtur nobis quod inordinate et irrationabiliter eveniant, sicut si aliquis intraret officinam fabri, videretur ei quod instrumenta fabrilia essent inutiliter multiplicata si nesciret rationem utendi unoquoque, quorum tamen multiplicatio ex causa rationabili esse apparet ei qui virtutem artis intuetur.

Articulus sextus

Sexto quaeritur utrum animalia bruta et eorum actus divinae providentiae subdantur. Et videtur quod non quia I Cor. IX[9] dicitur quod « non est Deo cura de bobus »: ergo nec de aliis brutis eadem ratione.

2. Praeterea, Hab. I[14] dicitur « Numquid facies homines sicut pisces maris? », et sunt verba prophetae conquerentis de perturbatione ordinis quae videtur in humanis actibus accidere: ergo videtur quod actus irrationalium creaturarum divina providentia non gubernentur.

3. Praeterea, si homo sine culpa puniretur et poena in eius bonum non cederet, non videretur quod res humanae providentia gubernarentur; sed in brutis animalibus non est culpa, nec hoc quod quandoque occiduntur in eorum bonum ordinatur quia nullum est eis praemium post mortem; ergo eorum vita providentia non regitur.

4. Praeterea, nihil regitur divina providentia nisi quod ordinatur ad finem quem ipsa intendit qui non est aliud quam ipse Deus; sed bruta non possunt pervenire ad participationem Dei cum non sint capacia beatitudinis; ergo videtur quod divina providentia non gubernentur.

SED CONTRA est quod dicitur Matth. X[29] quod « unus ex passeribus non cadit in terram sine Patre caelesti ».

2. Praeterea, bruta animalia sunt digniora aliis insensibilibus creaturis; sed aliae creaturae cadunt sub divina providentia, et etiam omnes actus ipsarum; ergo et multo magis bruta.

RESPONSIO. Dicendum quod circa hoc du-

A 153 praeminet] providet *praem.* pA 165 singula] universa *praem.* pA 169 ignoramus] i *in fine lin. praem.* pA 6 abacuc A 7 pisces] *idem conf. et imp. praem.* pA

Φ 137 etiam *om.* Σ 139 ei[1] *om.* Φ 142 permisit] dimisit Φ 147 nec] neque Φ (-δ) 159 victoria] victor Φ (-γ) 160 quam] ex *add.* Φ 161 in] de Φ
4 dicitur quod *om.* Φ 5 nec] neque Φ 7 sicut] quasi Φ 10 irrationalium] –bilium Φ 11 gubernentur] –nantur Φ 17 nec] neque Φ 18 eis *om.* Φ 21 divina *om.* Φ 22 ipsa] ipse Φ

1 Parall.: ut supra a. 3.

plex fuit error. Quidam enim dixerunt quod animalia bruta non gubernantur providentia nisi in quantum participant naturam speciei, quae est a Deo provisa et ordinata, et ad hunc providentiae modum referunt omnia quae in sacra Scriptura inveniuntur quae videntur importare providentiam Dei circa bruta, sicut illud « Qui dat iumentis escam ipsorum et pullis » etc., et iterum « Catuli leonum rugientes » etc., et multa huiusmodi. Sed hic error maximam imperfectionem Deo attribuit: non enim potest esse quod sciat singulares actus brutorum animalium et eos non ordinet, cum sit summe bonus et bonitatem suam per hoc in omnia diffundens; unde praedictus error vel derogat divinae scientiae subtrahens ei particularium cognitionem, vel divinae bonitati subtrahens ei ordinationem particularium in quantum sunt particularia. Unde alii dixerunt quod etiam brutorum actus sub providentia cadunt et eodem modo quo actus rationabilium, ut scilicet nullum malum in eis accidere patiatur quin ordinet in bonum ipsorum. Sed hoc est longe etiam a ratione: non enim debetur praemium vel poena nisi ei qui liberum arbitrium habet. Et ideo dicendum est quod bruta et omnes eorum actus etiam in singulari sub divina providentia cadunt, non tamen eodem modo quo homines et eorum actus, quia de hominibus etiam in singulari est providentia propter se, sed singularia brutorum non providentur nisi propter aliud sicut et de aliis creaturis corruptibilibus dictum est: et ideo malum quod in bruto accidit non ordinatur in bonum eius sed in bonum alterius, sicut mors asini ordinatur in bonum leonis vel lupi; sed occisio hominis qui a leone occiditur, non solum ad hoc ordinatur sed principalius ad poenam eius vel ad augmentum meriti, quod per patientiam crescit.

1. Ad primum igitur dicendum quod Apostolus non intendit universaliter | bruta a cura divina removere, sed intendit dicere quod Deus non hoc modo curat de brutis quod propter bruta homini legem det, ut scilicet eis beneficiat vel ab eorum occisione abstineat, quia bruta in usum hominum facta sunt, unde non sunt propter se provisa sed propter hominem. *70rb*

2. Ad secundum dicendum quod in piscibus et in brutis animalibus Deus hoc ordinavit ut potentiora infirmiora subiciant absque alicuius meriti vel demeriti consideratione sed solummodo ad conservationem boni naturae: et ideo admiratur propheta si hoc modo etiam res humanae gubernentur, quod est inconveniens.

3. Ad tertium dicendum quod in rebus humanis alius ordo requiritur providentiae quam in brutis, unde si ille ordo solus quo bruta ordinantur in humanis rebus esset, res humanae improvisae viderentur; sed tamen ille ordo sufficit ad providentiam brutorum.

4. Ad quartum dicendum quod omnium creaturarum ipse Deus est finis sed diversimode: quarundam enim creaturarum dicitur esse finis in quantum illae creaturae participant aliquid de Dei similitudine, et hoc est commune omnibus creaturis; quarundam vero est finis hoc modo quod ipsae creaturae pertingunt ad ipsum Deum per suam operationem, et hoc est solum creaturarum rationabilium, quae possunt Deum cognoscere et amare in quo earum beatitudo consistit.

A 39 in *sup. lin.* A] *om.* pA 40 et² (*sup. lin.* A) ad hunc providentiae modum] et hunc providentie modum (*primo deletum*) et quantum *praem.* pA 47 attribuit] divi (*ut videtur*) *add.* pA 49 brutorum] et *praem.* pA 63 etiam] sunt *imp. praem.* pA 77 quod] verb *add.* pA 80 propter bruta homini legem det] homini prohibeat usum eorum *praem.* pA 81 bruta *em.* A] *conf.* pA 91 res] ac (*inc.* actus?) *in fine lin. praem.* pA

Φ 41 referunt] referuntur Φ 44 et pullis *om.* Φ 47 attribuit] tribuit Φ 48 quod] ut Σ 51 vel *om.* Φ (-α) 56 etiam *om.* Φ 57 quo] sicut Φ rationabilium] –nalium Φ 59 quin] quod non Σ (-δ²) quod qui β quia non δ² 62 est *om.* Φ 64 eodem] eo Σ 67 singularia] –larium Φ (-δ) 75 ad *om.* Σ 77 igitur] ergo Φ 79 removere] amovere Σ intendit dicere] *om.* α δ intendit universaliter dicere γ 81 beneficiat] benefaciat Φ 86 in *om.* Φ (-δ) 102 illae creaturae *om.* Φ 107 rationabilium] rationalium Φ Deum] ipsum *praem.* Φ 108 earum] eorum Φ

37 Quidam: Moyses Maim. *Dux neutr.* III c. 18 sec. Thomam *I Pars* q. 22 a. 2. 44 illud: Ps. CXLVI⁹. 45 iterum: Ps. CIII²¹. 55 alii: scil. opinio quarta prolata a Moyse Maim. *Dux neutr.* III c. 18. 69 dictum est: supra a. 3.

Articulus septimus

Septimo quaeritur utrum peccatores divina providentia regantur. Et videtur quod non quia illud quod sibi relinquitur non gubernatur; sed mali sibi relinquuntur, Psal. « Dimisit eos secundum desideria cordis eorum, ibunt » etc.; ergo mali per providentiam non gubernantur.

2. Praeterea, ad providentiam qua Deus homines gubernat pertinet quod eis angelorum custodiam adhibet; sed angeli custodientes quandoque homines derelinquunt, ex quorum voce dicitur Ier. LII « Curavimus Babylonem et non est curata, derelinquamus ergo eam »; ergo et mali divina providentia non gubernantur.

3. Praeterea, illud quod datur bonis in praemium, non convenit malis; sed hoc in praemium bonis repromittitur quod a Deo gubernentur, Psal. « Oculi Domini super iustos »; ergo etc.

SED CONTRA, nullus punit iuste eos qui non sunt de suo regimine; sed Deus iuste punit malos pro his in quibus peccant; ergo eius ipsi regimini subduntur.

RESPONSIO. Dicendum quod providentia divina se extendit ad homines dupliciter: uno modo in quantum ipsi providentur, alio modo in quantum providentes fiunt. Ex hoc autem quod in providendo deficiunt vel rectitudinem servant, boni vel mali dicuntur; ex hoc autem quod providentur, eis a Deo bona vel mala praestantur: et secundum quod ipsi diversimode se habent in providendo, diversimode providetur eis. Si enim rectum ordinem in providendo servent, et in eis divina providentia ordinem servat congruum humanae dignitati, ut scilicet nihil eis eveniat quod in eorum bonum non cedat, et quod omnia quae eis proveniunt eos in bonum promoveant, secundum id quod dicitur Rom. VIII[28] « Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum ». Si autem in providendo ordinem non servent qui congruit rationali creaturae sed provideant secundum modum animalium brutorum, et divina providentia de eis ordinabit secundum ordinem qui brutis competit, ut scilicet ea quae in eis bona vel mala sunt non ordinentur in eorum bonum proprium sed in bonum aliorum, secundum id quod in Psal. dicitur « Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus » etc. Ex hoc patet quod altiori modo divina providentia gubernat bonos quam malos: mali enim dum ab uno ordine providentiae exeunt, ut scilicet Dei voluntatem faciant in alium ordinem dilabuntur, ut scilicet de eis voluntas divina fiat; sed boni quantum ad utrumque sunt in recto ordine providentiae.

1. Ad primum ergo dicendum quod secundum hoc dicitur Deus derelinquere malos, non quod omnino sint ab eius providentia alieni, sed quia eorum actus non ordinat in eorum promotionem, et praecipue quantum ad reprobos.

2. Ad secundum dicendum quod angeli qui sunt deputati hominibus ad custodiam, numquam totaliter hominem dimittunt, sed dicuntur eum dimittere in quantum ex iusto Dei iudicio permittunt eum cadere in culpam vel poenam.

3. Ad tertium dicendum quod specialis modus providentiae repromittitur bonis in praemium, et hic non competit malis, ut dictum est.

A 6 ibunt » etc.; ergo] ergo *praem.* pA 12 LII *sic* A] *legend.* LI 41 qui] et divina providentia *praem.* pA (*cf. lin.* 43) 45 brutis] *idem conf. et imp. praem.* pA 45 eis] *litt. imp. add.* pA 46 non...in eorum] in eorum *praem.* pA 49 non intellexit] int *praem.* pA 65 hominem] *idem conf. praem.* pA 66 Dei] iust *add.* pA

Φ 3 gubernatur] ab alio *add.* Φ 6 ibunt *om.* Φ 10 adhibet] adhibeat Φ 11 derelinquunt] relinqunt Φ 12 LII] vi (*seu* 6) Σ 12 Curavimus] baravimus *add.* α β 19 ergo etc.] *inv.* α ergo malis non convertit *praem.* β etc. *praem.* γ etc. δ 27 in quantum] ipsi *add.* Φ 28 in *om.* Φ 33 eis] a deo *add.* Φ 34 servent] servant Φ 39 id] illud Φ (-γ) 40 in[2] *om.* Φ 41 qui] quod Φ (-δ) 45 eis] vel *add.* Φ (-γ) 48 id *om.* Φ 49 comparatus *om.* Φ 53 faciant] non *praem.* β δ 66 eum *om.* Φ 71 hic] hoc Φ

1 Parall.: ut supra a. 3. 4 Ps. LXXX[13] sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467). 12 Rectius LI[9]: lectio ' et non est curata ' loco ' et non est sanata ' *Vulg.*, habetur apud Hieron. *Comment. in Eccl.* VII[20] (PL 23, 1123) et ipsum Thomam *Cont. Gent.* III c. 92, *I Pars* q. 113 a. 6 arg. 1. 18 Ps. XXXIII[16]. 48 Ps. XLVIII[13]. 53 in...dilabuntur: Boet. *De consol.* IV pr. 6 (PL 63, 820 A) ut refert Thomas *Super Sent. I* d. 47 q. 1 a. 3.

Articulus octavus

Octavo quaeritur utrum tota corporalis creatura gubernetur divina providentia mediante creatura angelica. Et videtur quod non quia dicitur Iob XXXIV[13] « Quem constituit alium super terram aut quem posuit super orbem quem fabricatus est? », super quo dicit Gregorius « Mundum quippe per se ipsum regit qui per se ipsum condidit »: ergo Deus non gubernat corporalem creaturam mediante spirituali.

2. Praeterea, Damascenus dicit in II libro quod « non est conveniens alium esse factorem et gubernatorem »; sed solus Deus est factor corporalium creaturarum immediate; ergo et ipse corporales creaturas sine medio gubernat.

70va 3. Praeterea, Hugo de Sancto Victore dicit in libro De sacramentis quod divina providentia est eius praedestinatio, quae est summa sapientia et summa bonitas; sed summum bonum sive summa sapientia nulli creaturae communicatur; ergo nec providentia: non ergo mediantibus creaturis spiritualibus providet corporalibus.

4. Praeterea, secundum hoc corporales creaturae reguntur providentia quod ordinantur in finem; sed corpora ordinantur in finem per suas operationes naturales, quae consequuntur naturas determinatas ipsorum; cum igitur a spiritualibus creaturis non sint naturae determinatae naturalium corporum sed immediate a Deo, videtur quod non regantur mediantibus substantiis spiritualibus.

5. Praeterea, Augustinus VIII Super Genesim ad litteram distinguit duplicem operationem providentiae, quarum una est naturalis, alia voluntaria, et dicit quod « naturalis est quae lignis et herbis dat incrementum, voluntaria vero quae est per angelorum opera et hominum »; et sic patet quod omnia corporalia naturali providentiae operatione reguntur; non ergo gubernantur mediantibus angelis quia sic esset operatio voluntaria.

6. Praeterea, illud quod attribuitur alicui ratione suae dignitatis, non convenit ei quod similem dignitatem non habet; sed, sicut dicit Ieronymus, « magna est dignitas animarum, quarum unaquaeque habet angelum ad sui custodiam deputatum »; haec autem dignitas in corporalibus creaturis non invenitur; ergo providentiae et gubernationi angelorum commissa non sunt.

7. Praeterea, horum corporalium effectus et debiti cursus frequenter impediuntur; sed hoc non esset si mediantibus angelis gubernarentur quia aut defectus isti acciderent eis volentibus, quod esse non potest cum essent ad contrarium constituti, scilicet ad gubernandum naturam in suo debito ordine, aut accideret eis nolentibus, quod iterum esse non potest quia sic beati non essent si aliquid eis nolentibus accideret; ergo corporales creaturae mediantibus spiritualibus non gubernantur.

8. Praeterea, quanto aliqua causa est nobilior et potentior tanto habet perfectiorem effectum; causae autem inferiores tales effectus producunt qui possunt conservari in esse etiam remota operatione causae producentis, sicut cultellus remota operatione fabri; ergo multo fortius effectus divini per se ipsos subsistere poterunt absque alicuius causae providentis gubernatione, et ideo non indigent quod per angelos gubernentur.

9. Praeterea, divina bonitas ad sui manifestationem totum condidit universum, secun-

A 30 sed...videtur quod non regantur] videtur quod non re (e *imp.*) *praem.* pA 31 non *in marg.* (*eadem manu sed temp. post.*) A] *casu om.* (*cf. prima inscriptio*) pA 39 omnia] provi *add.* pA 49 ergo] non gubernantur *add.* pA 50 commissa (*scil.* corporalia) A 53 et debiti...frequenter] frequenter *praem.* pA 56 cum] *litt. imp. add.* pA 65 inferiores *em.* A] *conf.* pA

Φ 4 dicitur *om.* Φ 7 se ipsum] semet ipsum Φ 8 condidit] fabricatus est vel *praem.* Φ 31 a Deo] *om.* α β *ante* immediate γ δ 33 VIII *post* litteram Σ 36 dicit] dicitur Φ 38 vero] est *add.* Φ (-δ[1]) 40 naturali] –ralis Φ 42 operatio] providentia Φ 43 alicui] alii Φ 47 quarum] ut α γ et δ habet] habeat Φ (-δ) 50-51 providentiae...sunt] non sunt commisse providentie et ordinationi angelorum Φ 58 naturam] –turas Φ accideret] accidet Φ 61-62 ergo...gubernantur] ergo α γ ergo etc. β *om.* δ 66 qui] quod Φ 70 poterunt] possunt Φ alicuius] alterius Φ providentis] producentis Φ 71 quod *om.* Φ 72 gubernentur] gubernari Φ 73 sui] suam Φ

1 Parall.: *I Pars* q. 110 a. 1; *Cont. Gent.* III c. 78; *Comp. theol.* cap. 124. 7 *Moral.* XXIV c. 20 (PL 76, 314 B), ad verbum habet *Glossa ordin.* super Iob XXXIV[13]. 11 Ioh. Damasc. ut supra a. 3 19 in nota. 17 I p. II c. 9 (PL 176, 210). 34 Cap. 9 (PL 34, 379). 46 *Comment. in ev. Matth.* III c. 18 (PL 26, 135 A), ad verbum profert Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 11 c. 1.

dum illud Prov. XVI[4] « Universa propter semet ipsum operatus est Dominus »; magis autem manifestatur divina bonitas, ut etiam Augustinus dicit, in diversitate naturarum quam in numerositate eorum quae eandem naturam habent, et propter hoc non fecit omnes creaturas rationales vel per se existentes sed quasdam irrationales et quasdam existentes in alio, sicut accidentia; ergo videtur quòd ad maiorem sui manifestationem non solum condiderit creaturas quae indigent alieno regimine sed etiam aliquas quae nullo regimine indigeant, et sic idem quod prius.

10. Praeterea, duplex est creaturae actus, scilicet primus et secundus: primus autem est forma et esse quod forma dat, quorum forma dicitur primo primus et esse secundo primus, secundus autem actus est operatio; sed res corporales secundum actum primum sunt immediate a Deo, ergo et actus secundi immediate causantur a Deo; sed nullus gubernat aliquem nisi in quantum est causa operationis eius aliquo modo; ergo huiusmodi corporalia non gubernantur mediantibus spiritualibus.

11. Praeterea, secundum sententiam Augustini Deus mundum simul creavit secundum omnes partes suas perfectum ut in hoc eius potentia magis ostendatur; sed similiter etiam magis commendabilis ostenderetur sua providentia si omnia immediate gubernaret; ergo non gubernat creaturas corporales spiritualibus mediantibus.

12. Praeterea, duplex est modus gubernationis: unus per influentiam luminis sive cognitionis, sicut magister regit scholas et rector civitatem, alius per influentiam motus, sicut gubernator navim; sed spirituales creaturae non gubernant corporalia per influentiam cognitionis aut luminis quia haec corporalia non sunt cognitionis receptiva; similiter nec per influentiam motus quia movens oportet esse coniunctum mobili, ut probatur VII Physicorum, substantiae autem spirituales his inferioribus corporibus non sunt coniunctae; ergo nullo modo corporales substantiae ⟨spiritualibus⟩ mediantibus gubernantur.

13. Praeterea, Boetius dicit in III De consolatione « Deus per se solum cuncta disponit »: non ergo corporalia disponuntur per spiritualia.

SED CONTRA est quod Gregorius dicit in IV Dialogorum « In hoc mundo visibili nihil nisi per creaturam invisibilem disponi potest ».

2. Praeterea, Augustinus dicit III De Trinitate « Omnia corporalia quodam ordine per spiritum vitae reguntur ».

3. Praeterea, Augustinus in libro LXXXIII Quaestionum dicit quod Deus « quaedam facit per se ipsum sicut illuminare animas et beatificare eas, alia per servientem sibi creaturam integerrimis legibus pro meritis ordinatam usque ad passerum | administrationem et usque ad feni decorem, usque etiam ad numerum capillorum nostrorum divina providentia pertendente »; sed creatura Deo ministrans integerrimis legibus ordinata est creatura angelica; ergo Deus per eam gubernat corporalia. 70vb

4. Praeterea, Num. XXII[21] super illud « Surrexit Balaam mane, et strata » etc., dicit Origenes in glosa « Opus est mundo angelis, qui sunt super bestias et praesunt animalium nativitati, virgultorum plantationumque et ceterorum incrementis ».

A 101 omnes partes] species *praem.* pA 109 rector] *idem conf. praem.* pA 119 ⟨spiritualibus⟩ *coni.*] *trans. ad lin. om.* A 121 III *sup. lin.* A] quarto pA 141 gubernat] guber *in fine lin. add.* pA 145 sunt super] super *praem.* pA

Φ 77 etiam *om.* Φ Augustinus] dionysius α δ 79 eorum] earum Φ 80 et *om.* Σ hoc] etiam *add.* Φ 82 irrationales] rationales Φ 82 quasdam] per se et alias *add.* Σ 84 condiderit] –diderat Φ (-γ) condidit γ 86 indigeant] indigent Φ 99-106 Praeterea...mediantibus (*scil. arg.* 11) *post* gubernantur[120] Φ 102 etiam *om.* Σ 103 commendabilis] esse *add.* Φ 103 sua] eius Φ 112 corporalia] creaturas corporales Φ 113 aut] sive Φ 114 cognitionis receptiva] *inv.* β luminis receptiva sive cognitionis Σ 117 inferioribus *om.* Φ 118 corporibus] corporalibus Φ 118-120 ergo...gubernantur] ergo non (nec δ) gubernat corporalia (creaturas corporales β γ) mediantibus spiritualibus Φ 121 in] libro *add.* Σ 137 decorem] odorem Σ odorem vel *praem.* β 137 etiam] et *ante* usque Φ 138 pertendente] procedente Φ 139 Deo ministrans] administrans Σ 143 Origenes] augustinus γ 145 sunt] *om.* Φ (-δ) *post* bestias δ 146 plantationumque] plantarumque Σ

78 *Cont. adv. leg. et proph.* I c. 4 (PL 42, 606). 88 actus...secundus: ut supra q. 1 a. 10 229. 100 *De Gen. ad litt.* IV c. 33 (PL 34, 317). 116 *Phys.* VII 3 (243 a 3). 122 Prosa 12 (PL 63, 779 A). 126 Cap. 6 (PL 77, 329 B). 129 Cap. 4 (PL 42, 873). 132 Quaestio 53 (PL 40, 36). 144 *Ordin.* ibid., ex Origenis *In Num.* hom. 14 Rufino interprete (PG 12, 680 B).

5. Praeterea, Hugo de Sancto Victore dicit quod ' ministerio angelorum non solum vita humana regitur sed etiam ea quae ad vitam hominum ordinantur '; sed omnia corporalia sunt ad hominem ordinata; ergo omnia gubernantur mediantibus angelis.

6. Praeterea, in omnibus coordinatis ad invicem priora agunt in posteriora et non e converso; sed substantiae spirituales sunt priores corporalibus substantiis utpote primo propinquiores; ergo per actionem substantiarum spiritualium gubernantur corporales et non e converso.

7. Praeterea, homo dicitur minor mundus quia anima hoc modo regit corpus humanum sicut Deus totum universum, in quo etiam anima prae angelis ad imaginem dicitur; sed anima nostra corpus gubernat mediantibus quibusdam spiritibus qui sunt quidem spirituales respectu corporis sed corporales respectu animae; ergo et Deus reget corporalem creaturam mediantibus creaturis spiritualibus.

8. Praeterea, anima nostra quasdam operationes immediate exercet, sicut intelligere et velle, quasdam vero mediantibus corporeis instrumentis, sicut operationes animae sensibilis et vegetabilis; sed quasdam operationes Deus exercet immediate, sicut beatificare animas et alia quae agit in substantiis supremis; ergo etiam aliquae operationes eius erunt in infimis substantiis mediantibus supremis substantiis.

9. Praeterea, prima causa non aufert operationem suam a causa secunda sed fortificat eam, ut patet ex hoc quod in libro De causis dicitur; sed si Deus immediate omnia gubernaret, tunc secundae causae nullam operationem habere possent; ergo Deus gubernat inferiora per superiora.

10. Praeterea, in universo est aliquid rectum et non regens, sicut ultima corporum, aliquid autem regens et non rectum, sicut Deus; ergo aliquid erit regens et rectum, quod est medium inter utrumque; ergo Deus mediantibus creaturis superioribus regit inferiores.

RESPONSIO. Dicendum quod causa productionis rerum in esse est divina bonitas, ut Dionysius et Augustinus dicunt: voluit enim Deus perfectionem suae bonitatis creaturae alteri communicare secundum quod possibile erat. Divina autem bonitas duplicem habet perfectionem: unam secundum se, prout scilicet omnem perfectionem supereminenter in se continet, aliam prout influit in res, secundum scilicet quod est causa rerum. Unde et divinae bonitati congruebat ut utraque creaturae communicaretur, ut scilicet res creata non solum a divina bonitate haberet quod esset et bona esset sed etiam quod alii esse et bonitatem largiretur, sicut etiam sol per diffusionem radiorum suorum non solum facit corpora illuminata sed etiam illuminantia, hoc tamen ordine servato ut illa quae magis sunt soli conformia plus de lumine eius recipiant ac per hoc non solum sufficienter sibi sed etiam ad influendum aliis. Unde et in ordine universi creaturae superiores ex influentia divinae bonitatis habent non solum quod in se ipsis bonae sint sed etiam quod sint causa bonitatis aliorum quae extremum modum participationis divinae bonitatis habent, quam scilicet participant ad hoc solum ut sint non ut alia causent: et inde est quod « semper agens est honorabilius patiente », ut Augustinus dicit et Philosophus. Inter superiores autem creaturas maxime Deo propinquae sunt creaturae rationales, quae ad Dei

A 156 substantiae] *idem conf. praem.* pA 157 corporalibus substantiis] s *praem.* pA 162 anima] se habet *add.* pA 165 anima] *idem conf. praem.* pA 174 vegetabilis] nos videmus quod *add.* pA 175 sicut] *idem conf. et imp. praem.* pA 211 ad influendum aliis] aliis *praem.* pA 222 creaturae] substantiae *praem.* pA

Φ 148 Hugo] *om.* δ^2 ricardus δ^1 155 priora] prima Φ 157 primo] principio *add.* Φ 158 actionem] actiones Φ 158 substantiarum *om.* Φ 164 ad imaginem dicitur] est ad imaginem dei Σ est *praem.* β 168 corporalem creaturam] creaturas corporales Φ (-δ) creaturas δ 169 creaturis *om.* Φ 174 sed] et Φ 176 alia] illa Φ 177 etiam *om.* Σ (*def.* δ^2) 180 causa] *om.* δ *post* secunda Φ (-δ) 188 sicut] scilicet α γ sed regens scilicet δ 189 erit] est Φ 190 utrumque] utraque Φ 197-202 Divina...communicaretur *om.* α δ 209 conformia] conformiora Σ 210 eius *om.* Σ 214 sint] sunt Φ 215 sint] sunt Σ

148 *De sacramentis* I p. v c. 34 (PL 176, 263 A). 161 minor mundus: Arist. *Phys.* VIII 4 (252 b 26) ut refert Thomas *I-II* q. 2 a. 8 arg. 2. 164 ad...dicitur: cf. Thomas *Super Sent. II* d. 16 q. 1 a. 3 et *I Pars* q. 93 a. 3. 181 Comm. 1. 186 in...Deus: August. *De civ. Dei* V c. 9 (PL 41, 151) ut dicitur infra q. 25 a. 5 arg. 4. 194 *De div. nom.* cap. 4 § 1-4 (PG 3, 693-699 C; Dion. 145 sqq.); *De doct. christ.* I c. 32 (PL 34, 32). 220 *De Gen. ad litt.* XII c. 16 (PL 34, 467) ut dicitur infra q. 10 a. 6 67; *De anima* III c. 5 (430 a 18) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 321,3) ut dicitur infra q. 10 a. 6 68.

similitudinem sunt, vivunt et intelligunt: unde eis non solum a divina bonitate confertur ut super alia influant sed etiam ut eundem modum influendi retineant quo influit Deus, scilicet per voluntatem et non per necessitatem naturae. Unde Deus inferiores creaturas gubernat et per creaturas spirituales et per corporales digniores: sed per creaturas corporales hoc modo providet quod eas non facit providentes sed agentes tantum, per spirituales autem hoc modo providet quod eas providentes facit. Sed in creaturis etiam rationalibus ordo invenitur. Ultimum enim gradum in eis rationales animae tenent et earum lumen est obumbratum respectu luminis quod est in angelis, unde et particulariorem cognitionem habent, ut Dionysius dicit: et inde est quod eorum providentia coartatur ad pauca, scilicet ad res humanas et ea quae in usum humanae vitae venire possunt. Sed providentia angelorum universalis est et extenditur super totam creaturam corporalem: et ideo tam a sanctis quam a philosophis dicitur quod omnia corporalia mediantibus angelis a divina providentia gubernantur. | In hoc tamen oportet nos a philosophis differre quod quidam eorum ponunt angelorum providentia non solum administrari corporalia sed etiam et creata esse, quod est a fide alienum: unde oportet ponere secundum sanctorum sententias quod administrentur mediantibus angelis huiusmodi corporalia per viam motus tantum, in quantum scilicet movent superiora corpora ex quorum motibus causantur inferiorum corporum motus.

71ra

1. Ad primum igitur dicendum quod dictio exclusiva non excludit ab operatione intrumentum sed aliud principale agens: ut si dicatur solus Socrates facit cultellum non excluditur operatio martelli sed alterius fabri, ita etiam quod dicitur quod Deus per se mundum gubernat non excludit operationem inferiorum causarum quibus quasi mediis instrumentis Deus agit sed excluditur regimen alterius principaliter gubernantis.

2. Ad secundum dicendum quod gubernatio rei pertinet ad ordinem eius in finem; ordo autem rei ad finem praesupponit esse eius, sed esse nihil aliud praesupponit; et ideo creatio, secundum quam res ad esse deductae sunt, est illius solius causae quae nullam aliam praesupponit qua sustinetur, sed gubernatio potest esse illarum causarum quae alias praesupponunt: et ideo non oportet quod Deus mediantibus aliquibus creaverit quibus mediantibus gubernat.

3. Ad tertium dicendum quod illa quae a Deo in creaturis recipiuntur non possunt esse in creaturis eo modo quo in Deo sunt: et ideo inter nomina quae de Deo dicuntur talis apparet differentia quod illa quae absolute aliquam perfectionem exprimunt, sunt creaturis communicabilia, illa vero quae exprimunt cum perfectione modum quo inveniuntur in Deo, creaturae communicari non possunt, ut omnipotentia, summa sapientia et summa bonitas; et ideo patet quod, quamvis summum bonum creaturae non communicetur, providentia tamen communicari potest.

4. Ad quartum dicendum quod, quamvis institutio naturae per quam res corporales inclinantur in finem sit immediate a Deo, tamen

A 230 sed] *idem conf. praem.* pA corporales] spirituales *add.* pA 247 (guber)nantur *in appendice col.* 70^{vb} 251 oportet...secundum sanctorum sententias] secundum fidem *praem.* pA 263 inferiorum] inferiorem *praem.* pA 273 sustinetur *scrips.*] *conf.* (*scil.* sustenitur) A 292 corporales inclinantur *inv.* pA

Φ 228 Deus] omnes Φ 229 per^2] creaturas *add.* Φ 238 particulariorem] particularem Φ 241 ea] ad *praem.* Φ 243 totam creaturam corporalem] omnes creaturas corporales Φ 247 gubernantur] reguntur vel *praem.* Φ 250 et *om.* Φ 257 igitur] ergo Φ (-γ) 266 gubernantis] gubernandis β operantis α δ 273 qua sustinetur] *om.* Φ (-γ) sustentetur γ 283 sunt creaturis] *inv.* Φ (-δ^2) creaturis fiunt δ^2 287 et *om.* Φ bonitas] et huiusmodi *add.* Φ 289 creaturae] creaturis Φ

235 Ultimum...tenent: Averroes *De anima* III comm. 5 et 17 (VI^1, 139 B et 160 F) ut refert Thomas infra q. 10 a. 8 261. 237 obumbratum: Isaac ut infra q. 8 a. 3 262. 239 *De cael. hier.* cap. 12 § 2 (PG 3, 292 C; Dion. 936) ut refert Thomas infra q. 8 a. 10 38. 244 sanctis: cf. hic supra sed c. 1-3. 245 philosophis: Plato [cf. Nemesius *De nat. hom.* cap. 44 (PG 40, 794 A; Bd [123 sqq.])] ut refert Thomas *I Pars* q. 110 a. 1 ad 3, Arist. [cf. *Metaph.* XII 9 (1073 a 32)] et Avicenna [cf. *Metaph.* IX c. 3-4 (f. 104)] ut refert Thomas hic supra. 248 quidam: Plato ex Macrobio [*Comment. in somn. Scipionis* I c. 14] ut refert Thomas *De pot.* q. 6 a. 6, *Liber de causis* comm. 3 ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 1 q. 1 a. 3 arg. 1, Avicenna *Metaph.* IX c. 4 (f. 104^v) ut refert Thomas *De pot.* q. 3 a. 4, Algazel *Metaph.* p. I tr. 5 (ed. Muckle, p. 121) ut refert Thomas *De pot.* hic supra. 250 a fide alienum: Ioh. Damasc. *De fide* II c. 3 (PG 94, 873 B; Bt 74) ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 1 q. 1 a. 3 sed c. 1.

eorum motus et actio potest esse mediantibus angelis, sicut etiam rationes seminales sunt in natura inferiori a Deo tantum, sed per providentiam agricolae adiuvantur ut in actum exeant: unde sicut agricola gubernat pullulationem agri, ita per angelos omnis operatio creaturae corporalis administratur.

5. Ad quintum dicendum quod naturalis operatio providentiae dividitur contra voluntariam ab Augustino secundum considerationem proximorum principiorum operationis, quia alicuius operationis divinae providentiae subiacentis proximum principium est natura, alicuius vero voluntas; sed remotum principium omnium est voluntas, ad minus divina, unde ratio non procedit.

6. Ad sextum dicendum quod sicut omnia corporalia divinae providentiae subiacent et tamen cura dicitur esse ei de hominibus tantum propter specialem providentiae modum, ita etiam quamvis omnia corporalia angelorum gubernationi sint subdita, quia tamen specialius ad hominum custodiam deputantur hoc attribuitur animarum dignitati.

7. Ad septimum dicendum quod sicut voluntas Dei gubernantis non est contra defectus qui in rebus accidunt sed concedit sive permittit eos, ita etiam omnino est de voluntatibus angelorum quae divinae voluntati conformantur perfecte.

8. Ad octavum dicendum quod, sicut dicit Avicenna in sua Metaphysica, nullus effectus potest remanere si auferatur id quod erat causa eius in quantum huiusmodi. Sed in causis inferioribus quaedam sunt causae fiendi, quaedam vero essendi, et dicitur causa fiendi quod educit formam de potentia materiae per motum, sicut faber est causa efficiens cultelli, causa vero essendi rem est illud a quo per se esse rei dependet, sicut esse luminis in aere dependet a sole: ablato ergo fabro cessat fieri cultelli non autem esse eius, absente vero sole cessat esse luminis in aere. Et similiter actione divina cessante esse creaturae omnino deficeret cum Deus non sit solum causa fiendi rebus sed etiam essendi.

9. Ad nonum dicendum quod ista condicio non est in creatura possibilis ut habeat esse sine aliquo conservante: hoc enim rationi creaturae repugnat, quae in quantum huiusmodi esse causatum habet ac per hoc ab alio dependens.

10. Ad decimum dicendum quod plura requiruntur ad actum secundum quam ad actum primum, et ideo non est inconveniens ut aliquid sit causa alicuius quantum ad motum et operationem quod ⟨non⟩ sit causa eius quantum ad esse.

11. Ad undecimum dicendum quod divinae providentiae et bonitatis magnitudo magis | manifestatur in hoc quod inferiora per superiora gubernat quam si omnia gubernaret immediate, quia secundum hoc quantum ad plura divinae bonitatis perfectio creaturis communicatur, ut ex dictis patet. 71rb

12. Ad duodecimum dicendum quod spiritualis creatura gubernat corporalem per influentiam motus: nec oportet propter hoc ut omnibus corporibus coniungantur sed eis solum quae immediate movent, scilicet corporibus primis, nec eis coniunguntur ut formae, sicut quidam posuerunt, sed sicut motores tantum.

13. Ad tertium decimum dicendum quod, cum dicitur per alterum aliquid fieri, haec praepositio per importat causam operationis. Sed cum operatio sit media inter operantem et

A 294 actio] operatio *imp. praem.* pA 302 operatio *in marg.* A] *om.* pA providentiae (*e* providentia pA) *em.* A (*cf. nota superior*) 336 similiter] nisi *add.* pA 337 esse] *idem conf. praem.* pA 340 nonum] x *praem.* pA 350 ⟨non⟩ *suppl. cum* Φ] *casu om.* A 364 primis] . s *add.* pA

Φ 294 eorum] earum Φ (-δ) 296 sed] tamen Φ (-δ^2) non *ante* tantum δ^2 312 esse ei] ea esse Σ *inv.* β 328 causae] causa Φ 329 vero *om.* Φ quod] que Φ 334 fieri] ipsum *praem.* Φ 350 ⟨non⟩ *suppl.* Φ 361 ut] quod Φ 362 corporibus] corporalibus Φ 362 coniungantur] –gatur Φ 367 dicitur] *om.* α β *post* alterum γ *post* fieri δ haec praepositio per] hoc ipso li per Σ hec propositio non β

295 rationes...exeant: cf. August. *De Trin.* III c. 8-9 (PL 42, 875 sqq.) et *De Gen. ad litt.* IX c. 15 (PL 34, 404). 325 VI c. 2 (f. 92ra C). 365 quidam: Platonici ex August. *De civ. Dei* VIII c. 16 (PL 41, 241) ut refert Thomas *De pot.* q. 6 a. 6, Origenes [cf. *Peri Archon* I c. 7 (PG 11, 173 B-C) sec. Hieron. *Contra Ioh. Hierosol.* n. 17 (PL 23, 385 B-C)] ut refert Thomas *I Pars* q. 70 a. 3, Hieron. *Comment. in Eccl.* 1[6] (PL 23, 1068 B-C) ut refert Thomas *I Pars* l. c. et habetur in *Glossa ordin.* super Eccl. 1[6] sec. Thomam infra a. 9 510, Avicenna *Metaph.* X c. 1 (f. 108r) sec. Thomam infra a. 10 120 et q. 6 a. 6 97.

operatum, potest importare causam operationis secundum quod terminatur ad operatum et sic per instrumentum dicitur aliquid fieri, vel secundum quod exit ab operante et sic dicitur aliquid fieri per formam agentis: non enim instrumentum est causa agenti quod agat sed forma agentis solum vel aliquis superior agens; instrumentum vero est causa operato quod actionem agentis suscipiat. Cum ergo dicitur quod Deus per se solum cuncta disponit, li per denotat causam dispositionis divinae secundum quod exit a Deo disponente: et sic per se solum dicitur disponere quia nec ab alio superiori disponente movetur, nec per formam extraneam disponit sed per propriam bonitatem.

Articulus nonus

Nono quaeritur utrum per corpora caelestia disponat divina providentia inferiora corpora. Et videtur quod non quia, ut dicit Damascenus in II libro, « nos autem dicimus quoniam ipsa », scilicet superiora corpora, « non sunt causa alicuius eorum quae fiunt neque corruptionis eorum quae corrumpuntur »: ergo cum haec inferiora sint generabilia et corruptibilia, non disponuntur per superiora corpora.

2. Sed dicebat quod dicuntur non esse causa horum quia non inducunt his inferioribus necessitatem. — Sed contra, si effectus caelestis corporis impeditur in his inferioribus, hoc non potest esse nisi propter aliquam dispositionem in eis inventam; sed si haec inferiora per illa superiora gubernantur, oportet etiam illam dispositionem impedientem in aliquam virtutem corporis caelestis reducere; ergo impedimentum non potest esse ex istis inferioribus nisi secundum exigentiam superiorum, et ita si superiora habent necessitatem in suis motibus, etiam in inferiora necessitatem inducent si a superioribus gubernantur.

3. Praeterea, ad completionem alicuius actionis sufficit agens et patiens; sed in istis inferioribus inveniuntur virtutes activae naturales et etiam virtutes passivae; ergo ad eorum actiones non exigitur virtus corporis caelestis; ergo non gubernantur mediantibus corporibus caelestibus.

4. Praeterea, Augustinus dicit quod in rebus invenitur aliquid actum et non agens, sicut sunt corpora, aliquid vero agens et non actum, sicut Deus, aliquid vero agens et actum, sicut spirituales substantiae; sed caelestia corpora sunt corporalia pura; ergo non habent virtutem agendi in haec inferiora, et sic inferiora non disponuntur eis mediantibus.

5. Praeterea, si corpus caeleste agit aliquid in haec inferiora, aut agit in quantum est corpus, per formam scilicet corporalem, aut per aliquid aliud; sed non in quantum est corpus quia sic agere cuilibet corpori conveniret, quod non videtur secundum Augustinum; ergo si agunt agunt per aliquid aliud, et sic illi incorporeae virtuti debet attribui actio et non ipsis caelestibus corporibus, et sic idem quod prius.

6. Praeterea, quod non convenit priori non convenit etiam posteriori; sed, sicut dicit Commentator in libro De substantia orbis, formae corporales praesupponunt dimensiones interminatas in materia; dimensiones autem non agunt quia quantitas nullius actionis principium est; ergo nec corporales formae sunt principia actionum, et sic nullum corpus aliquid agit nisi per virtutem incorporalem in eo existentem, et sic idem ut prius.

7. Praeterea, in libro De causis, super illam propositionem « Omnis anima nobilis tres habet operationes » etc., dicit commentator quod anima

A 3 videtur *per rasuram brevem in fine em.* A] *non liquet* pA 48 non convenit] con *praem.* pA 51 corporales *in marg.* A] particulares pA 56 incorporalem *coni. cum* Φ] corporalem (*fort. mendum scribae e lapsu auditus*) A 58 in libro De causis] philosophus dicit *praem.* pA 59 nobilis tres *inv.* pA 60 operationes *in marg.* A] *om.* pA

Φ 372 dicitur] dicimus Φ 375 quod] ut Φ 383 extraneam] que non sit ipse *add.* Σ
8 sint] sunt Φ 14 aliquam] aliam Φ 15 eis] hiis Φ 19 ex istis] in hiis Φ 23 gubernantur] –nentur Φ 29 gubernantur] disponunt α δ^2 disponuntur δ^1 33 corpora] corporalia Φ 36 corporalia] corpora Φ 42 sed *om.* Φ 57 ut] quod Φ 58 illam propositionem] illa propositione Φ 60 etc. *om.* Φ

1 Parall.: *I Pars* q. 115 a. 3; *Cont. Gent.* III c. 82; *Super Sent. II* d. 15 q. 1 a. 2; *Comp. theol.* cap. 127. 4 *De fide* II c. 7 (PG 94. 893 B; Bt 91). 31 *De civ. Dei* V c. 9 (PL 41, 151) ut dicitur infra q. 25 a. 5 arg. 4. 44 Hic supra. 50 Cap. 1 (IX, 4 A). 58 Prop. 3. 60 Comm. ibid.

agit in naturam cum divina virtute quae est in ea; sed anima est multo nobilior quam corpus; ergo nec corpus potest aliquid agere in animam nisi per aliquam virtutem divinam in eo existentem, et sic idem quod prius.

8. Praeterea, illud quod est simplicius non movetur ab eo quod est minus simplex; sed rationes seminales quae sunt in materia inferiorum corporum sunt simpliciores quam virtus corporalis ipsius caeli, quia virtus illa est extensa in materia, quod de rationibus seminalibus dici non potest; ergo rationes seminales inferiorum corporum non possunt moveri per virtutem corporis caelestis, et ita non gubernantur haec inferiora in suis motibus per corpora caelestia.

9. Praeterea, Augustinus dicit in V De civitate Dei « Nihil tam ad corpus pertinet quam ipse corporis sexus et tamen sub eadem positione siderum diversi | sexus in geminis concipi potuerunt »: ergo etiam in corporalia superiora corpora influxum non habent, et sic idem quod prius.

10. Praeterea, ' causa prima magis influit in causatum causae secundae quam etiam causa secunda ', ut dicitur in principio De causis; sed si inferiora corpora per superiora disponantur, tunc virtutes superiorum corporum erunt sicut causae primae respectu inferiorum virtutum, quae erunt sicut causae secundae; ergo effectus in his inferioribus contingentes magis dispositionem corporum caelestium sequentur quam virtutem corporum inferiorum; sed in illis invenitur necessitas quia semper eodem modo se habent; ergo et effectus inferiores necessarii erunt; hoc autem est falsum; ergo et primum, scilicet quod inferiora per superiora corpora disponantur.

11. Praeterea, motus caeli est naturalis, ut in I Caeli et mundi dicitur, et ita non videtur esse voluntarius vel electivus, et ita quae per ipsum causantur non causantur ex electione, et ita non subduntur providentiae; sed inconveniens est quod inferiora corpora non gubernentur providentia; ergo inconveniens est quod superiorum corporum motus sit causa inferiorum.

12. Praeterea, posita causa ponitur effectus: ergo esse causae est sicut antecedens ad esse effectus; sed si antecedens est necessarium, et consequens est necessarium; ergo si causa est necessaria, et effectus; sed effectus qui in inferioribus corporibus accidunt non sunt necessarii sed contingentes; ergo non causantur a motu caeli, qui est necessarius cum sit naturalis, et sic idem quod prius.

13. Praeterea, illud propter quod fit aliud est eo nobilius. Sed omnia facta sunt propter hominem, etiam corpora caelestia, ut dicitur Deut. IV[19] « Ne forte oculis elevatis ad caelum videas solem et lunam et omnia astra caeli, et errore deceptus adores ea quae creavit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus quae sub caelo sunt ». Ergo homo est dignior creaturis caelestibus; sed vilius non influit in nobilius; ergo corpora caelestia non influunt in corpus humanum, et eadem ratione nec in alia corpora quae sunt priora humano corpore sicut sunt elementa.

14. Sed dicebat quod homo est nobilior caelestibus corporibus quantum ad animam sed non quantum ad corpus. — Sed contra, nobilioris perfectibilis nobilior est perfectio; sed corpus hominis habet nobiliorem formam quam corpus caeli: forma enim caeli est pure corporalis, qua est multo nobilior rationalis anima; ergo et corpus humanum est nobilius caelesti corpore.

15. Praeterea, contrarium non est causa sui contrarii; sed virtus corporis caelestis quandoque contrariatur effectibus in istis inferiori-

A 72 inferiorum...non possunt] non poss *praem.* pA 89 secundae] *idem praem.* pA 90 inferioribus (*ex* inferiorem *ut videtur* pA) *em.* A 94 inferiores *rep.* A, *et alterum delevimus* 105 superiorum (*e* superiora pA) *em.* A 125 ergo] homo *add.* pA

Φ 76 in V] in libro Φ 80 potuerunt] possunt Φ corporalia] corpora Φ 81 corpora] corporalia Φ (-δ) influxum] inferiora *praem.* Σ 83 magis] plus Φ 86 disponantur] -nuntur Φ 87-89 tunc...secundae *om.* α δ 91 sequentur] sequuntur Φ 102 subduntur] -dentur Φ 103 quod *om.* Φ gubernentur] gubernari Φ (*def.* δ^2) 119 IV] viii (*seu* 8) Φ 120-123 solem...sunt] etc. que creavit in ministerium etc. α δ 124 creaturis] corporibus α δ 130 sed *om.* Φ 133 formam] perfectionem Φ

77 Cap. 6 (PL 41, 146). 85 Prop. 1. 99 *De caelo* I 3 (268 b 14). 107 posita...effectus: Avicenna et Petrus Hispan. ut supra q. 2 a. 14 9 in nota. 109 si...consequens est necessarium: Arist. ut supra q. 2 a. 12 58 in nota.

bus inducendis: sicut corpus caeleste quandoque ad humiditatem movet cum medicus intendit materiam digerere desiccando ad sanitatem inducendam, quam etiam quandoque inducit existente corpore caelesti in contraria dispositione; ergo corpora caelestia non sunt causa effectuum corporalium in his inferioribus.

16. Praeterea, cum omnis actio fiat per contactum, quod non tangit non agit; sed corpora caelestia non tangunt ista inferiora; ergo non agunt in ea, et sic idem quod prius.

17. Sed dicebat quod corpora caelestia tangunt haec per medium. — Sed contra, quandocumque est contactus et actio per medium oportet quod medium prius recipiat effectum agentis quam ultimum, sicut ignis prius calefacit aerem quam nos; sed effectus stellarum et solis non possunt recipi in orbibus inferioribus, qui sunt de natura quintae essentiae et ita non sunt susceptivi caloris aut frigoris aut aliarum dispositionum quae in his inferioribus inveniuntur; ergo non potest eis mediantibus a supremis corporibus actio in haec infima pervenire.

18. Praeterea, ei quod est medium providentiae providentia communicatur; sed providentia communicari non potest corporibus caelestibus cum ratione careant; ergo non possunt esse medium in provisione rerum.

SED CONTRA est quod Augustinus dicit III De Trinitate, « Corpora crassiora et infirmiora per subtiliora et potentiora quodam ordine reguntur »; sed corpora caelestia sunt subtiliora et potentiora quam inferiora; haec ergo inferiora reguntur per illa.

2. Praeterea, Dionysius dicit IV cap. De divinis nominibus quod radius solaris « generationem visibilium corporum confert et ad vitam ipsa movet et nutrit et auget »; hi autem sunt nobiliores effectus in his inferioribus; ergo et omnes alii effectus corporales producuntur a divina providentia mediantibus corporibus caelestibus.

3. Praeterea, secundum Philosophum in II Metaphysicae, illud quod est primum in aliquo genere est causa eorum quae sunt post in illo genere; sed corpora caelestia sunt prima in genere corporum et motus eorum sunt primi inter alios motus corporales; ergo sunt causa corporalium quae hic aguntur, et sic idem quod prius.

4. Praeterea, Philosophus dicit in II De generatione quod allatio solis in circulo declivi est causa generationis et corruptionis in his inferioribus, unde et generationes et corruptiones mensurantur per motum praedictum; in libro etiam De animalibus dicit quod omnes diversitates quae sunt in conceptibus sunt ex corporibus caelestibus; ergo eis mediantibus haec inferiora disponuntur.

5. Praeterea, Rabbi Moyses dicit quod caelum est in mundo sicut cor in animali; sed omnia alia membra gubernantur ab anima mediante corde; ergo omnia corpora alia gubernantur a Deo mediante caelo.

RESPONSIO. Dicendum quod communis intentio omnium fuit reducere multitudinem in unitatem et varietatem in uniformitatem secundum quod possibile esset, et ideo antiqui considerantes diversitatem actionum in istis inferioribus tentaverunt ea reducere in aliqua principia pauciora et simpliciora, | scilicet in 71vb

A 141 corpus] *idem conf. et imp. praem.* pA 163 pervenire (*e* prevenire pA) *em.* A 168 rerum] careant *praem.* pA (*cf. lin. superior*) 170 infirmiora A] inferiora *Augustinus* 176 generationem (*ut ipse Thomas Cont. Gent. III* c. 83 *manu propria in cod. Vat. Lat. 9850* f. 62ra) A] ad *praem. fons sec. trans. Sarrac.* 187 et motus...ergo] g (*inc.* ergo) *praem.* pA 194 mensurantur] periodo (*e loco adlegato*) *add.* pA 196 sunt2] reducuntur *praem.* pA 205 fuit] quod *add.* pA

Φ 141 quandoque] quando Φ 142 cum] tunc Σ 143 materiam digerere] *inv.* Φ (-δ) dirigere materiam δ 148 fiat] fit Σ sit β 153 haec] sed Φ (-δ1) *om.* δ1 158 qui] quia Φ 160 frigoris] frigiditatis Φ 163 infima pervenire] inferiora provenire Φ 170 crassiora et infirmiora] infirmiora et crassiora et inferiora Φ 174 inferiora] hec Φ 175 IV (*legend.* III)] viii (*seu* 8) Φ 176 generationem] generationi Φ 179 his] istis Φ 180 producuntur] educuntur α δ reducuntur β 185 eorum] illorum Φ quae] qui Φ (-δ) 196 conceptibus] conceptionibus Φ 201 anima] animali Σ 209 tentaverunt] reputaverunt Φ

148 omnis...contactum: Arist *De gen. et corr.* I c. 6 (322 b 22) ut dicitur *De malo* q. 16 a. 10 arg. 3. 159 de natura quintae essentiae: Arist. *De caelo* I 4 (269 a 2) ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 12 a. 1 ad 4 et d. 14 a. 2. De voce ' quinta essentia ' cf. Macrobius *Comment. in somn. Scipionis* I c. 14 § 20, Robertus Grosseteste *De sphaera* cap. 1 (ed. Baur, Münster i. W. 1912, p. 11), Albertus *De caelo* I tr. 1 c. 7. 170 Cap. 4 (PL 42, 873). 176 § 4 (PG 3, 700 A) sec. transl. Sarraceni (Dion. 166). 184 *Metaph.* II 2 (993 b 24). 191 Cap. 10 (336 a 31). 195 *De gen. animal.* IV c. 10 (777 b 20) sec. transl. Scoti, vide Albertum *De animal.* XVIII tr. 2 c. 8 n. 90 (St II, 1239). 199 *Dux neutr.* I c. 71. 207 antiqui: Anaximenes, Diogenes, Empedocles, Heraclitus, Hippasus et Thales ut refert Arist. *Metaph.* I 4 (983 b 20 sqq.), cf. *Phys.* I 2 (184 b 15) et *De caelo* III 8 (302 a 28).

elementa, multa aut unum, et in qualitates elementales. Sed ista positio non est rationabilis. Qualitates enim elementales inveniuntur se habere in actionibus rerum naturalium sicut instrumentalia principia, cuius signum est quod non eundem modum actionis habent in omnibus nec ad eundem terminum perveniunt actiones ipsorum: alium enim effectum habent in auro et ligno et animalis carne, quod non esset nisi agerent in quantum essent ab alio regulata. Actio autem principalis agentis non reducitur sicut in principium in actionem instrumenti sed potius e converso, sicut effectus artis non debet attribui serrae sed artifici. Unde et effectus naturales non possunt reduci in qualitates elementales sicut in prima principia.

Unde alii, scilicet Platonici, reduxerunt eos in formas simplices et separatas sicut in prima principia, ex quibus, ut dicebant, erat esse et generatio in istis inferioribus et omnis proprietas naturalis. Sed hoc etiam non potest stare: a causa enim eodem modo se habente est effectus semper eodem modo se habens; formae autem illae ponebantur esse immobiles, unde oporteret ut semper ab eis generatio esset uniformiter in istis inferioribus, cuius contrarium videmus ad sensum. Unde oportet ponere principia generationis et corruptionis et aliorum motuum consequentium in his inferioribus esse aliqua quae non semper eodem modo se habeant, oportet tamen ea semper manere quasi prima generationis principia ut generatio continua esse possit: et ideo oportet ea esse invariabilia secundum substantiam, moveri autem solum secundum locum ut per accessum et recessum contrarios et diversos motus in his inferioribus efficiant; et huiusmodi sunt corpora caelestia; et ideo omnes effectus corporales oportet reducere in ea sicut in causas.

Sed in hac reductione duplex error fuit. Quidam enim haec inferiora in corpora caelestia reduxerunt sicut in causas simpliciter primas eo quod nullas substantias incorporeas arbitrabantur, unde priora in corporibus dixerunt esse prima inter entia. Sed hoc manifeste apparet esse falsum: omne quod enim movetur oportet in principium immobile reduci cum nihil a se ipso moveatur et non sit abire in infinitum; corpus autem caeleste, quamvis non varietur secundum generationem et corruptionem aut secundum aliquem motum qui variet aliquid quod insit substantiae eius, movetur tamen secundum locum; unde oportet in aliquod prius principium reductionem fieri ut sic ea quae alterantur quodam ordine reducantur in alterans non alteratum, motum tamen secundum locum, et ulterius in id quod nullo modo movetur.

Quidam vero posuerunt corpora caelestia esse causas istorum inferiorum non solum quantum ad motum sed etiam quantum ad primam eorum institutionem, sicut Avicenna dicit in sua Metaphysica quod ex eo quod est commune omnibus corporibus caelestibus, scilicet natura motus circularis, causatur in his inferioribus id quod est eis commune, scilicet materia prima, et ex his in quibus corpora caelestia differunt ad invicem causatur diversitas formarum in his inferioribus, ut sic caelestia corpora sint media inter Deum et ista inferiora etiam in via creationis quodam modo. Sed hoc est alienum a fide, quae ponit omnem naturam immediate esse a Deo conditam secundum sui primam institutionem, unam autem creaturam moveri ab altera praesuppositis virtutibus naturalibus utrique creaturae ex divino opere attributis: et ideo ponimus corpora caelestia esse causas inferiorum per viam motus

A 220 nisi] si *praem.* pA 221 reducitur] ed *praem.* pA 232 a causa enim] si enim *praem.* pA 241 oportet] q *praem.* pA 254 corporibus] corporalibus *praem.* pA 266 tamen] *idem conf. praem.* pA

Φ 211 elementa] aut *add.* Φ elementales] –tares Φ 213 elementales] –tares Φ 218 ipsorum] ipsarum Φ 219 et ligno...carne] alium in ligno vel carne animalis Φ 226 elementales] –tares Φ 227 Unde] et *add.* Φ eos *om.* Φ 231 etiam *om.* Σ 233 semper *om.* Φ 241 quasi] *om.* α γ tamquam δ 242 principia] et corruptionis *add.* Φ 245 solum] *om.* Φ (-δ) *post* locum δ 246 contrarios...motus] motus varios et contrarios contrarii et (et *om.* γ) diversi effectus Σ 247 efficiant] fiunt (fiant γ δ^2) *ante* in his^{246} Σ efficient β 248 corporales *om.* Φ 254 dixerunt...entia] dicebant esse priora in entibus Φ 264 prius] primum Φ 277 in *om.* Φ 278 ad] ab Φ 280 ista] corpora *add.* Φ 284 sui *om.* Σ 285 creaturam] naturam Σ 287 attributis] non est contra fidem *add.* Σ 288 causas] causam Σ

227 Platonici: ex Arist. *De gen. et corr.* II c. 9 (335 b 9) et *Metaph.* I 15 (991 b 3) ubi refellitur sententia Platonis. 251 Quidam: Antiqui Naturales sec. Arist. *Metaph.* IV 5 (1005 a 31-b 2) ut refert Thomas *Super Sent. II* d. 15 q. 1 a. 2. 258 nihil... moveatur: Arist. *Phys.* VII 1 (241 b 24) ut dicitur infra q. 15 a. 2 arg. 15. 262 movetur...locum: cf. Arist. *De caelo* I 4 (269 a 2). 273 *Metaph.* IX c. 5 (f. 105^{rb}). 282 alienum a fide: Ioh. Damasc. ut supra a. 8 250.

tantum, et sic esse media in opere gubernationis non autem in opere creationis.

1. Ad primum igitur dicendum quod Damascenus intendit a corporibus caelestibus excludere respectu horum inferiorum causalitatem primam vel etiam necessitatem inducentem: corpora enim caelestia etsi semper eodem modo agant, eorum tamen effectus recipitur in inferioribus secundum modum inferiorum corporum, quae in contrariis dispositionibus frequenter inveniuntur, unde virtutes caelestes non semper inducunt effectus suos in his inferioribus propter impedimentum contrariae dispositionis. Et hoc est quod Philosophus dicit in libro De somno et vigilia quod frequenter fiunt signa imbrium et ventorum quae tamen non eveniunt propter contrarias dispositiones fortiores.

2. Ad secundum dicendum quod dispositiones istae quae contrariantur caelesti virtuti non sunt ex prima institutione causatae a corpore caelesti sed ex divina operatione, per quam ignis effectus est calidus et aqua frigida et sic de aliis, et sic non oportet omnia impedimenta huiusmodi in causas caelestes reducere.

3. Ad tertium dicendum quod virtutes activae in his inferioribus sunt instrumentales tantum, unde sicut instrumentum non movet nisi motum a principali agente, ita nec virtutes activae inferiores agere possunt nisi motae a corporibus caelestibus.

4. Ad quartum dicendum quod obiectio illa tangit quandam opinionem quae habetur in libro Fontis vitae, qui ponit quod nullum corpus ex virtute corporali agit sed quantitas quae
72ra est in materia impedit formam ab actione, | et omnis actio quae attribuitur corpori est alicuius virtutis spiritualis operantis in ipso corpore; et hanc opinionem Rabbi Moyses dicit esse Loquentium in lege Maurorum, dicunt enim quod ignis non calefacit sed Deus in igne. Sed haec positio stulta est cum auferat rebus omnibus naturales operationes, et contrariatur dictis philosophorum et sanctorum: unde dicimus quod corpora per virtutem corporalem agunt, nihilominus tamen Deus operatur in omnibus rebus sicut causa prima operatur in causa secunda. Quod igitur inducitur quod corpora aguntur tantum et non agunt, debet intelligi secundum hoc quod illud dicitur agere quod habet dominium super actionem suam, secundum quem modum loquendi dicit Damascenus quod ' animalia bruta non agunt sed aguntur ': per hoc tamen non excluditur quin agant secundum quod agere est actionem aliquam exercere.

5. Ad quintum dicendum quod agens semper est diversum vel contrarium patienti, ut dicitur in I De generatione: et ideo corpori non competit agere in aliud corpus secundum hoc quod habet commune cum eo sed secundum id in quo ab eo distinguitur; et ideo corpus non agit in quantum est corpus sed in quantum est tale corpus, sicut etiam animal non ratiocinatur in quantum est animal sed in quantum est homo, et similiter ignis non calefacit in quantum est corpus sed in quantum est calidus, et similiter etiam est de corpore caelesti.

6. Ad sextum dicendum quod dimensiones praeintelliguntur in materia non in actu completo ante formas naturales sed in actu incompleto, et ideo sunt prius in via materiae et generationis; sed forma est prior in via complementi. Secundum hoc autem aliquid agit quod completum est et ens actu, non secundum quod est in potentia: secundum hoc enim patitur. Et ideo non sequitur, si materia vel dimensiones in materia praeexistentes non agunt, quod forma non agat, sed e converso; sequeretur autem

A 289 gubernationis *postea brevis rasura* A 293 horum] horum horum *in fine lin. praem.* pA 295 etsi semper] s *praem.* pA 300 suos] su *in fine lin. praem.* pA 327 Loquentium *hic* A] *post* lege pA 346 diversum *em.* A] *conf.* pA 348 secundum hoc quod habet commune] quod habet commune q *praem.* pA 349 sed secundum] secundum *praem.* pA 358 praeintelliguntur] prein (*trans. ad lin.*) intelliguntur A 365 ideo] *litt. imp. add.* pA

Φ 295 enim] autem Φ 298 frequenter *om.* Σ 300 his] istis Φ 301 impedimentum...dispositionis] contrarias dispositiones impedientes Φ 317 agente] motore et *praem.* Φ 322 qui] quae Φ 324 et] quod *add.* Φ 355 corpus] ignis Φ 358 materia] natura α β δ^2 360 materiae et] *om.* α δ materie β γ 363 et ens] ens in Φ 365 sequitur] quod *add.* Φ

303 *De divin. per somn.* cap. 2 (463 b 23). 322 Avencebrol *Fons vitae* tr. II n. 9-10 (ed. Baeumker, Münster 1895, p. 40-41). 327 *Dux neutr.* I c. 72. 332 philosophorum et sanctorum: cf. Thomas *Cont. Gent.* III c. 69, *I Pars* q. 115 a. 1, *De pot.* q. 3 a. 7. 340 *De fide* II c. 27 (PG 94, 960 D; Bt 153). 347 Cap. 7 (324 a 11).

quod si non patiuntur, quod forma non patiatur. Et tamen forma corporis caelestis non inest ei mediantibus huiusmodi dimensionibus, ut Commentator ibidem dicit.

7. Ad septimum dicendum quod ordo effectuum debet respondere ordini causarum; in causis autem secundum auctorem illius libri talis ordo invenitur quod primum est causa prima, scilicet Deus, secundum autem intelligentia, tertium vero anima; unde et primus effectus, qui est esse, proprie attribuitur causae primae, et secundus, qui est cognoscere, attribuitur intelligentiae, et tertius, qui est movere, attribuitur animae. Sed tamen causa secunda semper agit in virtute causae primae et sic aliquid habet de operatione eius, sicut etiam inferiores orbes habent aliquid de motu primi orbis: unde et intelligentia secundum ipsum non solum intelligit sed et dat esse, et anima, quae est effecta ab intelligentia secundum eum, non solum movet, quod est actio animalis, sed etiam intelligit, quod est actio intellectualis, et dat esse, quod est actio divina, et hoc dico de anima nobili quam intelligit ille esse animam caelestis corporis vel quamlibet aliam rationalem animam. Sic ergo non oportet quod sola virtus divina immediate moveat sed etiam inferiores causae per virtutes proprias secundum quod participant virtutem superiorum causarum.

8. Ad octavum dicendum quod secundum Augustinum rationes seminales dicuntur omnes vires activae et passivae a Deo creaturis collatae quibus mediantibus naturales effectus in esse producit: unde ipse dicit in III De Trinitate quod « sicut matres gravidae sunt fetibus, sic ipse mundus gravidus est causis nascentium », exponens quod supra de rationibus seminalibus dixerat, quas etiam « vires et facultates rebus distributas » nominaverat. Unde inter has rationes seminales continentur etiam virtutes activae corporum caelestium, quae sunt nobiliores virtutibus activis inferiorum corporum et ita possunt eas movere; et dicuntur rationes seminales in quantum in causis activis sunt omnes effectus originaliter sicut in quibusdam seminibus. Si tamen intelligantur rationes seminales inchoationes formarum quae sunt in materia prima secundum quod est in potentia ad omnes formas, ut quidam volunt quamvis non multum conveniat dictis Augustini, tamen potest dici quod earum simplicitas est propter earum imperfectionem sicut et materia prima est simplex, et ideo ex hoc non habent quod non moveantur sicut nec materia prima.

9. Ad nonum dicendum quod oportet sexuum diversitatem in aliquas causas caelestes reducere: omne enim agens intendit assimilare sibi patiens secundum quod potest, unde vis activa quae est in semine maris intendit conceptum semper ducere ad sexum masculinum, qui perfectior est, unde sexus femineus accidit praeter intentionem naturae particularis agentis; nisi ergo esset aliqua virtus quae intenderet femininum sexum, generatio feminae esset omnino a casu sicut et aliorum monstrorum; et ideo dicitur quod quamvis sit praeter intentionem naturae particularis, ratione cuius dicitur « femina mas occasionatus », tamen de intentione est naturae universalis, quae est vis corporis caelestis, ut Avicenna dicit. Sed potest esse impedimentum ex parte materiae quod nec virtus caelestis nec particularis consequitur effectum suum, productionem scilicet masculini sexus: unde quandoque femina generatur etiam existente dispositione in corpore caelesti ad contrarium propter materiae indis-

A 386 non solum] s *praem.* pA anima] intelligentia *praem.* pA 388 quod est...sed etiam] set etiam *praem.* pA 391 ille *sup. lin.* A] secundum eum *post* corporis pA 393 sola] omne *praem.* pA 402 unde] et *add.* pA in III...quod « sicut] quod sicut *praem.* pA 411 et ita] si autem intelligatur ut quidam *praem.* pA (*cf. lin.* 414 *et* 417) et[2]] . Si *praem.* pA (*cf. lin.* 414) 412 in quantum *in marg.* A] *om.* pA 429 sexum *em.* A] *conf.* pA masculinum *em.* A] *conf.* pA 434 sicut *em.* A] *conf.* pA 434 mostrorum A

Φ 376 autem *om.* Φ 386 sed et] sicut et α β sicut etiam γ δ[2] 399 omnes] tres Φ 408 etiam] et Σ (-δ[1]) *om.* δ[1] 420 sicut *om.* Σ 424 sexuum] seminum α δ 425 in] ad Φ causas] *om.* Φ (-δ) *post* caelestes δ 441 nec...nec] neque...neque Φ

374 Comm. 3. 399 Cf. *De Trin.* III c. 8 (PL 42, 875) et *De Gen. ad litt.* IX c. 17 (PL 34, 406). 403 Cap. 9 (PL 42, 878). 405 supra: l. c. (PL 42, 877). 417 quidam: Bonaventura *Super Sent. II* d. 7 p. II a. 2 q. 1 et ibid. d. 18 a. 1 q. 3. 426 omne...patiens: Arist. ut supra q. 2 a. 3 240 in nota. 437 « femina mas occasionatus »: Arist. *De gen. animal.* II c. 3 (737 a 28) sec. transl. Scoti (ms. Chis. E. VIII. 251, f. 82[va]) ut refert Thomas *I Pars* q. 99 a. 2 arg. 1. 439 *Metaph.* VI c. 5 (f. 94[va]).

positionem, vel e contrario | generabitur sexus masculinus contra dispositionem caelestis corporis propter particularis virtutis victoriam super materiam. Contingit ergo quod in conceptione geminorum operatione naturae materia separatur, cuius una pars magis oboedit virtuti agenti quam altera propter alterius indigentiam, et ideo in una parte generatur sexus femineus, in altera masculinus, sive corpus caeleste disponat ad unum sive ad alterum; magis tamen hoc potest accidere quando corpus caeleste disponit ad femineum sexum.

10. Ad decimum dicendum quod causa prima magis dicitur influere quam secunda in quantum eius effectus est intimior et permanentior in causato quam effectus causae secundae; effectus tamen magis similatur causae secundae quia per eam determinatur quodam modo actio primae causae ad hunc effectum.

11. Ad undecimum dicendum quod, quamvis motus caelestis secundum quod est actus mobilis corporis non sit motus voluntarius, secundum tamen quod est actus moventis est voluntarius, id est ab aliqua voluntate causatus, et secundum hoc ea quae ex motu illo causantur sub providentia cadere possunt.

12. Ad duodecimum dicendum quod effectus non sequitur ex causa prima nisi posita causa secunda, unde necessitas causae primae non inducit necessitatem in effectu nisi posita necessitate in causa secunda.

13. Ad tertium decimum dicendum quod corpus caeleste non est factum propter hominem sicut principalem finem, sed finis principalis eius est bonitas divina. Et iterum quod homo sit nobilius caelesti corpore non est ex natura corporis sed ex natura animae rationalis. Et praeterea, dato quod etiam corpus hominis esset simpliciter nobilius quam corpus caeli, nihil prohiberet corpus caeli secundum aliquid esse nobilius humano corpore, in quantum illud scilicet habet virtutem activam, hoc autem passivam, et sic poterit agere in ipsum: et sic etiam ignis in quantum est actu calidus agit in corpus humanum in quantum est potentia calidum.

14. Ad quartum decimum dicendum quod anima rationalis et est substantia quaedam et est corporis actus: in quantum ergo est substantia est nobilior forma caelesti, non autem in quantum est corporis actus. Vel potest dici quod anima est perfectio corporis humani et ut forma et ut motor; corpus autem caeleste, quia perfectius est, non requirit aliquam substantiam spiritualem quae perficiat ipsum ut forma sed quae perficit ipsum ut motor tantum, et haec perfectio secundum naturam est nobilior quam anima humana. Quamvis etiam quidam posuerint motores coniunctos orbium esse formas eorum, quod sub dubio ab Augustino relinquitur in II Super Genesim ad litteram, Ieronymus etiam asserere videtur, Eccl. 1[6] super illud « Lustrans universa in circuitu » etc., glosa « Spiritum solem nominavit, quod animal sit, spiret et vigeat »; Damascenus tamen in II libro contrarium dicit, « Nullus », inquit, « animatos caelos vel luminaria existimet: inanimati sunt enim et insensibiles ».

15. Ad quintum decimum dicendum quod actio etiam contrarii quod repugnat virtuti activae alicuius corporis caelestis, habet aliquam causam in caelo: per motum enim primum ponitur a philosophis quod res inferiores conservantur in suis actionibus, et ita illud contrarium quod agit impediendo effectum alicuius corporis caelestis, utpote calidum quod impedit humectationem lunae, habet etiam ali-

A 448 propter] virtutem *add.* pA 462 similatur causae] sequitur similitudinem causae *praem.* pA 474 sequitur] potest *praem.* pA 482 nobilius *clare* A 483 rationalis] naturalis *praem.* pA 497 in quantum *trans. ad lin. rep.* A, *et alterum delevimus* 500 perfectius] *idem conf. praem.* pA 505 orbium] orb *conf. praem.* pA 506 relinquitur] ab augustino *add.* pA 508 asserere] ad (*idem conf. inc.*) *praem.* pA videtur *legim.*] *conf.* (*fort.* videatur) A 511 animal sit *sic cum glosa* A] animet *in loc. Hieronymi adleg.* 519 res] unumq *praem.* pA

Φ 459 prima magis] primaria plus Φ 462 effectus *om.* Φ (-δ) 464 actio] actus Φ 468 motus] actus Φ 474 posita causa] composita cum Φ 480 sicut] propter *add.* Φ 482 nobilius] nobilior Φ 486 prohiberet] prohibet Φ 490 calidus] calidum Φ 500 perfectius] perfectum Φ aliquam] aliam Φ 505 posuerint] –erunt Φ 511 animal sit] sicut animal Φ

504 quidam: ut supra a. 8 365 in nota. 507 Cap. 18 (PL 34, 279). 508 *Comment. in Eccl.* 1[6] (PL 23, 1068 B-C). 510 *Glossa ordin.* ibid. 512 *De fide* II c. 6 (PG 94, 885 A; Bt 83). 519 philosophis: Arist. *Phys.* VIII 1 (250 b 14) ut refert Thomas supra q. 4 a. 8 31.

quam causam caelestem, et sic etiam sanitas quae consequitur non omnino contrariatur actioni caelestis corporis sed habet ibi aliquam radicem.

16. Ad sextum decimum dicendum quod corpora caelestia tangunt inferiora sed non tanguntur ab eis, ut dicitur in I De generatione, nec quodlibet eorum tangit quodlibet istorum immediate sed per medium, ut dicebatur.

17. Ad septimum decimum dicendum quod actio agentis recipitur in medio per modum medii et ideo quandoque alio modo recipitur in medio quam in ultimo, sicut virtus magnetis attrahentis defertur ad ferrum per medium aerem qui non attrahitur, et virtus piscis stupefacientis manum defertur ad manum mediante rete quod non stupescit, ut dicit Commentator in VIII Physicorum; corpora autem caelestia habent quidem omnes qualitates existentes in his inferioribus suo modo, scilicet originaliter, et non prout sunt in his; unde et actiones supremorum corporum non recipiuntur in mediis orbibus ut alterentur sicut haec inferiora.

18. Ad duodevicesimum dicendum quod huiusmodi inferiora gubernantur a divina providentia per superiora corpora non ita quod divina providentia illis corporibus communicetur, sed quia efficiuntur divinae providentiae instrumenta, sicut ars non communicatur martello quod est instrumentum artis.

Articulus decimus

Decimo quaeritur utrum humani actus gubernentur a divina providentia mediantibus corporibus caelestibus. Et videtur quod sic: dicit enim Damascenus quod corpora caelestia « constituunt in nobis complexiones et habitus et dispositiones »; sed habitus et dispositiones pertinent ad intellectum et voluntatem, quae sunt principia humanorum | actuum; ergo humani actus mediantibus corporibus caelestibus disponuntur a Deo. 72va

2. Praeterea, dicitur in Sex principiis quod « anima coniuncta corpori corporis complexionem imitatur »; sed corpora caelestia imprimunt in complexionem humanam; ergo et in ipsam animam, et ita possunt esse causa humanorum actuum.

3. Praeterea, omne illud quod agit in prius agit in posterius; sed essentia animae est prius quam eius potentiae, scilicet voluntas et intellectus, cum ex essentia animae oriantur; cum igitur corpora caelestia imprimant in ipsam essentiam animae rationalis – imprimunt enim in eam secundum quod est corporis actus, quod ei per essentiam suam convenit – videtur quod corpora caelestia imprimant in intellectum et voluntatem, et sic sunt principia humanorum actuum.

4. Praeterea, instrumentum non solum agit in virtute propria sed in virtute principalis agentis; sed corpus caeli, cum sit movens motum, est instrumentum spiritualis substantiae moventis, et motus eius non solum est actus corporis moti sed actus spiritus moventis; ergo motus eius non solum agit in virtute corporis moti sed etiam in virtute spiritus moventis; sed sicut corpus illud caeleste praeminet humano corpori, ita spiritus ille praeminet humano spiritui; ergo sicut motus ille imprimit in corpus humanum, ita imprimit in animam humanam, et ita videtur quod sint principia humanorum actuum.

5. Praeterea, experimentaliter invenitur aliquos homines a sua nativitate esse dispositos ad addiscenda vel exercenda aliqua artificia,

A 536 medio...ultimo] extremo *praem.* pA 544 sunt] *idem conf. et imp. praem.* pA
1 gubernentur] substantia *praem.* pA 11 Praeterea] philosophus *add.* pA dicitur (*e* dicit pA) *em.* A in] quod anima coniuncta *praem.* pA 30 caeli *em.* A] *conf.* pA 31 spiritualis] *idem praem.* pA 32 moventis] g (*inc.* ergo) *add.* pA et (*ex* etiam pA) *em.* A

Φ 526 ibi *om.* Φ 537 attrahentis] ferrum *add.* Φ 540 rete] reti (*seu* rethi) Φ 549 huiusmodi] hec Σ *om.* β 554 quod] qui Φ
4 sic] non Φ 26 humanorum] horum Φ 40 quod] corpora celestia *add.* Φ 41 humanorum] horum Φ

530 Cap. 6 (323 a 28). 541 Comm. 35 et 37 (IV, 375 H et 376 H).
1 Parall.: *I Pars* q. 115 a. 4; *I-II* q. 9 a. 5; *Cont. Gent.* III c. 85 et 87; *Super Sent. II* d. 15 q. 1 a. 3; *Super Periherm.* I lect. 14; *Super De anima* III lect. 4; *Lect. super Matth.* cap. 2; *Comp. theol.* cap. 127 et 128. 4 *De fide* II c. 7 (PG 94, 893 C; Bt 91). 11 *Liber sex principiorum* IV (ed. Minio-Paluello, p. 44-45).

quidam ad hoc quod sint fabri, quidam ad hoc quod sint medici, et sic de aliis; nec hoc potest reduci sicut in causam in principia proxima generationis, quia quandoque nati inveniuntur dispositi ad quaedam ad quae parentes non inclinabantur; ergo oportet quod haec diversitas dispositionum reducatur sicut in causam in corpora caelestia; sed non potest dici quod huiusmodi dispositiones sint in animabus mediantibus corporibus, quia ad has inclinationes nihil operantur corporeae qualitates sicut operantur ad iram et gaudium et huiusmodi animae passiones; ergo corpora caelestia immediate et directe in animas humanas imprimunt, et ita humani actus mediantibus ipsis caelestibus corporibus disponuntur.

6. Praeterea, in humanis actibus isti videntur ceteris praeminere, scilicet regnare, gerere bella et huiusmodi; sed, sicut dicit Ysaac in libro De diffinitionibus, Deus fecit regnare orbem super regna et super bella; ergo multo fortius alii humani actus mediantibus corporibus caelestibus disponuntur.

7. Praeterea, facilius est transmovere partem quam totum; sed ex virtute corporum caelestium quandoque commovetur tota multitudo unius provinciae ad bellandum, ut philosophi dicunt; ergo multo fortius virtute corporum caelestium commovetur aliquis homo particularis.

SED CONTRA est quod dicit Damascenus in II libro, «nostrorum actuum nequaquam» sunt causa, scilicet corpora caelestia, «nos enim liberi arbitrii a conditore facti, domini nostrorum existimus actuum».

2. Praeterea, ad hoc etiam facit quod Augustinus determinat in V De civitate Dei et in fine II Super Genesim ad litteram, et quod Gregorius determinat in Omilia Epiphaniae.

RESPONSIO. Dicendum quod ad huius quaestionis evidentiam oportet scire qui dicantur actus humani: dicuntur enim proprie illi actus humani quorum ipse homo est dominus; est autem homo dominus suorum actuum per voluntatem sive per liberum arbitrium; unde circa actus voluntatis et liberi arbitrii quaestio ista versatur. Actus enim alii qui sunt in homine non subiacentes imperio voluntatis, sicut actus nutritivae et generativae potentiae, eodem modo subiacent virtutibus caelestibus sicut et alii corporales actus.

De actibus autem humanis praedictis multiplex fuit error. Quidam enim posuerunt actus humanos ad divinam providentiam non pertinere nec reduci in aliquam causam nisi in providentiam nostram, et huius positionis videtur fuisse Tullius, ut dicit Augustinus in V De civitate Dei. Sed istud non potest esse: voluntas enim est movens motum, ut in III De anima probatur, unde oportet eius actum reducere in aliquod primum principium quod est movens non motum. Et ideo quidam omnes actus voluntatis reduxerunt in corpora caelestia, ponentes sensum et intellectum idem esse in nobis et per consequens omnes virtutes animae corporales esse et ita actionibus caelestium corporum subdi. Sed hanc positionem Philosophus destruit in III De anima, ostendens quod intellectus est vis immaterialis et quod actio eius non est corporalis; et, sicut dicitur in XVI De animalibus, quorum principiorum actiones sunt sine corpore oportet principia incorporea esse; unde non potest esse quod actiones intellectus et voluntatis per se loquendo in aliqua prin-

A 46 sint] adi *praem.* pA 61 humanis *em.* A] *conf.* pA 68 transmovere] *idem conf. et imp. praem.* pA 78 a conditore] con *praem.* pA 90 actus *rep.* A, *et alterum delevimus* 97 posuerunt] q *add.* pA 99 providentiam] liberi arbitrii *add.* pA 100 nostram (*e* nostri pA: *cf. nota superior*) *em.* A

Φ 45 ad hoc² *om.* Φ 53 sint] sunt Φ 54 corporibus] propriis *praem.* Φ has] huiusmodi Φ 59 ipsis *om.* Φ 62 gerere] regere Φ 64 libro] primo *add.* Σ 65 super² *om.* Σ 70 commovetur] movetur Φ 80 facit] est Φ 85 evidentiam] veritatem Φ 85 dicantur] dicuntur Φ 89 sive] seu Φ 96 autem] *om.* α γ vero (*post* praedictis δ²) β δ 102 istud] illud Φ 114 et] sed Φ 116 oportet] ipsa Φ incorporea esse] sunt sine corpore Φ

64 Ed. Muckle, p. 317 et 336. 71 philosophi: cf. Ptolomaeus *Quadripartitum* tr. 2 c. 8 (ed. Venetiis 1493, f. 44a), ps.-Arist. *De causis prop. elem.* cap. 1 (ed. Averroes VII, 207 L) ut proferunt Albertus *Super Sent. II* d. 15 a. 5 et Bonaventura *Super Sent. II* d. 14 p. II a. 2 q. 3 arg. 2. 76 *De fide* II c. 7 (PG 94, 893 A; Bt 90). 81 Cap. 9 (PL 41, 151). 82 Cap. 17 (PL 34, 278). 83 *In Evang.* I hom. 10 n. 5 (PL 76, 1112). 102 Cap. 9 (PL 41, 148). 103 *De anima* III 15 (433 b 16). 106 quidam: Democritus et Empedocles sec. Arist. *De anima* III 4 (427 a 21) et *Metaph.* IV 12 (1009 b 12) ut refert Thomas *Cont. Gent.* III c. 84. 112 *De anima* III 7 (429 a 24). 115 *De gen. animal.* II c. 3 (736 b 27) sec. transl. Scoti, vide Albertum *De animal.* XVI tr. 1 c. 12 n. 67 (St II, 1096).

cipia corporalia reducantur. Et ideo Avicenna posuit in sua Metaphysica quod sicut homo compositus est ex anima et corpore ita etiam corpus caeleste, et sicut actiones corporis humani et motus reducuntur in corpora caelestia ita actiones animae omnes reducuntur in animas caelestes sicut in principia, ita quod omnis voluntas quae est in nobis causatur a voluntate animae caelestis. Et istud quidem potest esse conveniens secundum opinionem suam quam habet de fine hominis, quem ponit esse in coniunctione animae humanae ad animam caelestem vel ad intelligentiam: cum enim perfectio voluntatis sit finis et bonum, quod est
72vb obiectum eius sicut visibile est obiectum | visus, oportet quod illud quod agit in voluntatem habeat etiam rationem finis quia efficiens non agit nisi secundum quod imprimit in susceptibili formam eius. Secundum autem sententiam fidei ipse Deus immediate est finis humanae vitae – eius enim visione perfruentes beatificabimur – et ideo ipse solus imprimere potest in voluntatem nostram.

Oportet autem ordinem mobilium respondere ordini moventium. In ordine autem ad finem, quem providentia respicit, primum in nobis invenitur voluntas, ad quam primo pertinet ratio boni et finis, et omnibus quae sunt in nobis utitur sicut instrumentis ad consecutionem finis, quamvis in aliquo alio respectu intellectus voluntatem praecedat; propinquius autem voluntati est intellectus, et remotiora sunt corporales vires. Et ideo ipse Deus, qui est simpliciter primus providens, imprimit solus in voluntatem nostram; angelus autem, qui eum sequitur in ordine causarum, imprimit in intellectum nostrum secundum quod per angelos illuminamur, purgamur et perficimur, ut Dionysius dicit; sed corpora quae sunt inferiora agentia, imprimere possunt in vires sensibiles et alias organis affixas. Secundum vero quod motus unius potentiae animae redundat in aliam, contingit quod impressio corporis caelestis redundat in intellectum quasi per accidens et ulterius in voluntatem; et similiter impressio angeli in intellectum redundat in voluntatem per accidens. Sed tamen quantum ad hoc diversa est dispositio intellectus et voluntatis ad vires sensitivas. Intellectus enim noster naturaliter movetur a sensitiva apprehensiva per modum quo obiectum movet potentiam, quia phantasma se habet ad intellectum possibilem sicut color ad visum, ut dicitur in III De anima: et ideo perturbata vi sensitiva interiori de necessitate perturbatur intellectus, sicut videmus quod laeso organo phantasiae de necessitate impeditur actio intellectus. Et secundum hunc modum in intellectum potest redundare actio vel impressio corporis caelestis quasi per viam necessitatis, per accidens tamen, sicut in corpora per se; et dico necessitatem, nisi sit contraria dispositio ex parte mobilis. Sed appetitus sensitivus non est naturaliter motivus voluntatis sed e converso, quia ' appetitus superior movet appetitum inferiorem sicut sphaera sphaeram ', ut dicitur in III De anima: et quantumcumque appetitus inferior perturbetur per aliquam passionem ut irae vel concupiscentiae, non oportet quod voluntas perturbetur; immo habet potentiam repellendi huiusmodi perturbationem, ut dicitur Gen. IV[7] « Subter te erit appetitus tuus ». Et ideo ex corporibus caelestibus non inducitur aliqua necessitas nec ex parte recipientium nec ex parte agentium in actibus humanis sed inclinatio sola, quam etiam volun-

A 131 perfectio voluntatis] forma voluntatis et motivum *praem.* pA 135 finis] ultimi *add.* pA 139 eius *rep.* pA 142 autem] esse *add.* pA 145 voluntas] in *praem.* pA 149 propinquius] Secundum *praem.* pA (*cf. lin.* 159) 151 ideo] cum *add.* pA 154 eum] *idem conf. et imp. praem.* pA 157 corpora] *idem conf. praem.* pA 167 Intellectus] vis *praem.* pA 168 noster *clare in marg.* A] *conf.* pA a *scrips.*] ad A 169 obiectum] per modum *add.* pA 182 voluntatis *em.* A] *conf.* pA

Φ 119 corporalia] materialia Φ 121 etiam] et Φ 127 quidem *om.* Φ 140 beatificabimur] –cabuntur Φ 146 ratio] et ideo *praem.* α β et *praem.* δ 150 et *om.* Φ 156 ut Dionysius dicit] *om.* α ut dionysius β ut dicit dionysius δ 157 corpora] celestia (*induc.* pA) *praem.* Φ 168 noster *om.* Φ apprehensiva] motiva *add.* Φ 170 phantasma] fantasia Φ (-δ) 171 possibilem *om.* Σ 180 necessitatem] necessario Φ 187 ut *om.* Φ 190 IV] iii Φ 191 tuus] et tu dominaberis illius *add.* Φ

120 X c. 1 (f. 108r). 129 quem...intelligentiam: *De anima* V c. 6 (f. 26va E). 137 sententiam fidei: Matth. XVIII[10] et XXII[30] ut refert Thomas *Cont. Gent.* III c. 48. 157 *De cael. hier.* cap. 4 § 4 (PG 3, 181 B; Dion. 814) ut refert Thomas infra q. 11 a. 3 170. 172 *De anima* III 12 (431 a 14). 185 Cap. 11 (434 a 13) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 375,27).

tas repellere potest per virtutem acquisitam vel infusam.

1. Ad primum ergo dicendum quod Damascenus intelligit de dispositionibus et habitibus corporalibus.

2. Ad secundum dicendum quod, sicut ex dictis patet, anima quantum ad actum voluntatis non de necessitate sequitur corporis dispositionem, sed ex corporis complexione est inclinatio tantum ad ea quae voluntatis sunt.

3. Ad tertium dicendum quod ratio illa recte procederet si corpus caeleste posset imprimere in essentiam animae per se: impressio autem corporis caelestis non pervenit ad animae essentiam nisi per accidens, scilicet per corporis mutationem cuius ipsa est actus; voluntas autem non oritur ex essentia animae secundum quod est corpori coniuncta, et ideo ratio non sequitur.

4. Ad quartum dicendum quod instrumentum spiritualis agentis non agit secundum virtutem spiritualem nisi ex hoc quod agit secundum virtutem corporalem; secundum autem virtutem corporalem corpus caeleste non potest agere nisi in corpus; et ideo etiam actio quae est secundum virtutem spiritualem non potest pertingere ad animam nisi per accidens, scilicet corpore mediante. Sed in corpus utroque modo actio eius pervenit: ex virtute enim corporali movet qualitates elementales, scilicet calidum et frigidum et huiusmodi, sed ex virtute spirituali movet ad speciem et ad effectus consequentes totam speciem qui non possunt in qualitates elementales reduci.

5. Ad quintum dicendum quod aliquis effectus est a corporibus caelestibus in istis corporibus qui non causatur ex calido et frigido, sicut magnes attrahit ferrum: et per hunc modum ex corpore caelesti aliqua dispositio in corpore humano relinquitur ex qua contingit ut anima ei coniuncta inclinetur ad hoc vel illud artificium.

6. Ad sextum dicendum quod verbum Ysaac, si debet salvari, est intelligendum secundum inclinationem tantum, modo praedicto.

7. Ad septimum dicendum quod multitudo ut in pluribus sequitur inclinationes naturales in quantum homines multitudinis acquiescunt passionibus, sed sapientes ratione superant passiones et inclinationes praedictas; et ideo magis est probabile de aliqua multitudine quod operetur id ad quod inclinat corpus caeleste, quam de uno singulari qui forte per rationem superat inclinationem praedictam. Et simile esset si una multitudo poneretur hominum colericorum: non de facili contingeret | quin ad iracundiam moverentur, quamvis de uno posset magis accidere. 73ra

A 208 animae essentiam nisi] animam nisi *praem.* pA 209 corporis mutationem] motum *praem.* pA 211 non] et *praem.* pA 220 quae...spiritualem] spiritualis *praem.* pA 223 ex virtute] et vir *in fine lin. praem.* pA 230 a (*ex* in pA) *em.* A 231 qui *em.* A] *conf.* pA 235 coniuncta] ex *add.* pA

Φ 207 in...per se] per se in animam Φ 209 scilicet] nisi *add.* Φ 210 mutationem] unionem α δ imitationem β 215 secundum] per Σ 216 secundum] per Σ 222 corpus] corpore Φ 224 elementales] –tares Φ 225 frigidum] humidum Φ 228 elementales] –tares Φ 232 sicut] quod *add.* Φ (-δ) secundum quod δ 234 qua] quo Φ 238 debet] oportet Φ 248 uno] homine *add.* Φ 250 colericorum] collectorum Φ (-γ) *non liquet* γ

QUAESTIO SEXTA

De praedestinatione

1. *Utrum praedestinatio pertineat ad scientiam vel voluntatem.*
2. *Utrum praescientia meritorum sit causa vel ratio praedestinationis.*
3. *Utrum praedestinatio certitudinem habeat.*
4. *Utrum numerus praedestinatorum sit certus.*
5. *Utrum praedestinatis sit certa sua praedestinatio.*
6. *Utrum praedestinatio possit iuvari precibus sanctorum.*

Articulus primus

Quaestio est de praedestinatione. Et primo quaeritur utrum pertineat ad scientiam vel ad voluntatem. Et videtur quod ad voluntatem sicut ad genus quia, ut dicit Augustinus in libro De praedestinatione sanctorum, ' praedestinatio est propositum miserendi '; sed propositum est voluntatis; ergo et praedestinatio.

2. Praeterea, praedestinatio videtur idem esse cum electione aeterna, de qua dicitur Eph. 1[4] « Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem », quia idem dicuntur electi et praedestinati; sed electio, secundum Philosophum in VI et X Ethicorum, magis est appetitus quam intellectus; ergo et praedestinatio magis ad voluntatem quam ad scientiam pertinet.

3. Sed dicebat quod electio praedestinationem praecedit nec est idem ei. — Sed contra, voluntas sequitur scientiam et non praecedit; sed electio ad voluntatem pertinet; si igitur electio praedestinationem praecedit, praedestinatio non potest ad scientiam pertinere.

4. Praeterea, si praedestinatio ad scientiam pertineret, idem videretur esse praedestinatio quod praescientia, et sic quicumque praesciret salutem alicuius praedestinaret illam; sed hoc est falsum: prophetae enim praescierunt salutem gentium, quam non praedestinaverunt; ergo etc.

5. Praeterea, praedestinatio causalitatem importat; sed causalitas non est de ratione scientiae sed magis de ratione voluntatis; ergo praedestinatio magis pertinet ad voluntatem quam ad scientiam.

6. Praeterea, voluntas in hoc a potentia differt quod potentia effectus respicit tantum in futuro – non enim est potentia respectu eorum quae sunt vel fuerunt –, voluntas vero respicit aequaliter effectum praesentem et futurum; sed praedestinatio habet effectum in praesenti et in futuro, unde et ab Augustino dicitur quod ' praedestinatio est praeparatio gratiae in praesenti et gloriae in futuro '; ergo praedestinatio ad voluntatem pertinet.

7. Praeterea, scientia non respicit res ut factas vel faciendas sed magis ut scitas vel

A 17 electio] ad *add.* pA 18 praecedit *in marg.* A] sequitur pA 20 ad voluntatem] vo... (vo[t]) *praem.* pA 27 prescierunt *clare* A 30 Praeterea] Set dicebat quod *praem.* pA 36 potentia effectus respicit tantum] potentie effectus est tantum *praem.* pA 38 voluntas] s (*inc.* set *?*) *praem.* pA

Φ 2 quaeritur *om.* Φ 11 ante...constitutionem] etc. Φ 26 illam] illum Φ 40 habet] dicit Φ

1 Parall.: *Super Sent. I* d. 40 q. 1 a. 1. 5 Cap. 3, 6 et 17 (PL 44, 965, 969 et 986), ad verbum proferunt *Summa fr. Alexandri* I pars n. 221 (p. 316), Albertus *Super Sent. I* d. 40 a. 3 et Bonaventura *Super Sent. I* d. 40 a. 1 q. 1 arg. 3. 14 *Ethic.* VI 2 (1139 b 4) et *Ethic.* X 16 (1181 a 17). 41 *De praedest. sanct.* cap. 10 (PL 44, 974), ad verbum habent *Summa fr. Alexandri* I pars n. 222 (p. 318) et Albertus *Super Sent. I* d. 40 a. 3 et est ' diffinitio magistralis ' ut refert Thomas *Super Sent. I* d. 40 q. 1 a. 2 arg. 5.

sciendas; praedestinatio vero respicit id quod faciendum est; ergo praedestinatio ad scientiam non pertinet.

8. Praeterea, effectus magis denominatur a causa proxima quam a causa remota, sicut homo generatus ab homine generante magis quam a sole; sed praeparatio est a scientia et voluntate, scientia autem est causa prior et remotior quam voluntas; ergo praeparatio magis pertinet ad voluntatem quam ad scientiam; sed ' praedestinatio est praeparatio alicuius ad gloriam ', ut Augustinus dicit; ergo et praedestinatio magis erit voluntatis quam scientiae.

9. Praeterea, quando multi motus ordinantur ad unum terminum, tota motuum coordinatio recipit nomen ultimi motus, sicut ad educendum formam substantialem de potentia materiae ordinatur primo alteratio et secundo generatio, et totum nominatur generatio; sed ad aliquid praeparandum ordinatur primo motus scientiae et deinceps motus voluntatis; ergò totum debet voluntati attribui, et ita praedestinatio praecipue in voluntate esse videtur.

10. Praeterea, si unum contrariorum appropriatur alicui, reliquum maxime removetur ab eodem; sed mala maxime appropriantur divinae praescientiae, malos enim praescitos dicimus; ergo praescientia non respicit bona; sed praedestinatio est de bonis salutaribus tantum; ergo praedestinatio non pertinet ad praescientiam.

11. Praeterea, illud quod proprie dicitur, glosatione non indiget. Sed in sacra Scriptura quando cognitio respectu boni dicitur, glosatur pro approbatione, ut patet I Cor. VIII[3] ' Si quis diligit Deum, hic cognitus est ab eo': « id est approbatus »; et II Tim. II[19] ' Novit Dominus qui sunt eius ': « id est approbat ». Ergo notitia non est proprie de bonis; sed praedestinatio est bonorum; ergo etc.

12. Praeterea, praeparare est motivae virtutis quia ad opus pertinet; sed praedestinatio est praeparatio, ut dictum est; ergo praedestinatio ad virtutem motivam pertinet; ergo ad voluntatem et non ad scientiam.

13. Praeterea, ratio exemplata sequitur rationem exemplarem; sed in ratione humana, quae est exemplata a divina, videmus quod praeparatio est voluntatis et non scientiae; ergo et in praeparatione divina erit similiter, et sic idem quod prius.

14. Praeterea, omnia attributa divina sunt idem secundum rem, sed differentia eorum ostenditur ex diversitate effectuum: ad illud ergo attributum reduci debet aliquid de Deo dictum cui eius effectus appropriatur; sed gratia et gloria sunt effectus praedestinationis et appropriantur voluntati sive bonitati; ergo et praedestinatio ad voluntatem pertinet, non ad scientiam.

SED CONTRA est quod dicit glosa Rom. VIII[29] super illud ' Quos praescivit, hos et praedestinavit ': « Praedestinatio », inquit, « est praescientia et praeparatio beneficiorum Dei » etc.

2. Praeterea, omne praedestinatum est scitum sed non convertitur; ergo praedestinatum est in genere sciti; ergo et praedestinatio est in genere scientiae.

3. Praeterea, magis est ponendum unum-

A 50 magis...proxima] prox *praem.* pA 62 recipit] res *praem.* pA 94 videmus *em.* A] *conf.* pA 107 Rom. (Ro. A)] ro. *praem.* pA 110 etc.] ergo *imp. praem.* pA 115 Praeterea] si aliquid con[1] *add.* pA

Φ 48 faciendum] fiendum α β δ[1] sciendum δ[2] 58 gloriam] gratiam et *praem.* Φ (-γ) et *praem.* γ ergo...scientiae] etc. α δ ergo et predestinatio etc. β 61 terminum] tantum Φ 64 et *om.* Φ 67 deinceps] secundo Φ 74 sed] autem *post* praedestinatio Σ 79 glosatione] glosa Φ 81 VIII] vi Φ 86 est] proprie *add.* Σ bonorum] de bonis α δ de bonis *add.* β de bonis sed predestinatio est proprie de bonis *add.* γ 104 appropriantur] –priatur Φ 105 non] et non Φ 108 hos *om.* Φ 108 praedestinavit] etc. *add.* Φ 110 etc.] ergo *praem.* Φ 112 convertitur] e converso Φ 113 est[2]] erit Φ

52 homo...sole: Arist. *Phys.* II 4 (194 b 13) ut refert Thomas *Cont. Gent.* III c. 69 et *Super De gen. et corr.* I lect. 13. 58 Cf. ps.-August. *Hypognosticon* VI c. 2 (PL 45, 1657), ad verbum habent *Summa fr. Alexandri* I pars n. 221 (p. 317) et Alex. Halensis *Glossa in Lib. Sent. I* d. 40 n. 10 (p. 405). 70 si...eodem: cf. Petrus Hispan. *Summulae logicales* tr. 5 n. 34. 73 malos...dicimus: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* I d. 40 Prol. 75 praedestinatio...tantum: August. *De praedest. sanct.* cap. 10 (PL 44, 974) ut dicitur infra q. 12 a. 10 43, ad verbum profert Petrus Lomb. *Lib. Sent.* I d. 40 Prol. 82 id est approbatus »: *Glossa interlin.* et *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 191, 1602 B). 83 II Tim. II[19]: ' Novit Dominus ' habent *Glossa ordin.* et *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 192, 371 C) et August. fere semper e. g. *De bapt. cont. Donat.* III c. 19 (PL 43, 152), *De cath. rud.* cap. 11 (PL 40, 323) et *Enarr. in Ps.* LXXX[9] (PL 37, 1041). 84 id est approbat »: non invenimus. 103 gratia...praedestinationis: cf. *Glossa* Petri Lomb. super Eph. I[4] (PL 192, 171 A), Guill. Altiss. *Summa aurea* I c. De praedestinatione et reprobatione (f. 22[ra]). 107 *Glossa ordin.* et *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 191, 1449 C). 111 omne...convertitur: cf. August. *De praedest. sanct.* cap. 10 (PL 44, 975).

73rb quodque in genere | eius quod convenit ei semper quam in genere eius quod non convenit ei semper. Sed praedestinationi semper convenit id quod est ex parte scientiae; semper enim praedestinationem praescientia comitatur, non autem semper comitatur eam appositio gratiae quae est per voluntatem, quia praedestinatio est aeterna, appositio autem gratiae est temporalis. Ergo praedestinatio magis debet poni in genere scientiae quam voluntatis.

4. Praeterea, habitus cognitivi et operativi inter intellectuales virtutes a Philosopho computantur, qui ad rationem pertinent magis quam ad appetitum, ut patet de prudentia et arte in VI Ethicorum; sed praedestinatio importat principium cognitivum et operativum quia est et praescientia et praeparatio, ut ex diffinitione inducta patet; ergo praedestinatio magis pertinet ad cognitionem quam ad voluntatem.

5. Praeterea, contraria sunt in eodem genere; sed praedestinationi est contraria reprobatio; cum ergo reprobatio sit in genere scientiae quia Deus praescit malitiam reproborum et non facit eam, videtur quod etiam praedestinatio sit in genere scientiae.

Responsio. Dicendum quod destinatio, unde nomen praedestinationis accipitur, importat directionem alicuius in finem, unde aliquis dicitur nuntium destinare qui eum dirigit ad aliquid faciendum; et quia id quod proponimus, ad executionem dirigimus sicut ad finem, ideo id quod proponimus dicimur destinare, secundum illud ⟨II⟩ Mach. VI[20] de Eleazaro quod « destinavit » in corde suo « non admittere illicita propter vitae amorem ». Sed haec praepositio prae, quae adiungitur, adiungit ordinem ad futurum: unde cum destinare non sit nisi eius quod est, praedestinare potest esse etiam eius quod non est. Et quantum ad haec duo praedestinatio sub providentia collocatur ut pars eius: dictum est enim in praecedenti quaestione quod ad providentiam pertinet directio in finem; providentia etiam a Tullio ponitur respectu futuri, et a quibusdam diffinitur quod « providentia est praesens notio futurum pertractans eventum ».

Sed tamen praedestinatio quantum ad duo a providentia differt. Providentia enim dicit universaliter ordinationem in finem, et ideo se extendit ad omnia quae a Deo in finem aliquem ordinantur, sive rationalia sive irrationalia, sive bona sive mala; sed praedestinatio respicit tantum illum finem qui est possibilis rationali creaturae, utpote gloriam, et ideo praedestinatio non est nisi hominum, et respectu horum quae pertinent ad salutem. Differt etiam alio modo: in qualibet enim ordinatione ad finem est duo considerare, scilicet ipsum ordinem et exitum vel eventum ordinis; non enim omnia quae ad finem ordinantur finem consequuntur. Providentia ergo ordinem in finem respicit tantum, unde per Dei providentiam homines omnes ad beatitudinem ordinantur; sed praedestinatio respicit etiam exitum vel eventum ordinis, unde non est nisi eorum qui gloriam consequentur. Sicut igitur se habet providentia ad impositionem ordinis, ita se habet praedestinatio ad ordinis exitum vel eventum: quod enim aliqui finem gloriae consequantur non est principaliter ex propriis viribus sed ex auxilio gratiae divinitus dato.

Unde sicut de providentia supra dictum est quod consistit in actu rationis, sicut et prudentia cuius est pars, eo quod solius rationis est dirigere vel ordinare, ita etiam et praedestinatio in actu rationis consistit dirigentis vel

A 128 inter intellectuales *inv.* pA 149 ⟨II⟩ *suppl.*] *om.* A 153 non sit] sit *praem.* pA 155 ad haec] ade *idem conf. inc. praem.* pA 159 etiam] enim *praem.* pA 162 pertractans (*e* pretractans pA) *em.* A 167 sive[2]] *idem conf. in fine lin. praem.* pA

Φ 121 comitatur] concomitatur Φ (-δ[1]) 124 est *om.* Φ 129 qui] que Φ 140 etiam] et Φ (-δ) *om.* δ 143 accipitur] assumitur Φ 149 ⟨II⟩ (*induc.* A) *om.* Φ quod] *om.* Σ 154 etiam *om.* Φ 158 quaestione] de providentia *add.* Φ 167 rationalia...irrationalia] rationabilia...irrationabilia Φ 168 sed] autem *post* praedestinatio Φ 169 possibilis] principalis Φ (-γ) 171 respectu horum] eorum Σ 172 pertinent] spectant Φ 182 consequentur] -quuntur Φ 185 consequantur] -quuntur Φ 187 dato] date Φ

131 *Ethic.* VI 4 (1140 b 4 et 20). 136 contraria...genere: cf. Arist. *Metaph.* X 10 (1057 b 35). 153 destinare...quod non est: Origenes *Super Epist. ad Rom.* I n. 5 Rufino interprete (PG 14, 849 A) ut refert Thomas *I Pars* q. 23 a. 2 arg. 2. 158 Art. 1. 159 *De inventione* II c. 53 n. 160. 160 quibusdam: cf. *Moralium dogma philos.* q. 1 n. 7 (PL 171, 1011 C; Holmberg, p. 9). 188 supra: q. 5 a. 1.

ordinantis in finem. Sed ad directionem in finem praeexigitur voluntas finis: nullus enim aliquid in finem ordinat quem non vult. Unde etiam et perfecta prudentiae electio non potest esse nisi in eo qui habet virtutem moralem, secundum Philosophum in VI Ethicorum: per virtutem enim moralem affectus alicuius in finem stabilitur ad quem prudentia ordinat. Finis autem in quem praedestinatio dirigit non est universaliter consideratus sed secundum comparationem eius ad illum qui finem ipsum consequitur, quem oportet esse distinctum apud dirigentem ab his qui finem illum non consequentur. Et ideo praedestinatio praesupponit dilectionem per quam Deus vult salutem alicuius, ut sicut prudens non ordinat in finem nisi in quantum est temperatus vel iustus, ita Deus non praedestinat nisi in quantum est diligens; praeexigitur etiam et electio per quam ille qui in finem infallibiliter dirigitur ab aliis separatur qui non hoc modo in finem ordinantur. Haec autem separatio non est propter aliquam diversitatem inventam in his qui separantur quae posset ad amorem incitare, quia « cum nondum nati essent aut aliquid boni egissent aut mali, dictum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui », ut dicitur Rom. IX[11-13]. Et ideo praedestinatio praesupponit electionem et dilectionem, electio vero dilectionem. Ad praedestinationem vero duo sequuntur, scilicet consecutio finis, quod est glorificatio, et collatio auxilii ad consequendum finem, quod est appositio gratiae, quae ad vocationem pertinet: unde et praedestinationi duo effectus assignantur, scilicet gratia et gloria.

1. Ad primum ergo dicendum quod in actibus animae ita est quod praecedens actus includitur quodam modo virtute in sequenti, et quia praedestinatio | ⟨praesupponit⟩ dilectionem, quae est actus voluntatis, ideo in ratione praedestinationis aliquid includitur ad voluntatem pertinens: et propter hoc propositum et alia ad voluntatem pertinentia in diffinitione praedestinationis quandoque ponuntur. 73va

2. Ad secundum dicendum quod praedestinatio non est idem electioni sed praesupponit eam, ut dictum est, et ideo est quod idem sunt praedestinati et electi.

3. Ad tertium dicendum quod, cum electio sit voluntatis et directio rationis, semper directio electionem praecedit si referantur ad idem; sed si ad diversa tunc non est inconveniens quod electio praecedat praedestinationem, quae directionis rationem importat: electio enim prout hic accipitur pertinet ad ipsum qui in finem dirigitur; prius autem est accipere illum qui dirigitur in finem quam ipsum in finem dirigere; et ideo electio in proposito praedestinationem praecedit.

4. Ad quartum dicendum quod praedestinatio, quamvis ponatur in genere scientiae, tamen aliquid supra scientiam et supra praescientiam addit, scilicet directionem vel ordinationem in finem, sicut etiam prudentia supra cognitionem: unde sicut non omnis cognoscens quid agendum sit est prudens, ita nec omnis praesciens est praedestinans.

5. Ad quintum dicendum quod, quamvis causalitas non sit de ratione scientiae in quantum huiusmodi, est tamen de ratione scientiae in quantum est dirigens et ordinans in finem, quod non est voluntatis sed rationis tantum, sicut etiam intelligere est de ratione animalis rationalis non in quantum est animal sed in quantum est rationale.

6. Ad sextum dicendum quod sicut voluntas respicit effectum praesentem et futurum

A 202 secundum] quod *add.* pA 222 Ad praedestinationem] ad pre *praem.* pA 231 ⟨praesupponit⟩ *coni. cum* Φ] *trans. ad fol.* 73va *om.* A 242 directio[1-2] *coni.*] dilectio[1-2] (*menda scribae e lapsu auditus?*) A 246 directionis *coni.*] dilectionis A 258 prudens] set *add.* pA ita] s *add.* pA 259 praesciens *em.* A] *conf.* pA

Φ 195 quem] quod Φ 197 qui] quod Φ (-δ) 200 finem] fine Φ 201 dirigit] ordinat α γ vel ordinat *add.* β 205 consequentur] –quuntur Φ 208 ut] unde Φ 210 Deus] dicitur *add.* Φ (-δ) praedestinat] –tinatum α δ[2] –tinare β 213 ordinantur] diriguntur Φ (-δ) diriguntur vel (et δ[2]) *praem.* δ 217 cum nondum] antequam Φ 223 quod] qui Σ 225 quae] quod Φ 231 presupponit *suppl.* Φ dilectionem] electionem Φ 242 voluntatis] rationis Φ directio[1]] dilectio (*induc.* A) Φ 242 rationis] voluntatis Φ directio[2]] electio Φ 243 electionem] dilectionem Φ 246 directionis] dilectionis (*induc.* A) Φ

198 *Ethic.* VI 2 et 11 (1139 a 33 et 1145 a 4). 219 Rom. IX[11-13]: ' nati essent ' sic Petrus Lomb. *Lib. Sent.* I d. 41 c. 2 et ipse Thomas *Cont. Gent.* II c. 83.

ita et scientia, unde quantum ad hoc non magis potest probari quod praedestinatio ad unum eorum pertineat quam ad alterum; sed tamen praedestinatio proprie loquendo non respicit nisi futurum, quod ex praepositione designatur quae importat ordinem ad futurum. Nec est idem dicere habere effectum in praesenti et habere effectum praesentem, quia in praesenti esse dicitur quicquid pertinet ad statum huius vitae, sive sit praesens sive praeteritum sive futurum.

7. Ad septimum dicendum quod, quamvis scientia in quantum est scientia non respiciat facienda, tamen scientia practica facienda respicit, et ad talem scientiam praedestinatio reducitur.

8. Ad octavum dicendum quod praeparatio proprie importat dispositionem potentiae ad actum; est autem duplex potentia, scilicet activa et passiva, et ideo duplex est praeparatio: una patientis, secundum quem modum materia dicitur praeparari ⟨ad⟩ formam, alia agentis, secundum quam aliquis dicitur se praeparare ad aliquid agendum. Et talem praeparationem praedestinatio importat, quae nihil aliud in Deo ponere potest quam ipsam ordinationem alicuius in finem; ordinationis autem principium proximum est ratio sed remotum voluntas, ut ex dictis patet; et ideo secundum rationem inductam praedestinatio principalius rationi quam voluntati attribuitur.

9. Similiter autem dicendum est ad nonum.

10. Ad decimum dicendum quod mala appropriantur praescientiae, non quia praescientia sit magis proprie de malis quam de bonis, sed quia bona habent aliquid aliud respondens in Deo quam praescientiam, mala vero non; sicut etiam convertibile non indicans substantiam appropriat sibi nomen proprii, quod etiam aeque proprie diffinitioni convenit, propter hoc quod diffinitio aliquid dignitatis addit.

11. Ad undecimum dicendum quod glosatio non semper significat improprietatem sed est quandoque necessaria ad specificandum quod generaliter dicitur, et hoc modo glosatur notitia per approbationem.

12. Ad duodecimum dicendum quod praeparare vel ordinare est motivae tantum, sed motiva non solum est voluntas sed etiam ratio practica, ut patet in III De anima.

13. Ad tertium decimum dicendum quod etiam in ratione humana ita est quod praeparatio, secundum quod importat ordinationem vel directionem in finem, est actus proprius rationis et non voluntatis.

14. Ad quartum decimum dicendum quod in attributo divino non solum est considerandus effectus sed respectus eius ad effectum, quia idem est effectus scientiae et potentiae et voluntatis, sed non idem respectus ad illum effectum per illa tria nomina importatur; respectus autem quem praedestinatio importat ad effectum suum cum respectu scientiae in quantum est dirigens magis convenit quam cum respectu potentiae et voluntatis; et ideo praedestinatio ad scientiam reducitur.

1-2. Alia concedimus, quamvis ad secundum posset dici quod non omne quod est in plus sit genus, quia potest accidentaliter praedicari.

3. Ad tertium etiam posset dici quod, quamvis dare gratiam non semper concomitetur praedestinationem, tamen velle dare semper concomitatur.

5. Ad quintum etiam posset dici quod reprobatio directe non opponitur praedestinationi sed electioni, quia qui eligit alterum accipit et alterum reicit, quod dicitur reprobare. Unde

A 274 ex] es *praem.* pA 289 et ideo...una] una *praem.* pA 291 ⟨ad⟩ *suppl.*] *trans. ad lin. om.* A 297 ratio] *idem conf. praem.* pA 304 malis] *idem conf. et imp. praem.* pA 305 habent...in Deo] in Deo *praem.* A, *et delevimus* 331 respectus] effectus *praem.* pA 342 concomitetur] sequ *praem.* pA 343 semper] non *praem.* pA

Φ 278 huius] presentis Φ 289 est *om.* Φ 291 ⟨ad⟩ *suppl.* Φ 292 aliquis...praeparare] dicitur quod se preparat Φ 296 autem *om.* Φ 297 remotum] est *add.* Φ 301 Similiter...nonum] et *praem.* β *om.* α δ 303 quia] quod Φ (-δ^1) 306 in Deo] *ante* habent^{305} Σ *hic et ante* habent β 306 vero] autem Φ 322 etiam *om.* Φ 329 et^1 *om.* Σ 333 in quantum] quamvis Σ 334 convenit] congruit Φ (-δ^1)

307 convertibile...proprii: cf. Arist. *Topic.* I c. 4 (101 b 19) et Thomas *Super Sent. I* d. 13 q. 1 a. 3 ad 2 et *II-II* q. 9 a. 2. 320 *De anima* III 15 (433 a 13).

etiam reprobatio ex ratione sui nominis magis pertinet ad voluntatem: est enim reprobare quasi refutare; nisi forte dicatur reprobare idem quod iudicare indignum quod admittatur. Sed pro tanto reprobatio ad praescientiam dicitur in Deo pertinere quia nihil positive ex parte voluntatis est in Deo respectu mali culpae: non enim vult culpam sicut vult gratiam. Et tamen etiam reprobatio dicitur praeparatio quantum ad poenam quam etiam Deus vult, voluntate consequenti sed non antecedenti.

Articulus secundus

73vb Secundo quaeritur utrum praescientia meritorum sit causa vel ratio praedestinationis. Et videtur quod sic quia Rom. IX[15] super illud « Miserebor cui misereor » etc., dicit glosa Ambrosii « Misericordiam illi dabo quem praescio post errorem toto corde reversurum ad me, hoc est dare illi cui dandum est et non dare illi cui dandum non est, ut eum vocet quem sciat oboedire, illum vero non quem sciat non oboedire ». Sed oboedire et toto corde ad Dominum reverti ad meritum pertinet, contraria vero ad demeritum; ergo praescientia meriti vel demeriti est causa quare Deus proponat alicui misericordiam facere vel aliquem a misericordia excludere, quod est praedestinare vel reprobare.

2. Praeterea, praedestinatio includit in se voluntatem divinam salutis humanae; nec potest dici quod includat solam voluntatem antecedentem quia hac voluntate « Deus vult omnes homines salvos fieri », ut dicitur I Tim. II[4], et sic sequeretur quod omnes homines essent praedestinati; relinquitur igitur quod includat voluntatem consequentem; sed « voluntas consequens », ut dicit Damascenus, « est ex nostra causa », scilicet in quantum nos diversimode nos habemus ad merendam salutem vel damnationem; ergo merita nostra praescita a Deo sunt causa praedestinationis.

3. Praeterea, praedestinatio principaliter dicitur propositum divinum de salute humana; sed salutis humanae causa est humanum meritum: scientia etiam causa et ratio est voluntatis quia appetibile scitum voluntatem movet; ergo praescientia meritorum causa est praedestinationis cum duo eorum quae praescientia continet sint causa illorum duorum quae in praedestinatione continentur.

4. Praeterea, reprobatio et praedestinatio significant divinam essentiam et connotant effectum; in essentia autem divina non est aliqua diversitas; ergo tota diversitas praedestinationis et reprobationis ex effectibus procedit; effectus autem sunt considerati ex parte nostra; ergo ex parte nostra causa est quod praedestinati a reprobis segregantur, quod per praedestinationem fit, ergo idem quod prius.

5. Praeterea, sicut sol uniformiter se habet quantum est de se ad omnia corpora illuminabilia quamvis non omnia possint eius lumen aequaliter participare, ita Deus se habet aequaliter ad omnia quamvis non omnia aequaliter se habeant ad participandum bonitatem ipsius, ut a sanctis et philosophis communiter dicitur; sed propter similem habitudinem solis ad omnia corpora sol non est causa huius diversitatis quare aliquid sit tenebrosum et aliquid luminosum, sed diversa dispositio corporum ad recipiendum lumen ipsius; ergo et similiter causa huius diversitatis quod quidam perveniunt ad

A 358 vult] *litt. imp. add.* pA 359 consequenti] conse *conf. praem.* pA antecedenti *postea, in fine col., vacat una linea cum dimidia*
1 praescientia] pred *praem.* pA 6 reversurum (*e* conversurum pA) *em.* A 18 divinam salutis *inv.* pA 56 huius diversitatis *in marg.* A] *om.* pA

Φ 354 quia] quod Φ (-δ) 359 consequenti] –te Φ antecedenti] –te Φ
4 cui misereor *om.* Φ 5 dabo] preparabo Σ praescio] scio Σ 8 est *om.* Φ 10 Dominum reverti] converti ad deum Φ 13 causa] vel ratio *add.* Φ (-δ^1) causalis ratio δ^1 14 alicui] alii Φ vel aliquem] et alium Φ 19 includat] –dit Φ 21 I *om.* Φ 22 homines *om.* Φ 26 nos^2 *om.* Φ 33 est] *ante* causa Σ *hic et ante* causa β 44 autem *om.* Φ 45 a reprobis] et reprobi ab invicem Φ 51 participare] percipere Φ 52 ad omnia *om.* Φ 55 omnia] alia *add.* Φ 57 quare] quod α δ quia β quod *add.* γ 60 quidam...salutem] aliqui (aliquid δ^2) salvantur α δ aliqui salvantur *add.* β

359 voluntate...antecedenti: Ioh. Damasc. ut infra a. 2 25.
1 Parall.: *I Pars* q. 23 a. 5; *Cont. Gent.* III c. 163; *Super Sent. I* d. 41 a. 3; *Lect. super Ioh.* cap. 15 lect. 3; *Super Rom.* cap. 8 lect. 6 et cap. 9 lect. 3; *Super Eph.* cap. 1 lect. 1 et 4. 3 Rom. IX[15]: sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467) quae et recensio Veteris Latinae. 5 *Glossa ordin.* et *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 191, 1459 D) ex ps.-Ambros. ibid. (PL 17, 143). 25 *De fide* II c. 29 (PG 94, 969 A; Bt 160). 54 sanctis: cf. Dionys. *De div. nom.* cap. 4 § 4 (PG 3, 697 C; Dion. 162); philosophis: cf. e. g. *Liber de causis* comm. 24 (23).

salutem quidam autem damnantur, aut quidam praedestinantur et quidam reprobantur, non est ex parte Dei sed nostra, et sic idem quod prius.

6. Praeterea, bonum est communicativum sui ipsius: ergo summi boni est summe communicare se ipsum secundum quod unumquodque est capax; si ergo alicui non se communicat, hoc est quia illud non est capax eius; sed aliquis est capax vel non capax salutis, ad quam praedestinatio ordinat, propter qualitatem meritorum; ergo merita praescita sunt causa quare aliqui praedestinantur et aliqui non.

7. Praeterea, Num. III[12] « Ego tuli levitas » etc., ibi dicit glosa Origenis « Iacob natu posterior primogenitus iudicatus est; ex proposito enim cordis quod Deo patuit, priusquam in hoc mundo nascerentur aut aliquid agerent boni vel mali dictum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui ». Sed hoc pertinet ad praedestinationem Iacob, ut sancti communiter exponunt; ergo praecognitio propositi quod habiturus erat Iacob in corde fuit ratio praedestinationis eius, et sic idem quod prius.

8. Praeterea, praedestinatio non potest esse iniusta cum « universae viae Domini sint misericordia et veritas »; nec potest ibi alia iustitia attendi inter Deum et homines quam distributiva: non enim cadit ibi commutativa iustitia cum Deus qui bonorum nostrorum non eget nihil a nobis recipiat; iustitia autem distributiva inaequalia nonnisi inaequalibus dat; inaequalitas autem non potest attendi inter homines nisi secundum diversitatem meritorum; ergo quod Deus aliquem praedestinat et alium non, ex praescientia meritorum diversorum procedit.

9. Praeterea, praedestinatio praesupponit electionem, ut supra dictum est; sed electio non potest esse rationabilis nisi sit aliqua ratio propter quam unus ab altero discernatur; nec in electione de qua loquimur potest alia ratio discretionis assignari nisi ex meritis; ergo cum electio Dei irrationabilis esse non possit, ex praevisione meritorum procedit, et per consequens etiam praedestinatio.

10. Praeterea, Augustinus exponens illud Mal. « Iacob dilexi, Esau autem odio habui », dicit quod « voluntas ista Dei » qua unum elegit et alium reprobavit « non potest esse iniusta: venit enim ex occultissimis meritis »; sed haec occultissima merita non possunt accipi in proposito nisi secundum quod sunt in praescientia; ergo praedestinatio de praescientia meritorum venit.

11. Praeterea, sicut se habet abusus gratiae ad effectum reprobationis ita bonus usus gratiae ad ultimum praedestinationis effectum. Sed abusus gratiae in Iuda fuit ratio reprobationis eius: secundum hoc enim reprobus effectus est quod sine gratia decessit; quod autem tunc gratiam non habuit, non fuit causa quia Deus ei dare noluerit sed quia ipse accipere noluit, ut Anselmus dicit et Dionysius. Ergo et bonus | gratiae usus in Petro vel alio quolibet est causa quare ipse est electus vel praedestinatus. 74ra

12. Praeterea, unus potest alteri mereri primam gratiam, et eadem ratione videtur quod possit ei mereri gratiae continuationem usque in finem; sed ad gratiam finalem sequitur esse praedestinatum; ergo praedestinatio potest ex meritis provenire.

13. Praeterea, « prius est a quo non con-

A 72 praescita *hic* A] *post* praedestinantur (*lin.* 73) pA 77 quod *scrips. cum glosa et ipso* A *infra lin.* 338] quo A 79 Iacob] ial *praem.* pA 89 non...commutativa] com (*seu* con) *praem.* pA 92 inaequalitas autem] ergo *praem.* pA 96 diversorum] unius et non *praem.* pA 102 ratio *sup. lin.* A] *om.* pA 108 Mal(achiae) *em.* A] *conf.* pA 125 in Petro...quolibet *in marg. sup.* A] *om.* pA 130 possit (*e* possiti pA) *em.* A 131 sed] g *praem.* pA

Φ 61 aut] quod *add.* Φ 68 alicui] aliter α β δ^2 75 ibi] *om.* δ *ante* Num. Φ (-δ) 77 priusquam] antequam Φ 78 aliquid] quicquam Φ 80 autem *om.* Φ (-δ^1) 84 eius] ipsius β δ ipsum α γ 86 sint] *om.* α δ fuit γ 88 homines] hominem Φ 95 alium] aliquem Φ 100 rationabilis] rationalis Φ (-γ) 102 alia] aliqua Φ 104 irrationabilis] –nalis Φ (-γ) 106 etiam] *om.* β δ *post* praedestinatio α γ 122 causa *om.* Σ 123 noluerit] noluit Σ 125 vel] et Φ

65 bonum...ipsius: Dionys. *De div. nom.* cap. 4 § 4 (PG 3, 700 A; Dion. 168) ut dicitur infra q. 21 a. 1 arg. 4, cf. etiam Thomas *I Pars* q. 5 a. 4 arg. 2. 75 *Ordin.* ex Originis *In Num.* hom. 3 Rufino interprete (PG 12, 594 D - 595 A). 81 sancti: e. g. August. ut infra lin. 107. 86 « universae...: Ps. XXIV[10]. 90 qui...eget: cf. Ps. XV[2]. 99 supra: a. 1. 107 *De div. quaest. 83* q. 68 (PL 40, 72) ex Petri Lomb. *Lib. Sent.* I d. 41 c. 2. 108 Mal. I[2]. 124 *De casu diaboli* cap. 4 (PL 158, 333 C); *De div. nom.* cap. 4 § 23 (PG 3, 725 C; Dion. 279).

vertitur consequentia », secundum Philosophum; sed hoc modo se habet praescientia ad praedestinationem quia omnia Deus praescit quae praedestinat, mala autem praescit quae non praedestinat; ergo praescientia est prius quam praedestinatio; sed prius in quolibet ordine est causa posterioris; ergo praescientia est causa praedestinationis.

14. Praeterea, nomen praedestinationis a destinatione vel missione imponitur; sed missionem vel destinationem cognitio praecedit: nullus enim mittit nisi quem cognoscit; ergo et cognitio est prior praedestinatione, et ita videtur esse causa ipsius, et sic idem quod prius.

SED CONTRA est quod dicitur Rom. IX[12] in glosa super illud ' Non ex operibus sed ex vocante dictum est ', quae sic dicit: « Sicut non pro meritis praecedentibus illud fuisse dictum ostendit », scilicet « Iacob dilexi » etc., « ita nec pro meritis futuris ». Et infra super illud ' Numquid iniquitas est apud Deum? ': « Nemo dicat Deum quia futura opera praevidebat alterum elegisse alterum reprobasse », et sic ut prius.

2. Praeterea, gratia est effectus praedestinationis; est autem principium meriti; ergo non potest esse quod praescientia meritorum sit praedestinationis causa.

3. Praeterea, Tit. I dicit Apostolus « Non ex operibus iustitiae quae fecimus nos sed secundum suam misericordiam » etc.; ergo praedestinatio salutis humanae non provenit ex praescientia meritorum.

4. Praeterea, si praescientia meritorum esset praedestinationis causa, nullus esset praedestinatus qui non esset merita habiturus; sed aliqui sunt huiusmodi, sicut patet de pueris; ergo praescientia meritorum non est praedestinationis causa.

RESPONSIO. Dicendum quod hoc distat inter causam et effectum quod quicquid est causa causae oportet esse causam effectus, non autem quod est causa effectus oportet quod sit causa causae, sicut patet quod causa prima per causam secundam producit effectum suum et sic causa secunda causat aliquo modo effectum causae primae, cuius tamen causae causa non est. In praedestinatione autem est duo accipere, scilicet ipsam praedestinationem aeternam et effectum eius temporalem duplicem, scilicet gratiam et gloriam, quorum alter habet causam meritoriam actum humanum, scilicet gloria. Sed gratiae causa non potest esse humanus actus per modum meriti, sed sicut dispositio materialis quaedam in quantum per actus praeparamur ad gratiae susceptionem: sed ex hoc non sequitur quod actus nostri, sive gratiam praecedant sive sequantur, sint ipsius praedestinationis causa.

Ad inveniendum autem causam praedestinationis oportet accipere quod prius dictum est, scilicet quod praedestinatio est quaedam directio in finem quam facit ratio a voluntate mota: unde secundum hoc potest aliquid esse praedestinationis causa prout potest esse voluntatis motivum. Circa quod sciendum est quod aliquid movet voluntatem dupliciter, uno modo per modum debiti, alio modo sine debiti ratione; per modum autem debiti movet aliquid dupliciter voluntatem, uno modo absolute et alio modo ex suppositione alterius. Absolute

A 139 ergo] nec *praem.* pA 153 fuisse] non *praem.* pA 156 Nemo dicat Deum *in marg.* A] *om.* pA 158 et sic ut prius A: *quod referre videtur ad conclusionem cuiusdam argumenti* Sed contra *anterioris, in opere perfecto non servati; supplendum est ut in argum. sequentibus* 164 I *sic* A] *leg.* III 166 misericordiam] ma *conf. inc. praem.* pA 174 causa] . § Preterea illo quod est eternum *add.* pA 178 causa[2]] eu (*?*) *add.* pA 179 causa] secunda eff causa *add.* pA 182 causae *in marg.* A] *om.* pA 192 actus] meritorii *add.* pA 206 ex suppositione *in marg.* A] sub conditione pA (*cf. nota ad* suppositione *lin.* 211)

Φ 137 praescit] prescivit Φ 150 Sed *om.* Φ (-δ^1) 152 vocante] voluntate (*seu* vo^{te}) Σ dictum est] etc. Φ 158 ut] idem quod Φ 161 est autem] et Φ (-γ) et *add.* γ 164 I (*induc.* A) Φ 165 sed...misericordiam *om.* Φ 177 quod] quicquid Φ (*def.* δ^2) 186 quorum] sed α δ^2 sed *praem.* γ 189 sicut *om.* Φ 198 quam] quem α β δ^2 203 alio] et *praem.* Φ (-δ) 203 sine...ratione] per modum debiti α per modum meriti β sine ratione debiti γ 205 voluntatem *om.* Σ

135 *Praedic.* cap. 12 (14 a 34) sec. transl. Boetii (ed. Minio-Paluello, p. 37) ut dicitur infra q. 21 a. 2 arg. 5. 140 prius... posterioris: Arist. ut supra q. 5 a. 9 184. 151 *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 191, 1458 A). 155 infra: *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 191, 1459 B); illud: Rom. IX[14]. 164 Rectius III[5]. 176 quicquid...effectus: cf. Alan. de Insulis *De arte seu art. cathol. fidei* I reg. 1 (PL 210, 597 D). 196 prius: a. 1.

quidem ipse finis ultimus qui est voluntatis obiectum: et hoc modo voluntatem movet ut ab ipso divertere non possit, unde nullus homo potest non velle esse beatus, ut Augustinus dicit in libro De libero arbitrio; sed ex suppositione alterius movet secundum debitum illud sine quo finis haberi non potest. Illud autem sine quo finis haberi potest sed facit ad bene esse finis ipsius, non movet voluntatem secundum debitum sed est libera inclinatio voluntatis in ipsum; sed tamen ex quo voluntas libere inclinata est iam in ipsum, inclinatur in omnia sine quibus hoc haberi non potest per modum debiti, ex praesuppositione tamen illius quod primo volitum ponebatur; sicut rex ex sua liberalitate facit aliquem militem, sed quia non potest esse miles nisi habeat equum, efficitur debitum et necessarium ex suppositione liberalitatis praedictae quod ei det equum.

Finis autem divinae voluntatis est ipsa eius bonitas, quae non dependet ab aliquo alio, unde ad hoc quod habeatur a Deo, nullo alio indiget: et ideo voluntas eius non inclinatur ad aliquid primo faciendum per modum alicuius debiti, sed liberaliter tantum in quantum sua bonitas in eius opere manifestatur. Sed ex quo supponitur quod Deus aliquid facere velit, per modum cuiusdam debiti ex suppositione liberalitatis ipsius sequitur quod faciat ea sine quibus res illa volita esse non potest, sicut si facere vult hominem quod det ei rationem; ubicumque autem occurrerit aliquid sine quo aliud a Deo volitum esse possit, hoc non procedit ab eo secundum rationem alicuius debiti sed secundum meram liberalitatem.

Perfectio autem gratiae et gloriae sunt huiusmodi bona quod sine eis natura esse potest – excedunt enim naturalis virtutis limites –, unde quod Deus velit alicui dare gratiam et gloriam hoc ex mera liberalitate procedit; in his autem quae ex liberalitate tantum procedunt causa volendi est ipsa superabundans affectio volentis ad finem in quo attenditur perfectio bonitatis ipsius; unde causa praedestinationis nihil est aliud quam bonitas Dei.

Et modo etiam praedicto potest solvi quaedam controversia | quae inter quosdam versabatur, quibusdam dicentibus omnia a Deo secundum simplicem voluntatem procedere, quibusdam vero asserentibus omnia procedere a Deo secundum debitum. Quarum opinionum utraque falsa est: prima enim tollit necessarium ordinem qui est inter effectus divinos ad invicem, secunda autem ponit omnia a Deo procedere secundum necessitatem naturae. Media igitur via est eligenda, ut ponatur ea quae sunt a Deo primo volita procedere ab ipso secundum simplicem voluntatem, ea vero quae ad haec requiruntur procedere secundum debitum, ex suppositione tamen: quod debitum non ostendit Deum esse rebus debitorem sed suae voluntati ad cuius expletionem debetur id quod dicitur a Deo secundum debitum procedere. 74rb

1. Ad primum igitur dicendum quod debitus gratiae usus est quiddam ad quod divina providentia gratiam collatam ordinat, unde non potest esse quod ipse rectus gratiae usus praescitus sit causa movens ad gratiam dandum. Quod ergo Ambrosius dicit, « dabo illi gratiam quem scio ad me toto corde reversurum », non est intelligendum quasi perfecta cordis reversio sit inclinans voluntatem ad dandum gratiam,

A 207 ultimus *in marg.* A] *om.* pA 211 ex *sup. lin.* A] secundum(*?*) pA suppositione *in marg.* A] conditione pA 213 sine quo] quod est ne *praem.* pA 217 quo] iam *add.* A, *et delevimus* (*cf.* iam in ipsum *lin.* 218) 223 efficitur] sequitur *praem.* pA 228 habeatur] *idem conf. et imp. in fine lin. praem.* pA 236 sicut...ubicumque autem occurrerit] ubicumque autem occu *praem.* pA 256 a Deo secundum] s *praem.* pA 264 ad haec requiruntur] sunt *praem.* pA 268 expletionem *em.* A] *conf.* pA 274 esse] *idem conf. praem.* pA 275 causa] ratio *imp. praem.* pA

Φ 209 homo] non *add.* Φ 218 est] *om.* β *ante* libere Σ iam] *om.* Σ *post* voluntas β 230 alicuius *om.* Σ 231 sua] est Σ (-δ^1) *om.* δ^1 232 in eius] *inv.* α γ eius ex δ in β 235 ea *om.* Φ (-δ) 236 illa] ipsa Φ 251 bonitas] ipsius *add.* Φ 260 a Deo *om.* Φ 262 igitur] autem Φ 265 haec] hoc Φ (*def.* δ^2) 266 quod] tamen *add.* α γ quidem *add.* δ^1 *om.* δ^2 269 a Deo] ab ipso *post* procedere Φ 271 igitur] ergo Φ 272 quiddam] quoddam Φ (-δ^1) quod δ^1 277 ad me...reversurum] etc. Φ 278 quasi] quod Φ reversio] conversio Φ

211 I c. 14 (PL 32, 1237). 254 quibusdam: ' error Loquentium in lege Saracenorum ut Rabbi Moyses dicit ' ut refert Thomas *Cont. Gent.* III c. 97, cf. Moyses Maim. *Dux neutr.* III c. 26. 255 quibusdam: ' Avicenna et eius sequaces ' ut refert Thomas *De pot.* q. 3 a. 16, cf. Avicenna *Metaph.* IX c. 4 (f. 104^v).

sed quia gratiam datam ad hoc ordinat ut aliquis ex accepta gratia perfecte convertatur in Deum.

2. Ad secundum dicendum quod praedestinatio includit voluntatem consequentem, quae respicit aliquo ⟨modo⟩ id quod est ex parte nostra, non quidem sicut inclinans divinam voluntatem ad volendum, sed sicut id ad cuius productionem divina voluntas gratiam ordinat vel etiam sicut id quod ad gratiam quodam modo disponit et gloriam meretur.

3. Ad tertium dicendum quod scientia est movens voluntatem, non autem quaelibet scientia sed scientia finis, quod est obiectum movens voluntatem: et ideo ex cognitione suae bonitatis procedit quod Deus suam bonitatem amet, et ex hoc procedit quod eam in alios diffundere velit; non autem propter hoc sequitur quod meritorum scientia sit causa voluntatis secundum quod in praedestinatione includitur.

4. Ad quartum dicendum quod, quamvis secundum diversitatem effectuum sumatur diversa ratio attributorum divinorum non tamen propter hoc sequitur quod effectus sint attributorum divinorum causae: non enim hoc modo accipiuntur rationes attributorum secundum ea quae in nobis sunt sicut secundum causas, sed magis sicut secundum signa quaedam causarum; et ideo non sequitur quod ea quae ex parte nostra sunt sint causa quare unus reprobetur et alius praedestinetur.

5. Ad quintum dicendum quod habitudinem Dei ad res possumus dupliciter considerare: uno modo quantum ad primam rerum dispositionem, quae est secundum divinam sapientiam diversos gradus in rebus constituentem, et sic non eodem modo se habet Deus ad omnia; alio modo secundum quod iam rebus dispositis providet, et sic similiter se habet ad omnia in quantum omnibus aequaliter dat secundum suam proportionem. Ad primam autem rerum dispositionem pertinet totum hoc quod dictum est a Deo procedere secundum simplicem voluntatem, inter quae etiam praeparatio gratiae computatur.

6. Ad sextum dicendum quod ad bonitatem divinam pertinet in quantum est infinita ut de perfectionibus quas unaquaeque res secundum suam naturam requirit, unicuique largiatur secundum quod eius ⟨est⟩ capax; non autem requiritur hoc de perfectionibus superadditis, inter quas est gloria et gratia, et ideo ratio non sequitur.

7. Ad septimum dicendum quod propositum cordis Iacob praescitum a Deo non fuit causa quare ei dare gratiam voluit, sed fuit quoddam bonum ad quod Deus gratiam ei dandam ordinavit: et ideo dicitur quod ex proposito cordis quod ei patuit eum dilexit, quia scilicet ad hoc eum dilexit ut tale propositum cordis haberet, vel quia praevidit quod propositum cordis eius fuit ad gratiae susceptionem dispositio.

8. Ad octavum dicendum quod in illis quae sunt secundum rationem debiti inter aliquos distribuenda, esset contra rationem iustitiae distributivae si aequalibus inaequalia darentur, sed in his quae ex liberalitate donantur, in nullo iustitiae contradicit: possum enim uni dare et alteri non dare pro meo libitu voluntatis; huiusmodi autem est gratia, et ideo non est contra rationem iustitiae distributivae si Deus proponat se daturum gratiam alicui et non alteri, nulla inaequalitate meritorum considerata.

9. Ad nonum dicendum quod electio Dei qua unum reprobat et alterum eligit, rationabilis est. Non tamen oportet quod ratio electionis sit meritum, sed ratio electionis est divina bonitas; ratio autem reprobationis est in hominibus peccatum originale, ut Augustinus dicit, vel infuit hoc ipsum quod est non habere

A 285 ⟨modo⟩ *suppl. cum* Φ] *om.* A 293 quod est] quia hoc est *praem.* pA 295 amet] *idem conf. et imp. praem.* pA 297 hoc sequitur *inv.* pA 301 secundum *sup. lin.* A] ex pA 318 providet] nec *praem.* pA 325 sextum *scrips.*] vij *potius* (*ex emend. ambigua*) A vii *ut videtur* pA 329 ⟨est⟩ *suppl. cum* Φ] *om.* A 348 possum *em.* A] *conf.* pA 350 huiusmodi...considerata] . § Ad *praem.* pA 360 peccatum (*e* preccatum pA) *em.* A 361 infuit *scrips.*] in fuit *seiunctim* A inde (*?*) *praem.* pA

Φ 280 quia] quod Φ 281 ex *om.* Φ 285 ⟨modo⟩ *suppl.* Φ 292 non autem] sed non Φ 293 quod] qui Φ 307 sicut *om.* Σ 314 dispositionem] diffinitionem Φ (-δ^1) 320 suam *om.* Σ 329 ⟨est⟩ *suppl.* Φ 330 hoc *om.* Φ 331 est] sunt Φ 336 ei *om.* Φ 345 distribuenda] distributio (danda *add.* δ^1) Σ (-δ^2) 349 meo] mee Σ 350 huiusmodi] huius Φ (-δ^1) 353 non alteri] alicui non Φ 355 Dei] dicendum α δ^2 dicitur β *om.* δ^1 356 alterum] alium Φ (-δ) 357 ratio electionis] ipsa electionis ratio Σ *inv.* β 361 infuit] in futuro Σ

360 *De correp. et grat.* cap. 13 (PL 44, 942) ut refert Thomas *II-II* q. 2 a. 5 ad 1.

debitum ad hoc quod eis gratia conferretur: rationabiliter enim possum velle denegare aliquid alicui quod sibi non debetur.

10. Ad decimum dicendum quod Magister XLI distinctione I libri dicit illam auctoritatem esse retractatam ab Augustino in suo simili. Vel si debeat sustineri referendum est ad effectum reprobationis et praedestinationis, qui habet aliquam causam vel meritoriam vel dispositivam.

11. Ad undecimum dicendum quod praescientia abusus gratiae non fuit causa reprobationis in Iuda nisi forte ex parte effectus, quamvis Deus nulli volenti accipere gratiam eam
74va deneget; | sed hoc ipsum quod est velle accipere gratiam est nobis ex praedestinatione divina, unde non potest ⟨esse⟩ praedestinationis causa.

12. Ad duodecimum dicendum quod, quamvis meritum possit esse causa effectus praedestinationis, non tamen potest esse praedestinationis causa.

13. Ad tertium decimum dicendum quod, licet illud a quo non convertitur consequentia sit aliquo modo prius, non tamen sequitur quod semper sit eo modo prius quo causa prius dicitur: sic enim coloratum esset causa hominis; et propter hoc non sequitur quod praescientia sit causa praedestinationis.

14. Et per hoc patet solutio ad ultimum.

Articulus tertius

Tertio quaeritur de certitudine praedestinationis. Et videtur quod certitudinem non habeat: nulla enim causa cuius effectus variari potest habet certitudinem respectu effectus sui; sed effectus praedestinationis potest variari quia ille qui est praedestinatus potest non consequi praedestinationis effectum, quod patet ex hoc quod Augustinus dicit exponens illud quod habetur Apoc. III[11] « Tene quod habes ne alius accipiat » etc. Si, inquit, « alius non est accepturus nisi iste perdiderit, certus est electorum numerus »: ex quo videtur quod unus possit amittere et alius accipere coronam quae est praedestinationis effectus.

2. Praeterea, sicut res naturales subduntur divinae providentiae, ita et res humanae; sed illi soli effectus naturales certitudinaliter ex suis causis procedunt secundum ordinem divinae providentiae quos necessario causae suae producunt; cum igitur effectus praedestinationis, qui est salus humana, non necessario sed contingenter ex causis proximis eveniat, videtur quod ordo praedestinationis non sit certus.

3. Praeterea, si aliqua causa habet certum ordinem ad aliquem effectum, effectus ille ex necessitate proveniet nisi aliquid possit resistere virtuti causae agentis, sicut dispositiones in corporibus inferioribus inventae resistunt interdum actioni caelestium corporum ut non producant proprios effectus quos necessario producerent nisi esset aliquid resistens; sed praedestinationi divinae nihil potest resistere, « Voluntati enim eius quis resistit? », ut dicitur Rom. IX[19]; ergo, si habet certum ordinem ad effectum suum, effectus eius necessario producetur.

4. Sed dicebat quod certitudo praedestinationis ad effectum est cum praesuppositione causae secundae. — Sed contra, omnis certitudo quae est cum suppositione alicuius non est

A 363 velle denegare] non *praem.* pA 364 non debetur] d *praem.* pA 367 retractatam *em.* A] *conf.* pA 369 effectum] p (*imp.*) ultimum *add.* pA 369 qui *in marg.* A] quod pA 374 nisi] set id quod deum (*?*) *praem.* pA 376 deneget *in appendice col.* 74rb A] *trans. ad pag. om.* pA 378 ⟨esse⟩ *suppl. cum* Φ] *om.* A 384 licet] non (*casu non del., et delevimus*) t *et litt. imp. praem.* pA 386 semper] s *praem.* pA
9 Apoc. III] tene (*deletum*) exponens illud *add.* A, *et delevimus* tene *em.* A] *conf.* pA

Φ 362 conferretur] conferatur Φ 363 enim *om.* Φ 366 XLI] xiiii (*seu* 14) Φ 369 et] vel Φ qui] quod Φ 370 vel[1] *om.* Φ 370 dispositivam] dispositam Φ 378 ⟨esse⟩ *suppl.* Φ 379-382 Ad...causa *om.* α δ 386 semper *om.* Φ 387 sic enim] sicut nec Φ
1 de certitudine praedestinationis] utrum predestinatio habeat certitudinem vel non Φ 2 certitudinem non habeat] non Φ 7 praedestinationis effectum] *inv.* Φ (-δ[1]) effectum suum predestinationis δ[1] 10 ne...accipiat *om.* Φ 13 possit] potest Σ 20 producunt] –cuntur Φ 24 certum ordinem] certitudinem Φ 27 causae *om.* Σ 33 resistit] resistet Φ 34 ergo] *om.* α γ igitur δ

366 Cap. 2.
1 Parall.: *I Pars* q. 23 a. 6; *Super Sent. I* d. 40 q. 3; *Quodlib.* XII q. 3. 8 *De correp. et grat.* cap. 13 (PL 44, 940) ex Petri Lomb. *Lib. Sent.* I d. 40 c. 1. 9 Apoc. III[11] « ...ne alius accipiat »: sic Petrus Lomb. cum August. hic supra, et ipse Thomas *I Pars* q. 23 a. 6 arg. 1, *III Pars* q. 89 a. 5.

certitudo absoluta sed condicionalis, sicut non est certum quod sol causet fructum in planta nisi cum hac condicione ' si virtus generativa in planta fuerit bene disposita ', propter hoc quod certitudo solis ad effectum praedictum praesupponit plantae virtutem quasi causam secundam. Si igitur certitudo divinae praedestinationis sit cum praesuppositione secundae causae, non erit certitudo absoluta sed condicionalis tantum, sicut in me est certitudo quod Socrates movetur si currit et quod iste salvabitur si praeparabit se, et ita non erit in divina praedestinatione alia certitudo de salvandis quam apud me, quod est absurdum.

5. Praeterea, Iob XXXIII dicitur « Conteret multos et innumerabiles et stare faciet alios pro eis », quod exponens Gregorius dicit « Locum vitae aliis cadentibus alii sortiuntur »; sed locus vitae est ad quem praedestinatio ordinat; ergo a praedestinationis effectu praedestinatus deficere potest, et sic non est certa praedestinatio.

6. Praeterea, secundum Anselmum eadem est veritas praedestinationis et propositionis de futuro; sed propositio de futuro non habet veritatem certam et determinatam sed variari potest, ut patet per Philosophum in Perihermeneias et in II Perigeneseos ubi dicit quod « futurus quis incedere non incedet »; ergo nec veritas praedestinationis certitudinem habet.

7. Praeterea, aliquis praedestinatus quandoque est in peccato mortali, sicut patet de Paulo quando Ecclesiam persequebatur; potest autem in peccato mortali perseverare usque ad mortem vel tunc statim interfici, quorum utrolibet posito praedestinatio effectum suum non consequetur; ergo possibile est praedestinationem non consequi effectum suum.

8. Sed dicebat quod cum dicitur ' praedestinatus potest in peccato mortali mori ', si accipiatur subiectum prout stat sub forma praedestinationis, sic est composita et falsa; si autem accipiatur prout consideratur sine tali forma, sic est divisa et vera. — Sed contra, in formis illis quae non possunt removeri a subiecto non differt utrum aliquid attribuatur subiecto sub forma considerato vel sine forma: utroque enim modo haec est falsa ' corvus niger potest esse albus '; sed praedestinatio est talis forma quae non potest a praedestinato removeri; ergo praedicta distinctio in proposito locum non habet.

9. Praeterea, si aeternum coniungatur temporali et contingenti, totum erit temporale et contingens, sicut patet de creatione quae est temporalis quamvis claudat in sua ratione essentiam Dei aeternam et effectum temporalem, et similiter missio, quae importat processionem aeternam et effectum temporalem; sed praedestinatio, quamvis importet aliquid aeternum, tamen importat etiam cum hoc effectum temporalem; ergo totum hoc quod est praedestinatio est temporale et contingens, et ita non videtur certitudinem habere.

10. Praeterea, quod potest esse et non esse non habet aliquam certitudinem; sed praedestinatio Dei de salute alicuius potest esse et non esse: sicut enim potuit | ab aeterno praedestinare et non praedestinare, ita et nunc potest praedestinasse vel non praedestinasse, cum in aeternitate non differat praesens, praeteritum et futurum; ergo praedestinatio non habet certitudinem. 74vb

SED CONTRA est quod dicitur Rom. VIII[29] ' Quos praescivit et praedestinavit ' etc., glosa

A 47 Si] *signum imp. novae paragraphi praem.* pA 52 erit in divina] habebit deus *praem.* pA 67 perierminias A 68 perygeneseos A 73 potest autem] potest et *praem.* pA 86 subiecto] existenti *add.* pA 94 et...totum erit] totum efficitur *praem.* pA 95 quae *scrips.*] quod A 107 alicuius] alc *conf. inc. praem.* pA 115 Quos] super illud *praem.* pA

Φ 42 quod] si Φ 45 certitudo] dispositio Φ 47 divinae *om.* Φ 49 erit] est Φ 52 erit] est Φ 54 apud] in Σ 68 Perigeneseos] de generatione β γ (*def.* α δ) 73 potest] potuit Φ 74 usque ad mortem *om.* Σ 77 consequetur] -queretur Φ 79 dicitur] quod *add.* Σ (-δ^1) 83 sine] sub Σ (-δ^1) 90 praedestinato removeri] subiecto removeri vel (vel *om.* δ^1) predestinato Σ 94 et[1] *om.* Φ 103 est] erit Φ 104 videtur *om.* Φ habere] habebit *ante* certitudinem Φ 110 praedestinasse[1-2]] predestinare[1-2] Φ 111 differat] differant Φ 114 Sed *om.* Σ (-δ^1) 115 etc.] dicit *add.* Φ

55 Rectius XXXIV[24] sec. recens. Paris. (ms. Paris. B. N. lat. 15467). 57 *Moral.* XXV c. 8 (PL 76, 331 A) ut refert Thomas *Super Sent. I* d. 40 q. 3 arg. 2. 63 *De concord. praescient. et praedest. necnon grat. Dei c. lib. arb.* q. 2 c. 1 (PL 158, 519 C). 68 *Periherm.* I 13 (18 a 28 sqq.); *De gen. et corr.* II c. 11 (337 b 7) sec. transl. veterem (ms. Urbin. lat. 206, f. 208r). 82 composita...divisa: Petrus Hispan. ut supra q. 2 a. 13 221 in nota. 115 *Ordin.* et *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 191, 1449 C) ex August. *De dono pers.* cap. 14 (PL 45, 1014).

« Praedestinatio est praescientia et praeparatio beneficiorum Dei qua certissime liberantur quicumque liberantur ».

2. Praeterea, illud cuius est immobilis veritas oportet esse certum; sed veritas praedestinationis est immobilis, ut Augustinus dicit in libro De praedestinatione sanctorum; ergo praedestinatio habet certitudinem.

3. Praeterea, cuicumque convenit praedestinatio ab aeterno ei convenit; sed quod est ab aeterno invariabile est; ergo praedestinatio est invariabilis et ita certa.

4. Praeterea, praedestinatio includit praescientiam, ut patet ex glosa inducta; sed praescientia habet certitudinem, ut probat Boetius in V De consolatione; ergo et praedestinatio.

Responsio. Dicendum quod duplex est certitudo, scilicet cognitionis et ordinis: cognitionis quidem certitudo est quando cognitio non declinat in aliquo ab eo quod in re invenitur sed hoc modo extimat de ea sicut est; et quia certa extimatio de re praecipue habetur per causam rei, ideo tractum est nomen certitudinis ad ordinem causae ad effectum ut dicatur ordo causae ad effectum esse certus quando causa infallibiliter effectum producit. Praescientia ergo Dei quia non importat universaliter habitudinem causae respectu omnium quorum est, non consideratur in ea nisi certitudo cognitionis tantum; sed praedestinatio quia praescientiam includit et habitudinem causae ad ea quorum est addit in quantum est directio sive praeparatio quaedam; sic potest in ea considerari supra certitudinem cognitionis certitudo ordinis, de qua solum certitudine praedestinationis nunc quaerimus: de certitudine enim cognitionis in ipsa inventa patere potest ex his quae dicta sunt cum de Dei scientia quaereretur.

Sciendum est autem quod, cum praedestinatio sit quaedam providentiae pars, sicut secundum suam rationem supra providentiam addit, sic etiam et certitudo eius supra certitudinem providentiae. Ordo enim providentiae dupliciter certus invenitur: uno modo in particulari, quando scilicet res quae a divina providentia in finem aliquem ordinantur, absque defectu ad finem illum particularem perveniunt, sicut patet in motibus caelestium et in omnibus quae necessario aguntur in natura. Alio modo in universali sed non in particulari, sicut videmus in generabilibus et corruptibilibus, quorum virtutes quandoque deficiunt a propriis effectibus ad quos sunt ordinatae sicut ad proprios fines – sicut virtus formativa quandoque deficit a perfecta consummatione membrorum – sed tamen ipse defectus divinitus ordinatur ad aliquem finem, ut patet ex dictis dum de providentia ageretur: et sic nihil potest deficere a generali fine providentiae quamvis quandoque deficiat ab aliquo particulari fine.

Sed ordo praedestinationis est certus non solum respectu universalis finis sed etiam respectu particularis et determinati, quia ille qui est ordinatus per praedestinationem ad salutem numquam deficit a consecutione salutis; nec tamen hoc modo est certus ordo praedestinationis respectu particularis finis sicut erat ordo providentiae, quia in providentia ordo non erat certus respectu particularis finis nisi quando causa proxima necessario producebat effectum suum, in praedestinatione autem invenitur certitudo respectu singularis finis, et tamen causa proxima, scilicet liberum arbitrium, non producit effectum illum nisi contingenter.

Unde difficile videtur concordare infallibilitatem praedestinationis cum arbitrii libertate; non enim potest dici quod praedestinatio supra certitudinem providentiae nihil aliud addat

A 119 cuius *hic* A] quod pA (*cf. nota insequens*) immobilis] cuius *add.* pA, *quod signis consuetis loco suo restituit* A 124 cuicumque *em.* A] *conf.* pA 126 ergo] s *praem.* pA 147 praeparatio *em.* A] *conf.* pA 152 patere (*e* pateret pA) *em.* A 158 Ordo] od *conf. inc. praem.* pA 163 celestium A

Φ 125 ei *om.* Φ 131 V] ix (*seu* 9) Φ 136 extimat] existimat Φ ea] re Φ 137 extimatio] existimatio Φ praecipue *om.* Φ 140 causae *om.* Σ (-δ^1) esse] *om.* δ^1 *ante* ad Φ (-δ^1) 143 omnium] hominum Φ (-δ^1) eorum δ^1 151 nunc] hic Φ 156 supra] super Φ 157 etiam *om.* Φ 162 perveniunt] deveniunt Φ 163 caelestium] –tibus Φ 165 sed] et Φ 193 praedestinatio] sit *add.* Φ 194 addat] addit β γ δ^2

122 Cap. 17 (PL 44, 985). 129 inducta: supra lin. 115. 131 Prosa 6 (PL 63, 861). 153 Supra q. 2 **a.** 13. 173 dictis: supra q. 5 a. 4, 5 et 7.

nisi certitudinem praescientiae, ut scilicet dicatur quod Deus ordinat praedestinatum ad salutem sicut et quemlibet alium, sed cum hoc de praedestinato scit quod non deficiet a salute: sic enim non diceretur praedestinatus differre a non praedestinato ex parte ordinis sed tantum ex parte praescientiae eventus, et sic praescientia esset causa praedestinationis nec praedestinatio esset per electionem praedestinantis, quod est contra auctoritatem Scripturae et dicta sanctorum. Unde etiam praeter certitudinem praescientiae ipse ordo praedestinationis habet infallibilem certitudinem, nec tamen causa proxima salutis ordinatur ad eam necessario sed contingenter, scilicet liberum arbitrium. Quod hoc modo potest considerari. Invenimus enim ordinem infallibilem esse respectu alicuius dupliciter: uno modo in quantum una causa singularis necessario inducit effectum suum ex ordine divinae providentiae; alio modo quando ex concursu multarum causarum contingentium et deficere possibilium pervenitur ad unum effectum, quarum unamquamque Deus ordinat ad consecutionem effectus loco eius quae defecit vel ne altera deficiat: sicut videmus quod omnia singularia unius speciei sunt corruptibilia et tamen per successionem unius ad alterum potest secundum naturam in eis salvari perpetuitas speciei, divina providentia taliter gubernante quod non omnia deficiant uno deficiente. Et hoc modo est in praedestinatione: liberum enim arbitrium deficere potest a salute; tamen in eo quem Deus praedestinat, tot alia adminicula praeparat quod vel non cadat vel si cadit quod resurgat, sicut
75ra | exhortationes, suffragia orationum, gratiae donum et omnia huiusmodi quibus Deus adminiculatur homini ad salutem. Si ergo considerem salutem respectu causae proximae, scilicet liberi arbitrii, non habet certitudinem sed contingentiam; respectu autem causae primae, quae est praedestinatio, certitudinem habet.

1. Ad primum igitur dicendum quod verbum illud Apocalypsis potest intelligi vel de corona praesentis iustitiae vel de corona gloriae. Utrolibet autem modo intelligatur, secundum hoc unus dicitur accipere coronam alterius alio cadente in quantum bona unius alteri prosunt vel in auxilium meriti vel etiam in augmentum gloriae propter connexionem caritatis quae facit omnia bona membrorum Ecclesiae esse communia. Et ita contingit quod unus coronam alterius accipit dum aliquo per peccatum cadente, et ita suorum meritorum praemium non consequente, alius fructum percipit de meritis quae ille habuit sicut etiam percepisset alio persistente. Nec ex hoc sequitur quod praedestinatio umquam cassetur. — Vel potest dici quod unus coronam alterius accipere dicitur non quod aliquis amittat coronam quae est ei praedestinata, sed quia quandoque aliquis amittit coronam sibi debitam secundum praesentem iustitiam et in locum eius alius substituitur ad complendum numerum electorum, sicut in locum angelorum cadentium sunt homines substituti.

2. Ad secundum dicendum quod effectus naturalis qui ex divina providentia infallibiliter evenit, consequitur ex una causa proxima in effectum necessario ordinata; ordo autem praedestinationis non est certus per hunc modum sed per alium, ut dictum est.

3. Ad tertium dicendum quod corpus caeleste agit in haec inferiora necessitatem quasi inducens quantum est de se, et ideo effectus

A 198 deficiet] est ag *praem.* pA 218 Deus] *idem conf. praem.* pA 219 eius] *idem conf. in fine lin. praem.* pA 228 praeparat] *idem conf. praem.* pA 233 causae *scrips. cum* Φ] causa *potius* A 235 causae *scrips. cum* Φ] causa *potius* A 247 cadente (*e* candente pA) *em.* A 252 umquam] *idem conf. praem.* pA 254 amittat] ammittat (*primo emend. ex* admittat) pA *clare, post* praedestinata A, *et ordinem dictatorum restituimus* 268 necessitatem...de se *in marg.* A] per modum cuiusdam violentie et coactionis pA

Φ 195 ut scilicet] ut si Φ (-δ^2) nec δ^2 196 ordinat] ordinet Φ (-δ^2) preordinet δ^2 199 enim] dicendo *add.* Σ 211 infallibilem] compossibilem Φ (-δ^1) possibilem δ^1 229 cadit] cadat Φ 230 exhortationes] et *add.* Φ 231 omnia] alia Φ (-δ) *om.* δ 241 alio] altero Φ 243 augmentum] auxilium Φ 248 suorum] *om.* Φ (-δ) *ante* non δ 252 umquam *om.* Φ 254 amittat *post* praedestinata (*induc.* A) Φ 258 complendum] supplendum Φ 263 una *om.* Φ 268 necessitatem] necessario Φ 269 inducens] inductionem (per *praem.* β) Φ (-δ) necessitatem *praem.* δ^1 necessitatem inducentem inductionem δ^2

205 Eph. 1^4 ut refert Thomas *I Pars* q. 23 a. 4 sed c.; sanctorum: cf. August. *De praedest. sanct.* cap. 18 (PL 44, 987). 259 in...substituti: cf. August. *Enchir.* cap. 29 (PL 40, 246) et Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 1 c. 5.

eius necessario provenit nisi sit aliquid resistens. Sed Deus agit in voluntatem non per modum necessitatis quia voluntatem non cogit, sed movet eam non auferendo ei modum suum qui in libertate ad utrumlibet consistit; et ideo quamvis nihil divinae voluntati resistat, tamen voluntas et quaelibet alia res exequitur divinam voluntatem secundum modum suum quia et ipsum modum divina voluntas rebus dedit ut sic eius voluntas impleretur: et ideo quaedam explent divinam voluntatem necessario, quaedam vero contingenter, quamvis illud quod Deus vult semper fiat.

4. Ad quartum dicendum quod causa secunda, quam oportet supponere ad inducendum praedestinationis effectum, etiam ordini praedestinationis subiacet; non autem est ita in virtutibus inferioribus respectu alicuius virtutis superioris agentis: et ideo ordo divinae praedestinationis, quamvis sit cum suppositione voluntatis humanae, nihilominus tamen absolutam certitudinem habet etsi contrarium in exemplo inducto appareat.

5. Ad quintum dicendum quod verba illa Iob et Gregorii sunt referenda ad statum praesentis iustitiae a quo aliqui quandoque decidunt aliis subrogatis; unde per hoc non potest concludi aliquid incertitudinis circa praedestinationem quia illi qui finaliter a gratia deficiunt, numquam praedestinati fuerunt.

6. Ad sextum dicendum quod similitudo Anselmi quantum ad hoc tenet quod, sicut veritas propositionis de futuro non aufert futuro contingentiam, ita nec veritas praedestinationis; sed differt quantum ad hoc quod propositio de futuro respicit futurum ut futurum est, et hoc modo non potest habere certitudinem; sed veritas praescientiae et praedestinationis respicit futurum ut est praesens, ut in quaestione De scientia Dei dictum est, et ideo certitudinem habet.

7. Ad septimum dicendum quod aliquid potest dici posse aliquid dupliciter: uno modo considerando potentiam quae in ipso est, sicut dicitur quod lapis potest moveri deorsum; alio modo considerando id quod ex parte alterius est, sicut si dicerem quod lapis potest moveri sursum, non per potentiam quae in ipso sit sed per potentiam proicientis. Cum ergo dicitur ' praedestinatus iste potest in peccato mori ', si consideretur potentia ipsius, verum est; si autem loquamur de praedestinato secundum ordinem quem habet ad aliud, scilicet ad Deum praedestinantem, sic ordo ille non compatitur secum istum eventum quamvis compatiatur secum istam potentiam. Et ideo potest distingui secundum distinctionem prius inductam, scilicet cum forma vel sine forma, consideratio subiecti.

8. Ad octavum dicendum quod nigredo et albedo sunt quaedam formae existentes in subiecto quod dicitur album vel nigrum; et ideo non potest aliquid attribui subiecto nec secundum potentiam nec secundum actum quod repugnet formae praedictae quamdiu in subiecto manet. Sed praedestinatio non est forma existens in praedestinato sed in praedestinante sicut et scitum denominatur a scientia quae est in sciente; et ideo quantumcumque immobiliter stet sub ordine scientiae, tamen potest ei aliquid attribui considerando suam naturam etsi etiam repugnet ordini praedestinationis: hoc enim modo praedestinatio est aliquid praeter ipsum hominem qui dicitur praedestinatus, sicut nigredo est aliquid praeter essentiam corvi quamvis non sit aliquid extra corvum; considerando autem tantummodo essentiam corvi, potest aliquid ei attribui quod repugnat

A 270 nisi sit] nisi ex *praem.* pA 271 non per modum] per mo *praem.* pA 279 ideo] voluntaria *add.* pA 280 divinam *em.* A] *conf.* pA 286 non] tot (*ut videtur*) *praem.* pA 302 propositionis *in marg.* A] *om.* pA 309 et ideo...habet] . § Ad *praem.* pA 316 si dicerem] di *praem.* pA 325 ideo] cons *add.* pA 326-328 scilicet...subiecti *in marg.* A (*cf. supra lin.* 79-92 *distinctio respondentis ad arg.* 7^m *et instantia obicientis*)] *om.* pA 329 octavum] viii *sup. lin.* A ix pA 332 non] si non *praem.* pA 337 scitum] *idem conf. praem.* pA 341 etsi etiam *sup. lin.* A] quod pA 345 aliquid extra] ex *praem.* pA

Φ 270 eius *om.* Σ provenit] evenit Φ 281 vero *om.* Σ 295 quandoque] aliquando Φ 305 respicit] non respicit Φ (-δ) 312 aliquid *om.* Φ 314 dicitur] dicimus Φ 324 secum] secundum α β δ^2 magis *praem.* γ quamvis] quam Φ (-δ^1) 327 consideratio subiecti *ante* cum forma Φ 331 vel] et Φ 338 immobiliter] immobile Φ 339 stet] sit Φ 347 repugnat] –gnet Φ

309 Supra q. 2 a. 12 et 13. 314 deorsum...sursum: exemplum Arist. *Ethic.* II 1 (1103 a 20) ut refert Thomas *I-II* q. 71 a. 2 arg. 2.

nigredini eius, secundum quem modum dicit Porphyrius quod potest intelligi corvus albus; et ita etiam in proposito potest ipsi homini praede|stinato attribui aliquid secundum se considerato quod non attribuitur ei secundum quod intelligitur stare sub praedestinatione. 75rb

9. Ad nonum dicendum quod creatio et missio important productionem alicuius temporalis effectus, et ideo ponunt temporalem effectum esse; et propter hoc oportet ea esse temporalia quamvis in se aliquid aeternum claudant. Sed praedestinatio non importat productionem alicuius effectus temporalis secundum suum nomen, sed tantummodo ordinem ad aliquid temporale, sicut voluntas, potentia et huiusmodi omnia; et ideo quia non ponitur effectus temporalis esse in actu qui etiam est contingens, non oportet quod praedestinatio sit temporalis et contingens quia ad aliquod temporale et contingens potest aliquid ordinari ab aeterno et immutabiliter.

10. Ad decimum dicendum quod absolute loquendo Deus potest unumquemque praedestinare vel non praedestinare aut praedestinasse vel non praedestinasse, quia actus praedestinationis, cum mensuretur aeternitate, numquam cedit in praeteritum sicut numquam est futurus; unde semper consideratur ut egrediens a voluntate per modum libertatis. Tamen ex suppositione hoc efficitur impossibile: non enim potest non praedestinare cum suppositione quod praedestinaverit vel e converso quia mutabilis esse non potest; et ita non sequitur quod praedestinatio possit variari.

Articulus quartus

Quarto quaeritur utrum numerus praedestinatorum sit certus. Et videtur quod non quia nullus numerus cui potest fieri additio est certus; sed numero praedestinatorum additio fieri potest: hoc enim petit Moyses, Deut. 1^{11} « Dominus Deus patrum nostrorum addat ad hunc numerum multa millia »: glosa ‘ diffinitum apud Deum, qui novit qui sunt eius ’; frustra autem peteret nisi fieri posset, ergo numerus praedestinatorum non est certus.

2. Praeterea, sicut dispositio naturalium bonorum est praeparatio ad gratiam, ita per gratiam praeparamur ad gloriam; sed in quocumque est praeparatio sufficiens ex naturalibus bonis, est invenire gratiam; ergo etiam in quocumque est invenire gratiam, erit invenire gloriam; sed aliquis non praedestinatus quandoque habet gratiam; ergo habebit gloriam, ergo erit praedestinatus, ergo aliquis non praedestinatus potest fieri praedestinatus et sic augeri numerus praedestinatorum, et ita non erit certus.

3. Praeterea, si aliquis habens gratiam non sit habiturus gloriam, aut hoc erit propter defectum gratiae aut propter defectum dantis gloriam; non autem est ex defectu gratiae quae quantum est in se sufficienter ad gloriam disponit, nec ex defectu dantis gloriam quia quantum est in se paratus est omnibus dare; ergo quicumque habet gratiam de necessitate habebit gloriam, et sic aliquis praescitus habebit gloriam et erit praedestinatus, et sic idem quod prius.

4. Praeterea, quicumque praeparat se ad gratiam sufficienter, habet gratiam; sed aliquis praescitus potest se ad gratiam praeparare; ergo potest habere gratiam; sed quicumque habet gratiam, potest perseverare in illa; ergo praescitus potest usque ad mortem in gratia perseverare et sic fieri praedestinatus, ut videtur, et sic idem quod prius.

5. Sed dicebat quod praescitum mori sine gratia est necessarium necessitate condicionata,

A 349 porfirius A 354 nonum] ix (*ex* x pA) *em.* A 361 sed...sicut] sicut et *praem.* pA 363 non ponitur] p *imp. praem.* pA 369 decimum] x (*ex* xi pA) *em.* A 376 ex] cum *praem.* pA 381 possit] p (*imp.*) non *praem.* pA
3 nullus] *idem conf. et imp. praem.* pA 6 Dominus] ubi (*casu non del., et delevimus*) additio *praem.* pA 41 sic] it *praem.* pA

Φ 355 missio] et huiusmodi *add.* Φ 357 ea *om.* Φ 366 et] vel Φ 367 aliquid] dupliciter *add.* Φ (-δ) 374 cedit] cadit Φ 378 cum] supposito vel (quod δ) *praem.* Φ
6 Dominus] dicens *praem.* Φ (-δ) dicens deus δ^1 dicens δ^2 7 multa millia] etc. Φ 21 augeri] augetur Φ 27 quantum] in quantum Φ 29 omnibus *om.* Σ 30 habet] habebit Φ

349 *Isagoge* De accidente sec. transl. Boetii (ed. Minio-Paluello, p. 20).
1 Parall.: *I Pars* q. 23 a. 7; *Super Sent. I* d. 40 q. 3. 6 Deut. 1^{11} sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467). 7 *Ordin.* ibid.

quamvis non absoluta. — Contra, omnis necessitas carens principio et fine et continuata in medio est simplex et absoluta et non condicionata; sed talis est necessitas praescientiae cum sit aeterna; ergo est simplex et non condicionata.

6. Praeterea, quolibet numero finito potest esse aliquis maior; sed numerus praedestinatorum finitus est; ergo eo potest esse aliquis maior, ergo non est certus.

7. Praeterea, cum bonum sit communicativum sui, infinita bonitas non debet terminum ponere suae communicationi; sed praedestinatis divina bonitas se maxime communicat; ergo non est eius statuere certum praedestinatorum numerum.

8. Praeterea, sicut factio rerum est ex voluntate divina, ita et hominum praedestinatio; sed Deus plura potest facere quam fecit, « subest enim ei, cum voluerit, posse », ut dicitur Sap. XII[18]; ergo similiter non tot praedestinat quin plures possit praedestinare, et sic idem quod prius.

9. Praeterea, quicquid Deus potuit, adhuc potest; sed Deus potuit ab aeterno illum praedestinare quem non praedestinavit; ergo modo etiam potest eum praedestinare, et sic potest fieri additio numero praedestinatorum.

10. Praeterea, in omnibus potentiis quae non sunt determinatae ad unum, | quod potest 75va
esse potest non esse; sed potentia praedestinantis ad praedestinandum et potentia praedestinati ad consequendum praedestinationis effectum sunt huiusmodi quia et praedestinans voluntate praedestinat et praedestinatus voluntate effectum praedestinationis consequitur; ergo praedestinatus potest esse non praedestinatus et non praedestinatus potest esse praedestinatus, ergo idem quod prius.

11. Praeterea, Luc. V[6] super illud « Rumpebatur autem rete eorum », dicit glosa « In Ecclesia circumcisionis rumpitur rete quia non tot intrant de Iudaeis quot apud ⟨Deum ad⟩ vitam erant praeordinati »; ergo numerus praedestinatorum potest diminui, et ita non est certus.

SED CONTRA est quod dicit Augustinus in libro De correptione et gratia, « certus est praedestinatorum numerus qui nec augeri potest nec minui ».

2. Praeterea, Augustinus in Enchiridion dicit « Superna Ierusalem mater nostra, civitas Dei, nulla civium suorum numerositate fraudabitur aut uberiori etiam copia fortasse regnabit »; sed cives illius civitatis sunt praedestinati; ergo praedestinatorum numerus non potest augeri nec minui, et ita est certus.

3. Praeterea, quicumque est praedestinatus ab aeterno est praedestinatus; sed quod est ab aeterno est immutabile, et quod non fuit ab aeterno numquam potest esse aeternum; ergo ille qui non est praedestinatus non potest esse praedestinatus nec e contrario.

4. Praeterea, omnes praedestinati post resurrectionem erunt cum corporibus suis in caelo empyreo; sed locus ille finitus est cum omne corpus sit finitum, duo etiam glorificata corpora, ut communiter dicitur, non possunt esse simul; ergo oportet esse determinatum numerum praedestinatorum.

RESPONSIO. Dicendum quod circa hanc quaestionem quidam ita distinxerunt dicentes quod numerus praedestinatorum certus est si loquamur de numero numerante sive de numero formaliter, non autem est certus si loquamur

A 57 ergo] deus *add.* pA 66 Praeterea...sed Deus] Set d *praem.* pA 85 ⟨Deum ad⟩ *suppl. cum glosa* (*cf. infra lin.* 282)] *om.* A 95 nulla *legim. cum Augustino*] nullo *potius* A 102 immutabile] immua *conf. inc. praem.* pA 106 omnes praedestinati] omnium prede *praem.* pA 107 cum] secundum *praem.* pA 108 est] g *add.* pA 109 omne] *idem conf. et imp. praem.* pA

Φ 44 Contra] sed *praem.* Φ 45 continuata] coniuncta *post* medio Φ (-δ) *post* medio δ 47 talis] necessitas *add.* Φ 74 praedestinandum] –tinatum Φ 81 ergo] et sic Φ 85 ⟨Deum ad⟩ vitam erant] deum erant ad vitam Φ 95 nulla] nullo (*induc.* A) Φ (-δ^1) 97 civitatis *om.* Φ 99 nec] vel Φ 104 non^2] numquam Φ (-δ^2) maxime δ^2 114 ita *om.* Φ

53 bonum...sui: Dionys. ut supra a. 2 65 in nota. 61 Deus...fecit: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* I d. 43 c. unic. 63 Sap. XII[18] sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467) quae et recensio Veteris Latinae. 66 quicquid...potest: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* I d. 44 c. 2. 83 *Ordin.* ibid. 90 Cap. 13 (PL 44, 940). 93 Cap. 29 (PL 40, 246). 106 omnes... empyreo: cf. art. quartus reprobatus anno 1241 (Chart. Univ. Paris. I p. 171). 108 caelo empyreo: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* II d. 2 c. 4 et Thomas *I Pars* q. 66 a. 3. 110 communiter dicitur: cf. Guill. Altiss. *Summa aurea* IV c. De dotibus corporum glorificatorum (f. 299ra), Albertus *Super Sent. IV* d. 44 a. 4, Bonaventura *Super Sent. IV* d. 49 p. II sect. II a. 3 q. 1 ad 7. 114 quidam: iidem quorum opinionem profert Petrus Lomb. *Lib. Sent.* I d. 40 c. 1. 116 numero numerante...numero numerato: cf. Arist. *Phys.* IV 17 (219 b 6), Boetius *De Trin.* cap. 3 (PL 64, 1251 B), Alan. de Insulis *Distinctiones* s. v. Numerus (PL 210, 877 C).

de numero numerato sive materialiter accepto: puta si diceretur quod certum est esse centum praedestinatos, non autem est certum qui centum sint. Et istud dictum occasionem sumere videtur ex verbo Augustini supra inducto in quo innuere videtur quod unus amittere possit et alius accipere praedestinatam coronam, numero tamen praedestinatorum nullatenus variato. Sed si haec opinio loquatur de certitudine per comparationem ad causam primam, scilicet Deum praedestinantem, omnino apparet absurda. Ipse enim Deus habet certam cognitionem de numero praedestinatorum et formali et materiali: scit enim quot et qui sint salvandi et utrumque infallibiliter ordinat ut sic, quantum ex parte Dei est, respectu utriusque numeri inveniatur certitudo non solum cognitionis sed etiam ordinis. Sed si loquamur de certitudine numeri praedestinatorum per comparationem ad causam proximam salutis humanae ad quam praedestinatio ordinatur, non erit idem iudicium de numero formali et materiali. Numerus enim materialis aliquo modo subiacet voluntati humanae quae est variabilis in quantum salus uniuscuiusque est sub libertate arbitrii constituta sicut sub causa proxima; et sic numerus materialis aliquo modo certitudine caret. Sed numerus formalis nullo modo cadit sub voluntate humana eo quod nulla voluntas humana se extendit per modum causalitatis alicuius ad totam integritatem numeri praedestinatorum; et ideo numerus formalis remanet omnibus modis certus: et sic potest praedicta distinctio sustineri ut tamen simpliciter concedatur quod uterque numerus ex parte Dei certitudinem habet.

Sciendum est autem quod numerus praedestinatorum secundum hoc dicitur esse certus quod additionem vel diminutionem non patitur; secundum hoc autem pateretur additionem si aliquis praescitus posset praedestinatus fieri, quod esset contra certitudinem praescientiae vel reprobationis; secundum hoc autem posset diminui si aliquis praedestinatus posset effici non praedestinatus, quod est contra certitudinem praedestinationis. Et sic patet quod certitudo numeri praedestinatorum colligitur ex duplici certitudine, scilicet ex certitudine praedestinationis et certitudine praescientiae vel reprobationis. Sed hae duae certitudines differunt quia certitudo praedestinationis est certitudo cognitionis et ordinis, ut dictum est, certitudo autem praescientiae est certitudo cognitionis tantum: non enim Deus praeordinat ad peccandum homines reprobos sicut praedestinatos ordinat ad merendum.

1. Ad primum igitur dicendum quod auctoritas illa est intelligenda non de numero praedestinatorum sed de numero eorum qui sunt in statu praesentis iustitiae; quod patet ex Interlineari quae ibi dicit « Numero et merito ». Numerus autem iste et augetur et minuitur quamvis praefinitio Dei qua etiam istum numerum praediffinit, numquam fallatur: diffinit enim quod uno tempore sint plures et alio pauciores; vel etiam diffinit per modum sententiae aliquem certum numerum secundum rationes inferiores convenientem, quae diffinitio mutari potest; sed praediffinit alium per modum consilii secundum rationes superiores, et haec praefinitio invariabilis est quia, ut dicit Gregorius, « Deus mutat | sententiam sed non consilium ». *75vb*

2. Ad secundum dicendum quod nulla praeparatio disponit ad habendam aliquam perfectionem nisi suo tempore: sicut naturalis complexio disponit puerum ad hoc quod sit fortis

A 119 centum *conf. hic* pA] *clare post* praedestinatos *sed signis consuetis primo loco restitutum* A 130 de] sicut *praem.* pA formali (*e* formaliter pA) *em.* A 131 materiali (*e* materialiter pA) *em.* A 135 loquamur] consi *praem.* pA 136 praedestinatorum *in marg.* A] predestinationis pA 144 aliquo modo] quasi *imp. praem.* pA 194 hoc (*tertius* A)] hoc pA hec sA

Φ 120 centum sint] sint (sunt β δ^1) illi centum Φ 121 istud] illud Φ 122 supra] superius Φ 124 accipere praedestinatam] assumere predestinatorum Φ 125 tamen] tot Φ 130 et *om.* Φ 131 sint] sunt Φ 133 est *om.* Φ 147 humana *om.* Φ 150 omnibus modis] omni modo Φ (-δ^1) omnino δ^1 151 ut tamen] ita tamen quod Φ 156 quod] quia Φ (-δ) 161 effici] fieri Φ (*def.* γ) 174 igitur] ergo Φ 178 et merito] etiam numerato Φ 180 quamvis] etiam *add.* Φ (-γ) autem *add.* γ 180 qua] que Φ 181 praediffinit] –diffinivit Φ (-δ) predestinavit δ^2 predestinationis δ^1 182 et] vel Φ 188 praefinitio] diffinitio Φ 188 ut *om.* Φ

122 supra: a. 3 8. 169 dictum est: supra a. 3. 178 *Glossa interlin.* super Deut. 1^{11}. 189 *Moral.* XVI c. 10 (PL 75, 1127 B), cf. etiam *Glossa ordin.* super Is. $XXXVIII^1$.

vel sapiens, non quidem tempore pueritiae sed tempore perfectae aetatis. Tempus autem habendi gratiam est simul cum tempore praeparationis naturae; unde non potest inter utrumque aliquod impedimentum intercidere, et sic in quocumque invenitur praeparatio naturae invenitur et gratia. Sed tempus habendi gloriam non est simul cum tempore gratiae; unde inter utrumque potest medium impedimentum intercidere, et propter hoc non est necessarium quod praescitus qui habet gratiam sit habiturus gloriam.

3. Ad tertium dicendum quod non est neque ex defectu gratiae neque ex defectu dantis gloriam quod habens gratiam gloria privetur, sed ex defectu recipientis in quo impedimentum intervenit.

4. Ad quartum dicendum quod ex hoc ipso quod ponitur aliquis esse praescitus, ponitur non habiturus finalem gratiam cum cognitio Dei feratur ad res futuras sicut super praesentia, ut alibi dictum est. Et ideo sicuti huic quod est non esse habiturum finalem gratiam, est incompossibile hoc quod est eundem esse habiturum finalem gratiam, quamvis in se sit possibile, ita est incompossibile ei quod est esse praescitum, quamvis in se sit possibile.

5. Ad quintum dicendum quod non est defectus ex divina scientia quin scitum a Deo sit simpliciter necessarium, sed est defectus ex causa proxima. Aeternitatem autem, ut sit sine principio et fine durans in medio, habet praedicta necessitas ex divina scientia quae aeterna est, non ex causa proxima quae est temporalis et mutabilis.

6. Ad sextum dicendum quod, quamvis de ratione finiti numeri non sit quin possit esse eo aliquis maior, tamen hoc potest esse ex aliquo alio, scilicet ex immobilitate divinae praescientiae, ut in proposito apparet; sicut quod aliqua quantitate in rebus naturalibus accepta non possit aliqua maior inveniri, non est ex ratione quantitatis sed ex condicione rei naturalis.

7. Ad septimum dicendum quod bonitas divina non communicat se ipsam nisi secundum ordinem sapientiae: hic est enim optimus communicationis modus. Ordo autem divinae sapientiae requirit ut omnia sint facta « in numero, pondere et mensura », ut dicitur Sap. XI[21], et ideo convenit divinae bonitati ut sit certus praedestinatorum numerus.

8. Ad octavum dicendum quod, sicut ex dictis patet, quamvis de quolibet absolute concedi posset quod Deus potest eum praedestinare vel non praedestinare, tamen supposito quod praedestinaverit, non potest non praedestinare vel e contrario quia non potest esse mutabilis. Et ideo dicitur communiter quod haec ' Deus potest non praedestinatum praedestinare vel praedestinatum non praedestinare ' in sensu composito est falsa sed in diviso est vera. Et propter hoc omnes illae locutiones quae sensum compositum implicant, sunt falsae simpliciter. Unde non est concedendum quod numero praedestinatorum possit fieri additio vel subtractio, quia additio praesupponit illud cui additur et subtractio illud a quo subtrahitur; et eadem ratione non potest concedi quod Deus possit plures praedestinare quam praedestinet vel pauciores. Nec est simile quod inducitur de factione quia factio est actus quidam qui terminatur ad effectum exterius; et ideo quod Deus facit primo et post non facit aliquid, non ostendit aliquam mutationem in ipso sed in effectu solum. Sed praedestinatio et praescientia et huiusmodi sunt actus intrinseci in quibus non posset esse variatio sine variatione Dei; et ideo nihil quod ad variationem horum actuum pertineat concedi debet.

A 202 non...simul] s *praem.* pA 218 hoc] est *praem.* pA 240 divina non *inv.* pA 254 potest non] non *praem.* pA 263 quod] per *praem.* pA 271 et huiusmodi] h *praem.* pA

Φ 215 ad] super Σ 216 huic] hoc Φ 218 incompossibile] impossibile Φ esse *om.* Φ 219 sit] *om.* α β δ^2 *ante* in se δ^1 *post* possibile γ 223 quin] quod Φ 226 fine] sine *praem.* Φ (-δ^2) 232 eo *om.* Φ 234 sicut] sic Φ 237 condicione] ratione Φ 242 communicationis] –nicandi Φ 245 XI] ix (*seu* 9) Φ 256 sed *om.* Φ est[2] *om.* Φ 257 propter hoc] ideo Φ 262 additur] fit additio Φ (-γ) sit additio γ 267 exterius] exteriorem Φ 272 variatione] mutatione Φ

216 alibi: supra q. 2 a. 12 et 13. 248 dictis: supra a. 3. 253 dicitur communiter: inde a Petri Lomb. *Lib. Sent.* I d. 40 c. 1.

9-10. Ad nonum autem et decimum patet responsio per haec quia procedunt de potentia absoluta, non facta aliqua praesuppositione de praedestinatione facta vel non facta.

11. Ad undecimum dicendum quod glosa illa intelligenda est hoc modo quod non intrant tot de Iudaeis quot sunt omnes qui sunt praeordinati ad vitam quia non soli Iudaei sunt praedestinati. — Vel potest dici quod non loquitur de praeordinatione praedestinationis sed praeparationis qua per Legem disponebantur ad vitam. — Vel potest dici quod non intraverunt tot in primitiva Ecclesia quia « cum plenitudo gentium intraverit, tunc et omnis Israel salvus fiet » in Ecclesia finali.

Articulus quintus

Quinto quaeritur utrum praedestinatis sit certa sua praedestinatio. Et videtur quod sic quia, ut dicitur I Ioh. III « Unctio docebit vos de omnibus », et intelligitur de omnibus pertinentibus ad salutem; sed praedestinatio maxime pertinet ad salutem quia est causa salutis; ergo per unctionem acceptam omnes homines certi redduntur de sua praedestinatione.

2. Praeterea, divinae bonitati convenit cuius est omnia optimo modo facere ut homines optimo modo ducat ad praemium; sed optimus modus videtur ut unusquisque sit certus de suo praemio; ergo unusquisque certus redditur quod ad praemium perveniet qui illuc est perventurus, et sic idem quod prius.

3. Praeterea, dux exercitus omnes quos adscribit ad meritum pugnae adscribit etiam ad praemium, ut sicut sunt certi de merito sic sint certi de praemio; sed homines certi sunt quod sint in statu merendi; ergo et certi sunt quod ad praemium pervenient, et sic idem quod prius.

SED CONTRA est quod dicitur Eccl. IX[1] « Nemo | scit utrum dignus odio vel amore sit ». 76ra

RESPONSIO. Dicendum quod non est inconveniens alicui suam praedestinationem revelari, sed secundum legem communem non est conveniens ut omnibus reveletur, duplici ratione. Quarum prima potest sumi ex parte eorum qui non sunt praedestinati: si enim omnibus praedestinatis sua praedestinatio sic nota esset, tunc omnibus non praedestinatis certum esset se praedestinatos non esse ex hoc ipso quod se praedestinatos nescirent, et hoc quodam modo eos in desperationem induceret. Secunda ratio potest sumi ex parte ipsorum praedestinatorum: securitas enim negligentiam parit, si autem certi essent de sua praedestinatione securi essent de sua salute, et ita non tantam sollicitudinem apponerent ad mala vitanda. Et propter hoc a divina providentia salubriter est ordinatum ut homines suam praedestinationem vel reprobationem ignorent.

1. Ad primum ergo dicendum quod cum dicitur quod unctio docet de omnibus pertinentibus ad salutem, intelligendum est de illis quorum cognitio ad salutem pertinet, non de omnibus quae secundum se ad salutem perti-

A 288 tunc *imp.* (*scil.* tuc) A
3 Unctio docebit vos A] necessario docebit vos *in marg. inf. al. manu: ad lectionem* docebit (*e Hieronymo*) *cf. Super Sent. III* d. 35 q. 2 a. 1 qc. 1 sol. 37 Secunda] et *praem.* pA

Φ 276 haec quia] hoc quod Φ 277 de praedestinatione *om.* Φ (-δ) 280 hoc modo *om.* Φ 282-286 quia non...vitam *hom. om.* α δ 288 et *om.* Φ
3 I *om.* Σ 4 docebit] docet Φ 7-9 per unctionem...praedestinatione] etc. α δ 10 bonitati] -tatis Φ convenit] *om.* α *post* facere δ 15 illuc] illic Φ 21 sint] sunt Φ (-γ) *om.* γ 22 et sic...prius *om.* Σ 24 Sed contra] Preterea Σ quod dicitur *om.* Φ 25 vel] an Φ 27 revelari] revelare Φ (-δ[1]) 32 sic *om.* Φ 37 ipsorum] *om.* α δ *post* praedestinatorum β 40 ita] ideo Φ 41 apponerent] ponerent Φ 41 mala vitanda] vitanda peccata α δ peccata *add.* β γ 46 docet...salutem] etc. Φ

286 Vel potest dici...: cf. *Summa fr. Alexandri* I pars n. 225 (p. 320), Albertus *Super Sent. I* d. 40 a. 11 ad 1, Bonaventura *Super Sent. I* d. 40 a. 2 q. 2 ad 3 et 4. 287 « cum plenitudo...: Rom. XI[25-26].
1 Parall.: *I Pars* q. 23 a. 1 ad 4. 3 Rectius II[27]. 4 intelligitur...salutem: cf. *Glossa interlin.* super Ioh. XVI[13] ut refert Thomas infra q. 12 a. 2 93. 10 cuius...facere: Dionys. ut infra q. 12 a. 5 30 in nota. 24 Eccl. IX[1]: in eadem forma apud Thomam infra q. 10 a. 10 51, *Super Sent. III* d. 23 q. 1 a. 2 arg. 1 (litt. autographae), *Super Sent. IV* d. 15 q. 1 a. 3 qc. 2 arg. 2, et passim. 'Et quidem caritatem et quidem odium non est cognoscens homo' sec. recens. Veteris Latinae, 'Et tamen nescit homo utrum amore an odio dignus sit' sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467). 38 securitas...parit: cf. Hieron. *Comment. in Is.* VIII c. 26 (PL 24, 311) et *Comment. in Ier.* VI c. 32 (PL 24, 929).

nent; cognitio autem praedestinationis non est necessaria ad salutem etsi ipsa praedestinatio sit necessaria.

2. Ad secundum dicendum quod non esset conveniens modus dandi praemium, certificare de praemio habendo certitudine absoluta; sed conveniens modus est ut illi cui praemium praeparatur, detur certitudo condicionata: hoc est quod perveniet nisi ex ipso deficiat. Et talis certitudo unicuique praedestinato per virtutem spei infunditur.

3. Ad tertium dicendum quod etiam hoc non potest esse alicui per certitudinem notum utrum sit in statu merendi, quamvis ex aliquibus coniecturis hoc possit probabiliter extimare: habitus enim numquam possunt cognosci nisi per actus; actus autem virtutum gratuitarum habent maximam similitudinem cum actibus acquisitarum virtutum ut non possit de facili per huiusmodi actus certitudo de gratia haberi nisi forte per revelationem inde certificetur aliquis ex speciali privilegio. Et praeterea in pugna saeculari ille qui est a duce exercitus adscriptus ad pugnam, non certificatur de praemio nisi sub condicione, quia « non coronabitur nisi qui legitime certaverit ».

Articulus sextus

Sexto quaeritur utrum praedestinatio possit iuvari precibus sanctorum. Et videtur quod non quia eiusdem est adiuvari et impediri; sed praedestinatio non potest impediri; ergo nec aliquo adiuvari.

2. Praeterea, illud quo posito vel remoto nihilominus alterum habet suum effectum, non iuvat ipsum; sed praedestinatio oportet quod suum effectum habeat cum falli non possit, sive oratio fiat sive non fiat; ergo praedestinatio orationibus non iuvatur.

3. Praeterea, nullum aeternum praeceditur ab aliquo temporali; sed oratio ⟨est⟩ temporalis, praedestinatio autem aeterna; ergo praedestinationem oratio praecedere non potest, et ita nec eam adiuvare.

4. Praeterea, membra corporis mystici gerunt in se similitudinem membrorum corporis naturalis, ut patet I Cor. XII[12]; sed unum membrum in corpore naturali non acquirit perfectionem suam per alterum; ergo nec in corpore mystico; sed membra corporis mystici maxime perficiuntur per praedestinationis effectus; ergo unus homo non iuvatur ad effectus praedestinationis consequendos precibus alterius.

SED CONTRA est quod dicitur Gen. XXV[21] quod « Ysaac rogavit Deum pro Rebecca uxore sua eo quod sterilis esset, qui exaudivit eum et dedit conceptum Rebeccae », et ex illo conceptu natus est Iacob qui ab aeterno praedestinatus fuerat; nec umquam fuisset praedestinatio impleta nisi natus fuisset, quod oratione Ysaac est impetratum; ergo praedestinatio orationibus iuvatur.

2. Praeterea, in quodam sermone de conversione sancti Pauli legitur quasi ex persona Domini dicentis ad Paulum « Disposui in mente mea perdere te nisi Stephanus ⟨servus⟩ meus orasset pro te »; ergo oratio Stephani Paulum

A 53 non] bo *in fine lin. praem.* pA 61 hoc] de meri *praem.* pA 69 huiusmodi *em.* A] *conf.* pA 70 revelationem] aliquid s (*vel* f) *add.* pA 74 quia...nisi] nisi *praem.* pA
2 iuvari] *idem conf. praem.* pA 3 eiusdem] illud *praem.* pA 13 ⟨est⟩ *suppl. cum* Φ] *om.* A 16 eam adiuvare *scrips.*] ad (*fort. inc.* adiuvare pA *sed deletio non est perspicua*) *praem.* A 19 membrum] *idem conf. et in fine lin. praem.* pA 30 dedit] eum *add.* pA 39 ⟨servus⟩ *suppl. cum fonte*] *om.* A

Φ 51 ipsa *om.* Σ 58 perveniet] perveniat Φ 61 etiam *om.* Φ 64 extimare] existimare Φ 65 enim] *om.* α δ quia *ante* habitus β 65 possunt cognosci] cognoscitur Φ 70 per revelationem] ex revelatione Φ inde *om.* Σ 74 sub condicione] condicionaliter Φ
4 impediri] prepediri Σ 10 fiat[2] *om.* Φ 13 ⟨est⟩ *suppl.* Φ 14 autem] est *add.* Φ 16 eam *om.* Φ 21 suam] *om.* β sibi debitam nec *praem.* Σ 28 Deum] dominum Φ 33 quod] ergo Φ (-δ) 39 ⟨servus⟩] *suppl.* Φ (-δ[2]) filius *suppl.* δ[2]

64 habitus...actus: Arist. ut supra q. 2 a. 2 219 in nota. 74 « non...: II Tim. II[5] sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467) et sec. *Glossam* Petri Lomb. ibid. (PL 192, 368 B), apud Thomam *I Pars* q. 95 a. 4 arg. 2, *II-II* q. 155 a. 4 arg. 2, *III Pars* q. 15 a. 2 arg. 1, et passim.
1 Parall.: *I Pars* q. 23 a. 8; *Super Sent. I* d. 41 a. 4. 36 quodam sermone: non invenimus, cf. tamen *Sermo 382* c. 4 inter opera August. (PL 39, 1686), August. *Sermo 204* n. 2 (PL 39, 2124), *Sermo 215* n. 4 (PL 39, 2146), Guill. Peraldus *Sermones de Sanctis XV* (inter Opera omnia Guill. Alvern. Parisiis 1674, p. 380).

a reprobatione liberavit; ergo et per eam est praedestinatus, et sic idem quod prius.

3. Praeterea, aliquis potest alicui mereri primam gratiam, ergo eadem ratione et gratiam finalem; sed quicumque gratiam finalem habet est praedestinatus; ergo aliquis potest iuvari orationibus alterius ad hoc quod sit praedestinatus.

4. Praeterea, Gregorius oravit pro Traiano et eum ab inferno liberavit, ut Damascenus narrat in quodam sermone de mortuis, et ita videtur quod ipse liberatus sit a societate reproborum orationibus Gregorii, et sic idem quod prius.

5. Praeterea, membra corporis mystici sunt similia membris corporis naturalis; sed membrum unum iuvatur per alterum in corpore naturali; ergo etiam in corpore mystico, et sic idem quod prius.

RESPONSIO. Dicendum quod praedestinationem iuvari precibus sanctorum dupliciter potest intelligi: uno modo quod orationes sanctorum iuvent ad hoc quod aliquis praedestinetur; et hoc non potest esse verum neque de orationibus secundum quod in propria natura existunt quia temporales sunt, praedestinatio autem aeterna, neque etiam secundum quod existunt in Dei praescientia quia praescientia meritorum vel propriorum vel alienorum non est praedestinationis causa, | ut supra dictum est. Alio *76rb* modo potest intelligi praedestinationem precibus sanctorum iuvari quod oratio iuvet ad consequendum praedestinationis effectum, sicut aliquis iuvatur instrumento quo suum opus perficit; et sic est inquisitum de hac quaestione ab omnibus qui Dei providentiam circa res humanas posuerunt. Sed diversimode est ab eis determinatum.

Quidam enim attendentes immobilitatem divinae ordinationis posuerunt quod oratio vel sacrificium vel huiusmodi in nullo prodesse potest; et haec dicitur fuisse Epicureorum opinio qui omnia immobiliter evenire dicebant ex dispositione superiorum corporum, quae deos nominabant.

Alii autem dixerunt quod secundum hoc sacrificia et orationes valent quia per huiusmodi mutatur praeordinatio eorum ad quos pertinet disponere de actibus humanis; et haec dicitur fuisse opinio Stoicorum qui ponebant res omnes regi quibusdam spiritibus, quos deos vocabant. Et cum ab eis esset aliquid praediffinitum, orationibus et sacrificiis poterat obtineri ut talis diffinitio mutaretur placatis deorum animis, ut dicebant. Et in istam sententiam quasi videtur incidisse Avicenna in fine suae Metaphysicae: ponit enim quod omnia quae aguntur in rebus humanis quorum principium est voluntas humana, reducuntur in voluntates animarum caelestium. Ponit enim corpora caelestia esse animata; et sicut corpus caeleste habet influentiam super corpus humanum, ita animae caelestes secundum eum habent influentiam super animas humanas et quod ad earum imaginationem sequuntur ea quae in his inferioribus eveniunt. Et ideo sacrificia et orationes valent secundum eum ad hoc quod huiusmodi animae concipiant ea quae nobis volumus evenire.

Sed istae positiones a fide sunt alienae quia prima positio tollit libertatem arbitrii, secunda autem tollit praedestinationis certitudinem. Et ideo aliter dicendum est quod praedestinatio divina numquam mutatur; sed tamen orationes et alia bona opera valent ad consequendum praedestinationis effectum: in quolibet enim ordine causarum attendendus est non solum

A 56 membrum] non est aliquod *praem.* pA 81 vel] *litt. imp. praem.* pA prodesse *legim.*] *conf.* (*scil.* prodeesse) A 82 epicurorum A 84 deos] deus *imp. praem.* pA 85 nominabant] mo *praem.* pA 90 stoycorum A 112 tollit (*e* tollint pA) *em.* A 116 quolibet *em.* A] *conf.* pA

Φ 43 alicui] *om.* β alii Σ 44 gratiam² *om.* Φ 47 orationibus] precibus Φ 52 ipse *om.* Σ 55-59 Praeterea...prius *om.* Σ 62 intelligi] quia *add.* Σ 69 alienorum] aliorum Φ 72 iuvari] posse *praem.* Φ 75 inquisitum] inquisitio Φ 82 epicurorum (*induc.* A) Φ 83 evenire] venire Φ 86 dixerunt] dicebant Φ (*def.* δ²) 92 aliquid *om.* Φ 96 Avicenna] qui *add.* Φ 97 enim *om.* Φ (*cf. nota superior*) 105 ea] omnia Φ 107 quod] ut Φ 110 quia] eo quod Φ 113 est] scilicet *add.* Φ 114 divina *om.* Σ 117 attendendus] –dendum Φ

51 *De his qui in fide dorm.* n. 16 (PG 95, 261 D). 70 supra: a. 2. 82 Epicureorum...Stoicorum: utramque opinionem ad mentem Alberti (*Phys.* II tr. 2 c. 19) hic interpretatus est Thomas, cf. Tullius *De nat. deorum* I c. 18, ibid. II c. 16-23, Seneca *Nat. Quaest.* II c. 36 sqq. 95 dicebant: hic supra. 97 *Metaph.* X c. 1 (f. 108r). 111 prima positio: Eccli. XV[14] et XV[18] ut refert Thomas *Cont. Gent.* III c. 73; secunda: Num. XXIII[19] I Reg. XV[29] et Mal. III[6] ut refert Thomas *Cont. Gent.* III c. 95 et 96.

ordo primae causae ad effectum sed etiam ordo causae secundae ad effectum et ordo causae primae ad secundam quia causa secunda non ordinatur ad effectum nisi ex ordinatione causae primae; causa enim prima dat secundae quod influat super effectum suum, ut patet in libro De causis.

Dico igitur quod praedestinationis effectus est salus humana quae ab ea procedit sicut a causa prima, sed eius possunt esse multae causae aliae proximae quasi instrumentales quae sunt ordinatae a divina praedestinatione ad salutem humanam, sicut instrumenta applicantur ab artifice ad effectum artis explendum. Unde sicut praedestinationis divinae est effectus quod iste salvetur, ita et quod per orationes talis vel per talia merita salvetur. Et hoc est quod Gregorius dicit in I libro Dialogorum « Ea quae sancti viri orando efficiunt, ita praedestinata sunt ut precibus obtineantur »; propter quod, ut dicit Boetius in V De consolatione, « preces cum rectae sunt, inefficaces esse non possunt ».

1. Ad primum igitur dicendum quod nihil est quod ordinem praedestinationis possit infringere, et ideo impediri non potest; sed multa sunt quae ordini praedestinationis subiacent ut causae mediae, et ista dicuntur iuvare praedestinationem modo praedicto.

2. Ad secundum dicendum quod ex quo praedestinatum est quod talis orationibus talibus salvetur, non possunt orationes removeri nisi praedestinatione remota; sicut nec salus humana quae est praedestinationis effectus.

3. Ad tertium dicendum quod ratio illa procedit quod oratio non iuvet praedestinationem quasi causa: et hoc concedendum est.

4. Ad quartum dicendum quod effectus praedestinationis, qui sunt gratia et gloria, non se habent per modum perfectionis primae sed per modum perfectionis secundae; membra autem corporis naturalis, quamvis non iuventur ab invicem in perfectionibus primis consequendis, iuvantur tamen invicem quantum ad perfectiones secundas; et est etiam aliquod membrum in corpore quod primo formatum iuvat ad formationem aliorum membrorum, scilicet cor, unde ratio procedit ex falso.

1. Ad primum autem in contrarium concedimus.

2. Ad secundum dicendum quod Paulus numquam fuit reprobatus secundum dispositionem divini consilii, quod est immutabile, sed solum secundum dispositionem divinae sententiae, quae accipitur secundum inferiores causas, quae quandoque mutatur; unde non sequitur quod oratio fuerit praedestinationis causa, sed quod iuverit solum ad praedestinationis effectum.

3. Ad tertium dicendum quod, quamvis praedestinatio et gratia finalis convertantur, tamen non oportet quod quicquid est causa gratiae finalis quocumque modo sit etiam causa praedestinationis, sicut patet ex supra dictis.

4. Ad quartum dicendum quod, quamvis Traianus esset in loco reproborum, non tamen erat simpliciter reprobatus: praedestinatum enim erat quod precibus Gregorii salvaretur.

5. Quintum concedimus.

A 132 Unde sicut *inv.* pA 136 Ea quae] quod *praem.* pA 146 praedicto] *idem conf. praem.* pA 182-185 in loco... concedimus *in appendice col.* 76^{rb}

Φ 119 ordo] etiam *add.* Φ 122 enim] autem Φ 123 effectum] causatum Σ 134 talis] tales Φ per *om.* Σ est quod] etiam Φ 135 Dialogorum] quod (*induc.* pA) *add.* Φ (-δ) quia *add.* δ 138 V De consolatione] libro de consolatione v Φ (-γ) libro v de consolatione γ 141 igitur] ergo Φ 145 dicuntur] sunt que *praem.* Φ 148 praedestinatum] prescitum Φ (-γ) 153 oratio *om.* Σ 161 invicem] ad *praem.* Φ (-γ) ab *praem.* γ 174 fuerit] fuit β γ sit δ 185 Quintum concedimus *om.* Φ

124 Comm. 1. 135 Cap. 8 (PL 77, 188 B). 138 Prosa 6 (PL 63, 862 C). 163 primo...cor: cf. Arist. *De gen. animal.* II c. 5 et 6 (741 b 15 et 742 b 35) sec. transl. Scoti, vide Albertum *De animal.* XVI tr. 2 c. 2 n. 105 et c. 3 n. 112 (St II, 1120 et 1124).

QUAESTIO SEPTIMA

De libro vitae

1. *Utrum liber vitae sit quid creatum.*
2. *Utrum liber dicatur essentialiter vel personaliter in divinis.*
3. *Utrum liber vitae approprietur Filio.*
4. *Utrum liber vitae idem sit quod praedestinatio.*
5. *Utrum liber vitae dicatur respectu vitae increatae.*
6. *Utrum liber vitae dicatur respectu vitae naturae in creaturis.*
7. *Utrum liber vitae dicatur simpliciter respectu vitae gratiae.*
8. *Utrum possit dici liber mortis sicut dicitur liber vitae.*

APPENDIX: 9. *Utrum aliquid de libro vitae deleri possit.*

Articulus primus

76va Quaestio est de libro vitae. Et primo quaeritur utrum liber vitae sit quid creatum. Et videtur quod sic quia Apoc. xx[12] super illud ‘ Alius liber apertus est qui est vitae ’, glosa « id est Christus qui tunc apparebit potens et suis dabit vitam »; sed Christus in iudicio apparebit in forma humana quae non est aliquid increatum; ergo liber vitae nihil increatum dicit.

2. Praeterea, Gregorius in Moralibus dicit quod ‘ liber vitae dicitur ipse iudex venturus quia quisquis eum viderit, mox cuncta quae fecit ad memoriam revocabit ’; sed Christo datum est iudicium secundum humanam naturam, ut patet Ioh. v[27] « Potestatem dedit ei iudicium facere quia Filius hominis est »; ergo Christus secundum humanam naturam est liber vitae, et sic idem quod prius.

3. Praeterea, liber dicitur ex hoc quod est receptivus scripturae; sed receptivum dicitur aliquid ex potentia materiali quae in Deo esse non potest; ergo liber vitae non dicit aliquid increatum.

4. Praeterea, liber cum importet quandam collectionem, designat distinctionem et differentiam; sed in natura increata quae est simplicissima, nulla diversitas invenitur; ergo liber ibi dici non potest.

5. Praeterea, in quolibet libro differt scriptura libri ab ipso libro; scriptura autem libri sunt figurae quibus cognoscuntur quae in libro leguntur, ideae autem quibus Deus res cognoscit non sunt aliud quam divina essentia; ergo ipsa natura increata liber dici non potest.

6. Sed dicebat quod, quamvis in natura divina non sit aliqua differentia realis, est ibi tamen aliqua differentia secundum rationem. — Sed contra, quod est secundum rationem solum, est in intellectu nostro tantum; si igitur differentia quam liber requirit est solum se-

A 3 xx (*e* xxj pA) *em.* A super] q *praem.* pA 4 Alius liber] li *praem.* pA apertus est qui] qui *praem.* pA 12 mox] ut (*?*) *praem.* pA 17 liber (*ex* iliber pA) *em.* A 20 receptivus] *idem conf. et imp. praem.* pA 27 liber ibi dici] d *praem.* pA 30 libri[2] (*ex* ilibri pA) *em.* A

Φ 2 quid] aliquid Φ 3 super illud *om.* Σ 4 vitae] liber *praem.* Φ 6 Christus] contra α γ contra *praem.* β 7 apparebit] erit (erat γ) *post* humana Σ 15 Ioh.] phil' Σ (-δ[1]) 31 sunt] dicuntur Φ cognoscuntur] cognoscimus Φ 32 leguntur] scripta sunt et *praem.* Φ 33 aliud] ad Σ (-δ[1])

1 Parall.: *Super Sent. III* d. 31 q. 1 a. 2 qc. 1; *I Pars* q. 39 a. 8. 5 *Ordin.* ibid. 7 apparebit...humana: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* IV d. 48 c. 1-2. 10 XXIV c. 8 (PL 76, 295 B).

cundum rationem, oportet quod sit tantum in intellectu nostro liber vitae, et ita non erit aliquid increatum.

7. Praeterea, liber vitae videtur esse cognitio divina de salvandis; cognitio autem salvandorum sub visionis scientia continetur: cum igitur anima Christi in Verbo omnia videat quae Deus cognoscit scientia visionis, videtur quod etiam numerum electorum et omnes electos cognoscat; ergo anima Christi liber vitae dici potest, et sic dicit aliquid creatum.

8. Praeterea, Eccli. XXIV[32] dicitur ' Haec omnia liber vitae ', glosa « id est Novum et Vetus testamentum »; sed Novum et Vetus testamentum sunt quid creatum; ergo liber vitae dicit quid creatum.

9. Praeterea, liber videtur ex hoc dici quod in eo est aliquid scriptum, scriptura autem aliquam difformitatem requirit, unde et intellectus noster in sui principio propter sui puritatem comparatur ' tabulae in qua nihil est scriptum '; sed divina natura est purior multo et simplicior quam intellectus noster; ergo non potest dici liber.

10. Praeterea, liber est ad hoc ut in eo legatur; sed non potest dici quod divina natura sit liber quia ipse in se ipso legat, ut patet per Augustinum qui dicit quod non dicitur liber vitae quia aliquid in se ipso legat ad hoc quod cognoscat in se quae prius nescivit; similiter nec potest dici liber quia aliquis alius in eo legat: nullus enim potest legere aliquid nisi ubi invenitur aliqua difformitas, sicut in charta non scripta nihil legitur propter sui uniformitatem; ergo divina natura increata liber dici non potest.

11. Praeterea, a libro non accipitur cognitio de rebus quasi a causa rerum sed quasi a signo; sed in Deo accipitur notitia de rebus non quasi a signo sed quasi a causa; ergo liber vitae divina cognitio dici non potest.

12. Praeterea, nihil est signum sui ipsius; liber autem est signum veritatis; ergo cum Deus sit ipsa veritas non potest ipsemet liber dici.

13. Praeterea, alio modo est scientiae principium liber et magister; sed sapientia omnis dicitur esse a Deo quasi a magistro; non ergo quasi a libro.

14. Praeterea, alio modo repraesentantur res in speculo et in libro; sed Deus dicitur speculum, Sap. VII[26], propter hoc quod res omnes repraesentantur in ipso; ergo non potest vel debet dici liber.

15. Praeterea, ab uno libro originali etiam qui transcribuntur libri dicuntur; sed mentes hominum et angelorum quodam modo transcribuntur a mente divina dum ab ea cognitioem de rebus suscipiunt; si ergo mens divina liber vitae dicitur, et mentes creatae libri debent dici, et sic liber vitae non semper dicit aliquid increatum.

16. Praeterea, liber vitae videtur importare repraesentationem vitae et quandam causalitatem ad vitam; sed hoc totum convenit Christo secundum quod homo quia in ipso sicut in exemplari repraesentatur omnis vita gratiae et gloriae, unde dictum est Moysi, Exodi XXV[40] « Vade et fac omnia secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est »; similiter ipse nobis vitam promeruit; ergo ipse Christus secundum quod homo potest dici liber vitae.

SED CONTRA est quod dicit Augustinus XX De civitate Dei « Quaedam vis est intelligenda divina qua fiet ut cuique opera sua vel bona vel mala in memoriam revocentur, quae nimi-

A 42 liber] *idem conf. praem.* pA 50 ergo] et ita *praem.* pA 51 et sic...creatum *in marg.* A] *om.* pA 53 liber (*ex* iliber pA) *em.* A 63 noster] *idem conf. praem.* pA 67 ipse A *et cet. codd.* 68 non] ideo *add.* pA (*deletio confusa*) 84 liber (*ex* ilber pA) *em.* A 97 a (*ex* apud pA) *em.* A 105 quia] g *praem.* pA 109 similiter] Ergo liber vite *praem.* pA

Φ 42 aliquid] quid Φ 47 igitur] enim Φ 51 dicit] est Φ 52 XXIV] xxiii (*seu* 23) Φ 54 Novum...testamentum] hec α δ^1 hic δ^2 hec *add.* γ 57 hoc] eo Φ 68 dicitur] ideo *praem.* Σ (-δ^1) ideo *add.* β 71 aliquis *om.* Σ 74 nihil] vel Φ (-δ) ut δ^2 78 quasi (1 *et* 2)] tamquam (1 *et* 2) Φ 79 notitia] scientia Φ 83 signum] ipsius *add.* Σ sui ipsius *add.* β 86 et] quam Φ 87 quasi] tamquam Φ 89 repraesentantur] –tatur β δ presentatur α γ 90 et] quam Σ quam etiam β 92 potest vel *om.* Φ 96 hominum et angelorum] humane et angelice Φ 98 suscipiunt] accipiunt Φ 101 aliquid] quid Φ 105 quia] etiam *add.* Σ quod etiam β . 107 unde] ut Φ 110 Christus *om.* Φ 112 XX] in *praem.* Φ (-δ^1) 114 vel *om.* Φ 115 in] ad Φ

46 visionis scientia: cf. supra q. 2 a. 9 8 in nota. 47 anima Christi...: cf. infra q. 8 a. 4. 53 *Interlin.* ibid. 61 ' tabulae...scriptum ': Arist. *De anima III* c. 4 (429 b 31) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 305,1) ut refert Thomas q. 8 a. 5 63. 68 *De civ. Dei* XX c. 15 (PL 41, 681). 107 Exodi XXV[40] ' Inspice et fac... ' sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467), ' Vide ut facias omnia secundum speciem quam ostendi tibi in monte ' sec. recens. Veteris Latinae. 113 Cap. 14 (PL 41, 680).

rum vis divina libri nomen accepit »; sed vis divina est quid increatum; ergo et liber vitae dicit quid increatum.

2. Praeterea, Augustinus dicit in eodem libro quod « liber vitae est praescientia divina quae falli non potest »; sed praescientia est quid increatum; ergo et liber vitae.

RESPONSIO. Dicendum quod liber in divinis non potest dici nisi metaphorice, | ut ipsa repraesentatio vitae liber vitae dicatur. Et secundum hoc sciendum est quod vita dupliciter repraesentari potest: uno modo ipsa vita secundum se, alio modo secundum quod ab aliquibus participabilis est. Vita autem secundum se ipsam repraesentari potest dupliciter: uno modo per modum doctrinae, quae quidem repraesentatio maxime pertinet ad auditum qui est maxime sensus disciplinalis, ut dicitur in principio De sensu et sensato; et hoc modo liber vitae dicitur in quo continetur doctrina de vita consequenda, et sic Novum et Vetus testamentum liber vitae dicitur. Alio modo per modum exemplaris, et haec quidem repraesentatio pertinet ad visum; et sic liber vitae dicitur ipse Christus quia in eo sicut in exemplari possumus aspicere qualiter sit vivendum ut perveniamus ad vitam aeternam.

76vb

Sic autem nunc non agimus de libro vitae sed secundum quod liber vitae dicitur repraesentatio eorum qui ad vitam pervenient, qui dicuntur in libro vitae conscripti secundum quandam similitudinem ad res humanas. In qualibet enim multitudine quae providentia regitur alicuius gubernantis, ad multitudinem illam nullus admittitur nisi secundum gubernantis ordinationem: et ideo illi qui debent admitti in collegium multitudinis conscribuntur quasi illius multitudinis consortes; et ex illa conscriptione dirigitur princeps multitudinis in admittendis vel excludendis ad consortium multitudinis sibi subiectae. Multitudo autem illa quae eminentissimo modo divina providentia gubernatur, est collegium Ecclesiae triumphantis quae et Civitas Dei nominatur in Scripturis: et ideo conscriptio eorum qui ad illam societatem sunt admittendi, sive repraesentatio, liber vitae dicitur; quod patet ex modo loquendi in Scripturis: dicitur enim Luc. x[20] « Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in libro vitae, in caelis », et Is. IV[3] « Sanctus vocabitur omnis qui scriptus est in vita in Ierusalem », et Hebr. XII[22] « Accessistis ad civitatem Dei viventis, Ierusalem caelestem, et multorum millium angelorum frequentiam, et Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in caelis ». Oportet igitur, ut similitudinem sequamur, ut ex hac conscriptione dirigatur ad vitam conferendam ille qui tali multitudini praeest, quod soli Deo convenit; ipse autem non dirigitur aliquo creato cum sit regula a nullo extrinseco directa; unde liber vitae secundum quod nunc de eo loquimur, aliquid increatum dicit.

1-2. Ad primum igitur et secundum patet responsio ex dictis: loquitur enim glosa et auctoritas Gregorii de libro vitae secundum aliam acceptionem secundum quam dicitur exemplar vivendi, quo inspecto quilibet scire poterit in quo exemplari concordaverit et in quo discordaverit.

3. Ad tertium dicendum quod in illis quae translative dicuntur de Deo, hoc est generaliter observandum quod secundum nihil imperfec-

A 127 uno] *idem conf. praem.* pA 132 auditum *em.* A] *conf.* pA 137 dicitur *clare in marg.* A] *conf. et supra ras.* pA 146 secundum] ex *praem.* pA 159 nominatur *scrips.*] *conf.* (*scil.* noia[r]) A 162 quod] Vnde *praem.* pA

Φ 117 ergo et] non ergo α γ ergo δ (*non liquet* β) 120 libro *om.* Φ 122 et...vitae] etc. Φ 125 dicatur] nec est inconveniens quod diversis conveniat quia similitudo potest (potest similitudo δ[2]) a diversis accipi. liber enim dicitur quod est representans vitam (representativus vite δ[2]) *add.* δ 126 est *om.* Φ 133 disciplinalis] –plinabilis *potius* α discipulis β *non liquet* γ δ 137 dicitur] dicuntur Φ 145 qui[1]] que Φ pervenient] pertinent Σ perveniant β 152 in] ad Φ 155 consortium] illius *add.* Φ 157 illa *om.* Φ 159 et *om.* Φ nominatur] vocatur (notatur *potius* γ) Φ 160 eorum] illorum Φ 165 in libro vitae *post* caelis Φ 165 et *om.* Φ 166 est] fuerit Φ in[2] *om.* Φ 167 et *om.* Φ 168 viventis] et vi α γ et in β δ 174 aliquo] ab *praem.* Φ

120 Cap. 15 (PL 41, 681). 134 *De sensu* 2 (437 a 12). 146 conscripti: cf. *Glossa* Petri Lomb. super Hebr. XII[23] (PL 192, 508 B), Isid. *Etymol.* IX c. 4 (PL 82, 349 C), cf. etiam Thomas *Super Hebr.* XII[23]. 164 Luc. x[20]: sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467), ' Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in libro vite ' sic apud ipsum Thomam *Super Sent. III* d. 31 q. 1 a. 2 qc. 3 sed c. 2 (litterae autographae).

tionis in divinam praedicationem assumuntur; et ideo auferendum est quicquid ad materialitatem vel privationem vel temporalitatem pertinet. Quod autem liber sit receptivus alicuius extraneae impressionis, convenit libro in quantum est temporalis et de novo conscriptus; et secundum hoc in divinam praedicationem non venit.

4. Ad quartum dicendum quod de ratione libri est quod importet differentiam eorum quae cognoscuntur per librum quia per unum librum multorum cognitio traditur; sed quod oporteat ad multorum cognitionem tradendam in ipso libro esse diversitatem est ex defectu libri: multo enim esset liber perfectior si per unum quid posset omnia edocere quae per multa edisserit. Unde cum in Deo sit summa perfectio, ipse talis liber est qui multa demonstrat per id quod est maxime unum.

5. Ad quintum dicendum quod hoc est ex defectu libri materialis quod litterae in eo scriptae differunt a charta in qua scribuntur: hoc enim ad eius compositionem pertinet, ex qua contingit ut habens non sit id quod habetur; et ideo in Deo huiusmodi rationes rerum non differunt ab eius essentia secundum rem sed secundum rationem tantum.

6. Ad sextum dicendum quod, quamvis diversitas inter scripturam et id in quo scribitur sit in ratione tantum, tamen repraesentatio quae complet rationem libri non est tantum in ratione nostra sed in Deo; et ideo liber vitae secundum rem est in Deo.

7. Ad septimum dicendum quod liber vitae, ut dictum est, habet dirigere Deum qui dat vitam in hoc quod vitam det; quamvis autem anima Christi habeat in se cognitionem omnium salvandorum, tamen ex hac cognitione non dirigitur Deus sed ex cognitione increata quae est ipse: unde scientia animae Christi non potest dici liber vitae secundum quod nunc de eo loquimur.

8. Ad octavum patet responsio ex dictis.

9. Ad nonum dicendum quod, quamvis in Deo nulla sit diversitas sed summa puritas, tamen comparatur libro scripto et non tabulae non scriptae sicut intellectus noster: intellectus enim noster secundum hoc tabulae rasae comparatur quod est in potentia ad omnes formas intelligibiles et nullam earum habet in actu; sed in intellectu divino sunt omnes formae rerum in actu et omnes in eo sunt unum, et ideo cum uniformitate | stat ibi ratio scripturae. 77ra

10. Ad decimum dicendum quod in libro vitae et ipse Deus legit et alii legere possunt secundum quod eis datur. Nec Augustinus removere intendit quin Deus in libro vitae legat, sed quia hoc modo non legit ut cognoscat ea quae prius nescivit; alii etiam in eo legere possunt quamvis sit uniformis per totum in quantum secundum unum et idem est ratio diversorum.

11. Ad undecimum dicendum quod similitudo rei est duplex: una quae est exemplaris, et haec est causa rei; alia quae est exemplata, et haec est effectus et signum rei. Liber autem apud nos conformatur scientiae nostrae quae est causata a rebus, et ideo ab eo accipitur cognitio de rebus non sicut a causa sed sicut a signo; sed scientia Dei est causa rerum continens rerum similitudines exemplares, et ideo a libro vitae accipitur scientia sicut a causa et non sicut a signo.

12. Ad duodecimum dicendum quod liber vitae et est ipsa veritas increata et est similitudo veritatis creatae, sicut liber creatus est signum veritatis.

13. Ad tertium decimum dicendum quod in Deo exemplaris causa et efficiens incidunt in idem, et ideo ex hoc quod est causa exemplaris potest dici liber; ex hoc autem quod efficiens sapientiae causa est potest dici magister.

14. Ad quartum decimum dicendum quod repraesentatio speculi in hoc differt a repraesentatione libri quod repraesentatio speculi immediate refertur ad res, sed libri mediante

A 198 unum] hunc *praem.* pA 219 ratione] lib. *add.* pA et ideo...Ad septimum] . § Ad *praem.* pA 230 patet] dicendum quod *praem.* pA 240 (uni)formitate *in appendice col.* 76vb 245 non *conf.* A 256 non sicut] s *imp. praem.* pA 266 exemplaris causa] ratio *praem.* pA incidunt] ind *praem.* pA

Φ 191 receptivus] acceptivus Φ 201 est] hoc *praem.* Φ 203 unum quid] unumquodque Φ 227 increata] intrinseca Φ 229 nunc] hic *post* de eo Φ 234 non scriptae] scripte Φ (-δ) 237 nullam earum habet] nulla earum (eorum δ1) sit Φ 245 ea *om.* Φ 267 quod est *om.* Φ

cognitione: continentur enim in libro figurae quae sunt signa vocum, quae sunt signa intellectuum, qui sunt similitudines rerum; in speculo autem ipsae rerum formae resultant. In Deo autem resultant utroque modo rerum species in quantum ipse cognoscit res et cognoscit se cognoscere eas; et ideo ratio speculi et ratio libri ibi invenitur.

15. Ad quintum decimum dicendum quod etiam mentes sanctorum libri dici possunt, ut patet Apoc. xx[12] « Libri aperti sunt », quod Augustinus exponit de cordibus iustorum; non tamen possunt dici libri vitae per modum prius dictum, ut ex dictis patet.

16. Ad sextum decimum dicendum quod, licet Christus secundum quod homo sit exemplar et causa vitae aliquo modo, non tamen secundum quod homo est causa vitae gloriae per auctoritatem nec est exemplar Deum dirigens ad dandum vitam; unde secundum quod homo non potest dici liber vitae.

Articulus secundus

Secundo quaeritur utrum liber vitae dicatur essentialiter vel personaliter in divinis. Et videtur quod personaliter: in Psal. dicitur ' In capite libri scriptum est de me ', glosa « apud Patrem qui est caput mei »; sed nihil habet caput in divinis nisi quod habet principium: quod autem habet principium in divinis dicitur personaliter; ergo liber vitae personaliter dicitur.

2. Praeterea, sicut verbum dicit notitiam ex alio procedentem, ita et liber quia scriptura libri a scriptore procedit; sed verbum ratione praedicta dicitur personaliter in divinis; ergo et liber vitae.

3. Sed dicebat quod verbum importat processum realem, liber autem vitae processum rationis tantum. — Sed contra, nos non possumus nominare Deum nisi ex his quae apud nos sunt; sed sicut apud nos verbum procedit a prolatore realiter distinctum ab eo, ita et liber a scriptore; ergo eadem ratione utrumque importabit in divinis distinctionem realem.

4. Praeterea, verbum vocis magis distat a dicente quam verbum cordis et adhuc magis verbum scripturae quod significat verbum vocis; si ergo verbum divinum quod sumitur ad similitudinem verbi cordis, ut Augustinus dicit, realiter distinguitur a dicente, multo fortius liber qui scripturam importat.

5. Praeterea, illud quod attribuitur alicui oportet quod ei conveniat secundum omnia quae sunt de ratione ipsius; sed de ratione libri non solum est quod aliquid repraesentet, sed etiam quod ab aliquo scribatur; ergo in divinis accipitur nomen libri secundum quod est ab alio, et sic personaliter dicitur.

6. Praeterea, sicut de ratione libri est quod legatur ita et quod scribatur; sed secundum quod scribitur est ab alio, secundum autem quod legitur est ad alium; ergo de ratione libri est quod sit ab alio et ad alium, ergo liber vitae dicitur personaliter.

7. Praeterea, liber vitae dicit notitiam expressam ab alio; sed quod exprimitur ab alio oritur ab eo; ergo liber vitae importat relationem originis, et sic dicitur personaliter.

SED CONTRA est quod liber vitae est ipsa divina praedestinatio, ut Augustinus dicit in libro De civitate Dei, et ut habetur in glosa Apoc. xx[12]; sed praedestinatio dicitur essentialiter et numquam personaliter; ergo et liber vitae.

A 274 continentur enim] sunt enim *praem.* pA 277 rerum] *idem conf. praem.* pA 283 etiam] alii *add.* pA 292 Deum] divinam *praem.* pA 293 ad dandum] da *praem.* pA
26 divinum] cordis *praem.* pA 39 ab alio] ad alium *praem.* pA 45 liber] il *praem.* pA 46 personaliter] *idem conf. praem.* pA 49 ut] h (*imp.*) ut *add.* pA

Φ 276 qui] que Φ 285 de cordibus] *lac.* α δ[2] de conscientiis γ mentes δ[1]
3 Psal.] enim *add.* Φ 4 scriptum...me] etc. Φ 6 nihil] idem Φ (-γ) vere *add.* γ 20 a prolatore] *om.* Φ (-δ) a prolatione *ante* procedit δ 20 realiter] et *add.* Φ 28 fortius] magis Φ 38 et *om.* Φ 39 autem *om.* Φ 41-44 ergo...expressam ab alio *om.* α δ[2]

285 *De civ. Dei* XX c. 14 (PL 41, 680).
1 Parall.: ut supra a. 1. 3 Ps. XXXIX[8]. 5 *Ordin.* et *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 191, 403 B). 27 *De Trin.* XV c. 11 (PL 42, 1071). 37 Praeterea...: argumentum desumptum esse videtur ex *Summa fr. Alexandri* I pars n. 256 (p. 348). 49 XX c. 15 (PL 41, 681); rectius *Glossa interlin.* super Phil. IV[3] et *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 192, 252 C) ut refert Thomas *Super Sent. III* d. 31 q. 1 a. 2 qc. 3 arg. 1.

RESPONSIO. Dicendum quod quidam dixerunt quod liber vitae dicitur quandoque personaliter quandoque essentialiter; secundum enim quod transfertur in divina ex ratione scripturae, | personaliter dicitur: secundum hoc enim importat originem ab alio, liber enim nonnisi ab alio scribitur; secundum autem quod importat repraesentationem eorum quae in libro scribuntur, sic dicitur essentialiter. Sed ista distinctio non videtur esse rationabilis quia nomen aliquod dictum de Deo non dicitur personaliter nisi de sui ratione relationem originis importet, secundum hoc quod in divinam praedicationem venit. In his autem quae translative dicuntur, non accipitur metaphora secundum quamcumque similitudinem sed secundum convenientiam in illo quod est de propria ratione rei cuius nomen transfertur: sicut nomen leonis in Deo non transfertur propter convenientiam quae est in sensibilitate sed propter convenientiam in aliqua proprietate leonis; unde et liber vitae non transfertur ad divina secundum id quod est commune omni artificiato sed secundum id quod est proprium libri in quantum est liber. Procedere autem a scriptore convenit libro non in quantum est liber sed in quantum est artificiatum: sic enim et domus est ab aedificatore et cultellus a fabro; sed repraesentatio eorum quae scribuntur in libro est de propria ratione libri in quantum huiusmodi: unde tali repraesentatione manente etiam si ab alio scriptus non esset, esset quidem liber sed non esset artificiatus. Unde patet quod liber non transumitur ad divina ex hoc quod ab alio scribitur sed ex hoc quod repraesentat ea quae scribuntur in libro; et ideo, cum repraesentatio sit communis toti Trinitati, liber in divinis non dicitur personaliter sed essentialiter tantum. 77rb

1. Ad primum igitur dicendum quod ea quae in divinis essentialiter dicuntur aliquando pro personis supponunt; unde hoc nomen Deus quandoque supponit pro persona Patris et quandoque pro persona Filii, ut cum dicitur Deus generans vel Deus genitus; et ita etiam liber quamvis essentialiter dicatur, tamen potest supponere pro persona Filii, et secundum hoc dicitur habere caput vel principium in divinis.

2. Ad secundum dicendum quod verbum secundum suam rationem qua in divinis dicitur importat originem ex alio, ut in quaestione De Verbo dictum est; liber autem non importat originem ex sua ratione secundum quam ad divina transumitur, et ideo non est simile.

3. Ad tertium dicendum quod, quamvis liber apud nos realiter procedat a scriptore sicut verbum a prolatore, tamen ista processio non importatur in nomine libri sicut importatur in nomine verbi: non enim plus importatur in nomine libri processio a scriptore quam in nomine domus processio ab aedificatore.

4. Ad quartum dicendum quod ratio illa procederet si in ratione libri esset ratio verbi scripti; hoc autem non est verum, unde ratio non sequitur.

5. Ad quintum dicendum quod ratio illa tenet in his quae proprie dicuntur; in his autem quae metaphorice dicuntur, sicut liber, non oportet quod conveniat ei de quo praedicatur secundum omnia quae ei conveniunt proprie: alias oporteret quod Deus qui dicitur leo metaphorice, haberet ungulas et pilos.

6. Ad sextum patet ex dictis.

7. Et similiter ad septimum.

A 96 ut cum] et secundum *praem.* pA (*cf. lin.* 99) 111 plus *in marg.* A] *om.* pA 116 unde] h *praem.* pA 121 quo] vere *add.* pA 125 dictis.] et vii *add.* pA

Φ 61 sic *om.* Φ 62 esse *om.* Φ 64 relationem originis] originem relationis Φ 73 propter] per Φ (-δ^1) 77 est *om.* Φ 80 aedificatore] artifice Φ 92 igitur] ergo Φ 95 et *om.* Φ 106 transumitur] transfertur α δ vel transfertur *add.* β 112 libri processio] libri processus β δ^1 processus Σ (-δ^1) 113 processio] processus Φ (-δ) 121 ei de] eidem Φ praedicatur] predicta Φ 124 haberet] *om.* α β *post* pilos γ *post* ungulas δ 125 patet] responsio *add.* Φ

53 quidam: cf. *Summa fr. Alexandri* I pars n. 256 (p. 348) et Alex. Halensis *Quaest. disp.* ' antequam esset frater ' q. 41 m. 1. 104 dictum est: supra q. 4 a. 2.

Articulus tertius

Tertio quaeritur utrum liber vitae approprietur Filio. Et videtur quod non: liber enim vitae ad vitam pertinet; sed vita Spiritui Sancto attribuitur in Scripturis, Ioh. VI[64] « Spiritus est qui vivificat »; ergo et liber vitae Spiritui Sancto appropriari debet et non Filio.

2. Praeterea, principium in unoquoque potissimum est; sed Pater dicitur caput sive principium libri, ut patet in Psal. « In capite libri scriptum est de me »; ergo Patri appropriari debet nomen libri.

3. Praeterea, illud in quo aliquid scribitur habet proprie rationem libri; sed in memoria dicitur aliquid scribi; ergo memoria habet rationem libri; sed memoria appropriatur Patri, sicut intelligentia Filio et sicut voluntas Spiritui Sancto; ergo liber vitae debet Patri appropriari.

4. Praeterea, caput libri Pater est; sed in capite libri, ut in Psal. habetur, scribitur de Filio; ergo Pater est liber Filii, et sic Patri debet liber appropriari.

SED CONTRA est quod Augustinus dicit quod « liber vitae est praescientia Dei »; sed scientia Filio appropriatur, ⟨I⟩ Cor. I[24] « Christum Dei virtutem et Dei sapientiam »; ergo et liber vitae Filio appropriatur.

2. Praeterea, liber repraesentationem importat, sicut et speculum et imago et figura et caracter; sed omnia ista Filio attribuuntur; ergo et liber vitae Filio appropriari debet.

RESPONSIO. Dicendum quod appropriare nihil est aliud quam commune trahere ad proprium. Illud autem quod est commune toti Trinitati non potest trahi ad proprium alicuius personae ex hoc quod magis uni personae quam alii conveniat – hoc enim aequalitati personarum repugnaret –, sed ex hoc quod id quod est commune habet maiorem similitudinem cum proprio unius personae quam cum proprio alterius; sicut bonitas habet quandam convenientiam cum proprio Spiritus Sancti qui procedit ut amor: est enim bonitas obiectum amoris, unde Spiritui Sancto appropriatur. Et similiter potentia Patri quia potentia in quantum huiusmodi est quoddam principium; Patri autem proprium est esse principium totius deitatis. Et eadem ratione sapientia | appropriatur Filio quia habet convenientiam cum proprio eius: procedit enim Filius a Patre ut verbum, quod nominat processionem intellectus. Unde cum liber vitae ad notitiam pertineat, Filio appropriari debet. 77va

1. Ad primum igitur dicendum quod, quamvis vita approprietur Spiritui Sancto, cognitio vitae appropriatur Filio; hanc autem liber vitae importat.

2. Ad secundum dicendum quod Pater dicitur caput libri non quia sibi ratio libri magis conveniat quam Filio, sed quia Filius cui appropriatur liber vitae, a Patre oritur.

3. Ad tertium dicendum quod non est inconveniens aliquid appropriari diversis personis ratione diversa; sicut donum sapientiae appropriatur Spiritui Sancto in quantum est donum, omnis enim doni principium est amor, sed appropriatur Filio in quantum est sapientia; similiter etiam memoria appropriatur Patri in quantum est principium intelligentiae, secundum autem quod est quaedam potentia cognitiva appropriatur Filio: et hoc modo in

A 2 liber] quia *praem.* pA 7 principium *conf.* A 15 appropriatur Patri] p *praem.* pA 17 liber] il *praem.* pA 23 est quod] quod *praem.* pA 23 dicit *em.* A] *conf.* pA 25 ⟨I⟩ *suppl.*] *om.* A 29 et imago] *idem conf. praem.* pA 33 quam *scrips. cum* Φ] quod (*casu om. compl. abbr.*) A 38 hoc quod] q *praem.* pA 41 bonitas] am (*inc.* amor?) *praem.* pA 47 principium totius *scrips. cum fonte et ipso Thoma I Pars* q. 33 a. 1 sed c.; q. 39 a. 5 arg. 6] *inv.* A 62 inconveniens] con *praem.* pA

Φ 3 sed vita] que Φ (-γ) qui γ 6 appropriari debet] appropriatur Φ 7 principium] primum Φ 16 sicut[2] *om.* Φ 22 liber *om.* Φ 25 ⟨I⟩ *suppl.* Φ 29 et[1] *om.* Φ 30 attribuuntur] appropriantur vel *praem.* Φ 32 appropriare] –priari Φ 39 habet] *om.* δ^1 *post* maiorem Φ (-δ^1) 40 cum proprio] ad id quod est proprium Φ 47 deitatis] divinitatis Φ 55 Sancto] tamen *add.* Φ 68 etiam] et *ante* similiter Φ

1 Parall.: ut supra a. 1. 9 Ps. XXXIX[8]. 20 Ps. XXXIX[8]. 23 *De civ. Dei* XX c. 15 (PL 41, 681) ut refert Thomas *Super Sent. III* d. 31 q. 1 a. 2 qc. 1 sed c., ad verbum habetur in *Glossa ordin.* et *interlin.* super Apoc. XX[12]. 30 omnia... attribuuntur: scil. speculum Sap. VII[26], imago Col. I[15], figura et caracter Hebr. I[3]. 41 bonitas...potentia...sapientia: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* I d. 34 c. 3. 47 principium totius deitatis: Petrus Lomb. *Lib. Sent.* I d. 29 c. 1 ut refert Thomas *Super Sent. I* d. 29 a. 1 sed c. 1, vide etiam August. *De Trin.* IV c. 20 (PL 42, 908).

memoria dicitur aliquid scribi, et sic memoria potest habere rationem libri. Unde et liber magis appropriatur Filio quam Patri.

4. Ad quartum dicendum quod, quamvis liber vitae approprietur Filio, tamen etiam convenit Patri cum sit commune non proprium; et ideo non est inconveniens si in Patre aliquid scribi dicatur.

Articulus quartus

Quarto quaeritur utrum liber vitae sit idem quod praedestinatio. ⟨Et videtur quod sic⟩: Augustinus enim dicit quod liber vitae est praedestinatio eorum quibus debetur vita aeterna.

2. Praeterea, attributa divina per effectus eorum cognoscimus; sed idem est effectus praedestinationis et libri vitae, scilicet finalis gratia et gloria; ergo idem est praedestinatio quod liber vitae.

3. Praeterea, quicquid dicitur metaphorice in divinis oportet reduci ad aliquid proprie dictum; sed liber vitae dicitur metaphorice in divinis, ut ex dictis patet; ergo oportet ad aliquid proprie dictum reducere; sed non potest ad aliud reduci quam ad praedestinationem; ergo liber vitae est idem quod praedestinatio.

SED CONTRA, liber dicitur ex hoc quod in eo aliquid scribitur; sed ratio scripturae ad praedestinationem non pertinet; ergo praedestinatio non est idem quod liber vitae.

2. Praeterea, liber de sui ratione nullam causalitatem importat respectu eorum ad quae dicitur, praedestinatio autem importat; ergo praedestinatio non est idem cum libro vitae.

RESPONSIO. Dicendum quod, sicut ex dictis patet, liber vitae dicitur in divinis ad similitudinem scripturae per quam princeps civitatis dirigitur in admittendis vel excludendis a suae civitatis consortio. Haec autem scriptura inter duas operationes media invenitur: sequitur enim determinationem ipsius principis qui eligit eos quos vult admittere ab his quos excludit, et praecedit ipsam admissionem vel exclusionem; scriptura enim praedicta non est nisi quaedam repraesentatio suae praedeterminationis. Ita etiam et liber vitae nihil aliud esse videtur quam quaedam conscriptio divinae praedestinationis in mente divina: praedestinando enim praedeterminat Deus qui sint ad vitam gloriae admittendi; huius autem praedestinationis notitia semper apud ipsum manet, et hoc quod est cognoscere se praedestinasse aliquos, est suam praedestinationem in eo esse scriptam quasi in libro vitae. Liber ergo vitae et praedestinatio formaliter loquendo non sunt idem, sed materialiter est liber vitae ipsa praedestinatio; sicut dicimus materialiter loquendo quod liber iste est doctrina Apostoli quia doctrina Apostoli in eo conscripta continetur: et hoc modo loquitur Augustinus cum dicit librum vitae esse praedestinationem.

1. Unde patet responsio ad primum.

2. Ad secundum dicendum quod, quamvis eundem effectum respiciat liber vitae et praedestinatio, non tamen eodem modo; sed praedestinatio respicit illum effectum immediate, liber autem vitae mediante praedestinatione; sicut etiam in anima sunt rerum similitudines immediate, sed in libro conscribuntur signa vocum quae sunt notae in anima passionum; et ita liber mediate est signum rei.

3. Ad tertium dicendum quod liber vitae ad aliquid proprie in divinis dictum reducitur;

A 78 Patre] ip (*ut videtur*) *praem.* pA
2 ⟨Et videtur quod sic⟩ *suppl. cum* Φ] *om.* A (*cf.* art. 5 *lin.* 2) 3 Augustinus enim] quia *praem.* pA dicit quod *inv.* pA 29 a (*ex* ad pA) *em.* A 32 eligit] *idem conf. praem.* pA 39 divina] per quam *add.* pA 51 librum *em.* A] *conf.* pA 61 vocum] *idem conf. praem.* pA 62 mediate (*e* mediante pA) *em.* A

Φ 76 vitae *om.* Φ
2 ⟨Et videtur quod sic⟩ *suppl.* Φ 10 quod] et Φ 14 ut...patet] *om.* α δ scilicet *praem.* γ 15 reducere] reduci Φ 16 aliud] proprie dictum *add.* Φ 17 liber...praedestinatio] a primo α δ 18 hoc] eo Φ 35 enim] autem Φ 36 praedeterminationis] predestinationis Φ 40 praedeterminat] predestinat Φ sint] sunt Φ 42 ipsum] deum Φ 45 ergo] autem Φ 51-52 librum...praedestinationem] quod liber vite est predestinatio Φ

1 Parall.: *I Pars* q. 24 a. 1; *Super Sent. I* d. 40 q. 1 a. 2 ad 5; *Super Phil.* cap. 4 lect. 4. 3 *De civ. Dei* XX c. 15 (PL 41, 681), ad verbum habetur in *Summa fr. Alexandri* I pars n. 259 (p. 352). 14 dictis: supra a. 1. 26 dictis: supra a. 1. 61 quae...passionum: Arist. *Periherm.* cap. 1 (16 a 3) sec. transl. Boetii (ed. Minio-Paluello, p. 5) sec. Thomam supra q. 2 a. 1 216.

hoc autem non est praedestinatio sed praedestinationis cognitio qua Deus aliquos se praedestinasse cognoscit.

Ad ea autem quae contra obiciuntur non esset difficile respondere.

Articulus quintus

Quinto quaeritur utrum liber vitae dicatur respectu vitae increatae. ⟨Et videtur quod sic⟩ quia, ut Augustinus dicit, « liber vitae est notitia Dei », sed Deus sicut cognoscit vitam alienam ita cognoscit suam; ergo liber vitae respicit etiam vitam increatam.

2. Praeterea, liber vitae est repraesentativus vitae; sed non vitae creatae: primum enim non repraesentat secundum sed e converso; ergo liber vitae est repraesentativus vitae increatae.

3. Praeterea, quod de pluribus dicitur – de uno per prius, de alio per posterius dictum – simpliciter intelligitur de eo quod per prius dicitur; sed vita per prius de Deo dicitur quam de creaturis quia eius vita omnis vitae est origo, ut ostendit Dionysius VI cap. De divinis nominibus; ergo cum in libro vitae vita simpliciter nominetur, intelligi debet de vita increata.

4. Praeterea, sicut liber repraesentationem importat, ita et figura, maxime cum liber figuris quibusdam repraesentet; sed Filius dicitur 77vb figura Patris, ut patet Hebr. 1[3]; ergo | et Filius potest dici liber respectu vitae Patris.

5. Praeterea, liber dicitur respectu eius quod in libro scribitur; sed in libro scribitur de Filio, iuxta illud « In capite libri scriptum est de me »; vita autem Filii est increata; ergo liber vitae potest respicere vitam increatam.

6. Praeterea, non potest esse idem liber et cuius est liber respectu eiusdem; sed creatura est liber respectu Dei; ergo Deus non potest dici liber respectu vitae creatae, ergo restat quod dicatur liber vitae respectu vitae increatae.

7. Praeterea, sicut liber ad cognitionem pertinet, ita et verbum; sed Verbum per prius est divinae essentiae ipsius quam creaturae: Pater enim dicendo se dicit omnem creaturam; ergo et liber vitae per prius respicit vitam increatam quam creatam.

SED CONTRA, secundum Augustinum liber vitae est praedestinatio; praedestinatio autem non respicit nisi creaturas, ergo nec liber vitae.

2. Praeterea, liber non repraesentat aliquid nisi per aliquas figuras et similitudines; sed Deus non cognoscit se ipsum per aliquas similitudines sed per essentiam suam; ergo ipse non est liber respectu sui ipsius.

RESPONSIO. Dicendum quod, sicut ex dictis patet, liber vitae est quaedam conscriptio per quam dirigitur conferens vitae in vitae collatione secundum quod de aliquo praeordinatum erat; et ideo vita respectu cuius liber vitae dicitur, duo habet: unum est quod est acquisita per collationem alicuius, aliud est quod consequitur conscriptionem praedictam dirigentem in ipsam. Utrumque autem horum deest vitae increatae: vita enim gloriae non inest Deo per acquisitionem sed per naturam, nec aliqua notitia vitam eius praecedit sed ipsa Dei vita praecedit secundum modum intelligendi etiam ipsius notitiam; unde liber vitae non potest dici respectu vitae increatae.

1. Ad primum igitur dicendum quod non quaelibet Dei notitia dicitur liber vitae, sed illa quae est de vita quam habituri sunt praedestinati, ut ex sequentibus verbis haberi potest.

2. Ad secundum dicendum quod repraesentare aliquid est similitudinem eius continere. Duplex autem est rei similitudo: una quae est factiva rei, sicut quae est in intellectu practico, et per modum huius similitudinis primum

A 2 ⟨Et videtur quod sic⟩ *suppl. cum* Φ] *om.* A (*cf. supra* a. 4 *lin.* 2) 6 respicit] non *praem.* pA 30 eiusdem *em.* A] *conf.* pA 35 Verbum] pater *praem.* pA 50 conferens vitae *clare* A 58 acquisitionem] aq *praem.* pA

Φ 65 autem *om.* Σ

2 ⟨Et...sic⟩ *suppl.* Φ 7 repraesentativus] representatio Φ 16 VI] vii Φ 18 nominetur] –natur Φ 32 creatae] creature Σ (-δ[1]) 33 dicatur] dicitur Φ 50 vitae[1]] vitam Φ 54 quod] quia Φ (-δ) 56 horum *om.* Φ 64 Dei *om.* Φ 66 verbis] in auctoritate *add.* Σ

1 Parall.: *I Pars* q. 24 a. 2; *Super Sent. III* d. 31 q. 1 a. 2 qc. 2. 3 Rectius *Glossa* Petri Lomb. super Ps. LXVIII[29] (PL 191, 639 A) ut refert Thomas *Super Sent. III* d. 31 q. 1 a. 2 qc. 2 arg. 1. 17 § 1 (PG 3, 856 A; Dion. 368). 26 illud: Ps. XXXIX[8]. 36 Pater...creaturam: Ans. ut supra q. 4 a. 4 58. 40 *De civ. Dei* XX c. 15 (PL 41, 681) ut supra a. 2 49. 48 dictis: supra a. 1 et 4.

potest repraesentare secundum; alia autem est similitudo accepta a re cuius est, et per hunc modum posterius repraesentat primum et non e converso. Liber autem vitae non hoc modo sed primo vitam repraesentat.

3. Ad tertium dicendum quod aliquid simpliciter dictum intelligitur quandoque de eo quod per posterius dicitur ratione alicuius adiuncti, sicut ens in alio intelligitur accidens; et similiter vita ratione eius quod adiungitur, scilicet liber, intelligitur de vita creata quae per posterius vita dicitur.

4. Ad quartum dicendum quod figura repraesentat id cuius est figura quodam modo ut principium eo quod figura et imago deducitur ab exemplari sicut a principio; sed liber vitae repraesentat vitam ut principiatam ab ipso. Deo autem competit esse principium Filii qui est figura Patris, sed non competit vitae eius quod aliquid sit ipsius principium; et ideo non est simile de vita et figura.

5. Ad quintum dicendum quod illud Psalmi intelligitur de Filio secundum humanam naturam.

6. Ad sextum dicendum quod et causa repraesentat effectum et effectus causam, ut ex dictis patet; et secundum hoc Deus potest dici liber creaturae, et e converso.

7. Ad septimum dicendum quod verbum non significatur ut principium eius quod per verbum dicitur, sicut liber vitae prout hic accipitur, et ideo non est simile.

Articulus sextus

Sexto quaeritur utrum liber vitae dicatur respectu vitae naturae in creaturis. Et videtur quod sic quia, sicut vita gloriae repraesentatur in Dei notitia, ita et vita naturae; sed Dei notitia dicitur liber vitae respectu vitae gloriae; ergo et debet dici liber respectu vitae naturae.

2. Praeterea, divina notitia continet omnia per modum vitae quia, ut dicitur Ioh. 1^{3} « Quod factum est, in ipso vita erat »; ergo debet dici liber vitae respectu omnium et maxime viventium.

3. Praeterea, sicut ex divina providentia aliquis praeordinatur ad vitam gloriae, ita et ad vitam naturae; sed notitia praeordinationis ad vitam gloriae dicitur liber vitae, ut dictum est prius; ergo et notitia praeordinationis ad vitam naturae dicitur liber vitae.

4. Praeterea, Apoc. III^{5} super illud ' Non delebo nomina eorum de libro vitae ', dicit glosa « Liber vitae est divina notitia in qua omnia constant »; ergo liber vitae dicitur respectu omnium, et ita etiam respectu vitae naturae.

5. Praeterea, liber vitae est notitia quaedam de vita gloriae; sed non potest cognosci vita gloriae nisi cognoscatur vita naturae; ergo liber vitae respicit similiter vitam naturae.

6. Praeterea, nomen vitae translatum est a vita naturae ad vitam gloriae; sed verius dicitur aliquid de eo quod proprie dicitur quam de eo quod ab hoc transumitur; ergo liber vitae magis respicit vitam naturae quam gloriae.

7. Praeterea, illud quod est permanentius et communius est nobilius; sed vita naturae est permanentior quam vita gloriae vel gratiae et similiter communior, quia vita naturae sequitur ad vitam gratiae et gloriae sed non convertitur; ergo vita naturae est nobilior quam vita gratiae vel gloriae; ergo liber vitae magis respicit vitam naturae quam gratiae vel gloriae.

SED CONTRA, liber vitae quodam modo est

A 77 dicendum quod] quamvis vita *add.* pA 84 figura] est *add.* pA 86 figura (*e* figurari pA) *em.* A 91 ideo] *idem conf. praem.* pA
13 ex] est *praem.* pA 17 praeordinationis ad] ad *praem.* pA 22 constant] sunt *praem.* pA respectu] *idem conf. praem.* pA 25 liber (*ex* ilber pA) *em.* A 35 communius est nobilius] nob *praem.* pA 37 et similiter] quandocumque enim *praem.* pA 42 Sed contra] est quod *add.* pA

Φ 84 repraesentat] per posterius *add.* Σ (-δ^{2}) 88 principiatam] –piatum Φ 93 Psalmi *om.* Φ 97 effectus causam] et e converso Φ
6 liber *om.* Φ (*def.* δ^{1}) 18 dicitur] dici potest α β δ^{2} potest dici γ δ^{1} 28 similiter *om.* Φ (-γ) 32 ab] ad Φ 33 quam] vitam *add.* Φ 40 vel] et Φ 41 quam] vitam *add.* Φ

1 Parall.: *I Pars* q. 24 a. 2 ad 2; *Super Sent. III* d. 31 q. 1 a. 2 qc. 2. 17 prius: a. 4. 19 Apoc. III^{5}: ' nomen eius ' sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467) quae et recens. Veteris Latinae. 21 *Ordin.* ibid.

praedestinatio, ut per Augustinum patet; sed praedestinatio non est de vita naturae; ergo nec liber vitae.

2. Praeterea, liber vitae est de illa vita quae immediate a Deo datur; sed vita naturae datur a Deo mediantibus naturalibus causis; ergo liber vitae non est de vita naturae.

RESPONSIO. Dicendum quod liber vitae est quaedam notitia dirigens datorem vitae in vitae collatione, ut dictum | est. In collatione autem aliqua non indigemus directione nisi propter hoc quod oportet discernere eos quibus dandum est ab his quibus dandum non est; unde liber vitae non est nisi respectu illius vitae quae cum electione datur. Vita autem naturae sicut et alia bona naturalia communiter omnibus exhibetur secundum quod unusquisque est capax; et ideo respectu vitae naturae non est liber vitae, sed solum respectu illius vitae quae secundum propositum Dei eligentis quibusdam datur et quibusdam non.

78ra

1. Ad primum igitur dicendum quod, quamvis vita naturae repraesentetur in Dei notitia sicut et vita gloriae, non tamen notitia vitae naturae habet rationem libri vitae sicut notitia vitae gloriae, ratione praedicta.

2. Ad secundum dicendum quod liber vitae non dicitur liber qui vivit, sed liber qui est de vita ad quam aliqui per electionem praeordinantur qui sunt conscripti in libro.

3. Ad tertium dicendum quod providentia Dei vitam aliquibus providet ut debitum naturae ipsorum, sed vitam gloriae non providet nisi ex beneplacito suae voluntatis; et ideo vitam naturae dat omnibus quae capere possunt, non autem vitam gloriae; et propter hoc non est aliquis liber vitae naturae sicut vitae gloriae.

4. Ad quartum dicendum quod glosa illa non est intelligenda hoc modo quod omnia constent, id est contineantur, in libro vitae sed quia omnia quae in eo scribuntur constant, id est firma sunt.

5. Ad quintum dicendum quod liber vitae non solum importat notitiam respectu vitae gloriae sed etiam quandam electionem, non autem respectu vitae naturae, ut dictum est.

6. Ad sextum dicendum quod vita gloriae est minus nota nobis quam vita naturae; et ideo ex vita naturae devenimus in cognitionem vitae gloriae. Et similiter ex vita naturae vitam gloriae nominamus quamvis vita gloriae plus habeat de ratione vitae, sicut et ex his quae sunt apud nos nominamus Deum. Unde non oportet quod nomen vitae intelligatur de vita naturae quando simpliciter profertur.

7. Ad septimum dicendum quod vita gloriae quantum est in se est permanentior quam vita naturae quia per vitam gloriae naturae vita stabilitur, sed per accidens vita naturae est permanentior quam vita gratiae, in quantum scilicet est propinquior viventi cui secundum essentiam suam debetur vita naturae non autem vita gratiae; communior autem est quodam modo vita naturae et quodam modo non. Dupliciter enim dicitur aliquid commune: uno modo per consecutionem vel praedicationem, quando scilicet aliquid unum invenitur in multis secundum rationem unam; et sic illud quod est communius non est nobilius sed imperfectius, sicut animal homine, et hoc modo vita naturae est communior quam vita gloriae. Alio modo per modum causae, sicut causa quae una numero manens ad plures effectus se extendit; et sic id quod est communius est nobilius, ut conservatio civitatis quam conservatio familiae. Hoc autem modo vita naturae non est communior quam vita gloriae.

A 44 non] *idem praem.* pA 56 respectu] eorum *praem.* pA 92 cognitionem...gloriae] g *praem.* pA 109 consecutionem] *idem conf. praem.* pA

Φ 52 est] supra *add.* Φ 55 his] eis Φ 57 naturae] naturalis Φ 59 exhibetur] datur Φ 63 non] datur *add.* Φ 65 notitia] voluntate α δ voluntatem γ 71 per] secundum Φ 77 quae] qui Φ 79 sicut] est *add.* Φ 94 gloriae[1]] *om.* δ^1 *ante* vitam Φ (-δ^1) 95 et *om.* Σ 104 cui] cum Φ (-δ) omni δ^2 105 essentiam] existentiam Φ 106 gratiae] glorie Φ 110 aliquid] aliquod Φ 114 vita *om.* Φ (-γ) 117 id] illud Φ (-γ) est nobilius] *post* familiae α δ *hic et post* familiae β γ

43 *De civ. Dei* XX c. 15 (PL 41, 681) ut supra a. 2 49. 52 dictum est: supra a. 4.

Articulus septimus

Septimo quaeritur utrum liber vitae dicatur simpliciter respectu vitae gratiae. Et videtur quod sic quia quod est in effectu nobilius invenitur in causa, ut patet per Dionysium in libro De divinis nominibus; sed gloria est effectus gratiae; ergo vita gratiae est nobilior quam vita gloriae; ergo liber vitae principalius respicit vitam gratiae quam vitam gloriae.

2. Praeterea, liber vitae est quaedam praedestinationis conscriptio, ut supra dictum est; sed praedestinatio est communiter praeparatio gratiae et gloriae; ergo et liber vitae utramque vitam communiter respicit.

3. Praeterea, per librum vitae aliqui designantur ut cives illius civitatis in qua est vita; sed sicut per vitam gloriae aliqui efficiuntur cives Ierusalem caelestis, ita per vitam gratiae aliquis efficitur civis Ecclesiae militantis; ergo liber vitae respicit vitam gratiae sicut et vitam gloriae.

4. Praeterea, quod de pluribus dicitur, dictum simpliciter intelligitur de eo de quo per prius dicitur; sed vita gratiae est prior quam vita gloriae; ergo cum dicitur liber vitae, intelligitur de vita gratiae.

SED CONTRA, ille qui habet praesentem iustitiam simpliciter habet vitam gratiae; non autem dicitur simpliciter scriptus in libro vitae sed solum secundum quid, scilicet secundum praesentem iustitiam; ergo liber vitae non respicit simpliciter vitam gratiae.

2. Praeterea, finis est nobilior his quae sunt ad finem; sed vita gloriae est finis gratiae; ergo est nobilior; ergo vita simpliciter dicta intelligitur de vita gloriae, et ita liber vitae simpliciter non respicit nisi vitam gloriae.

RESPONSIO. Dicendum quod liber vitae significat quandam conscriptionem alicuius ad vitam obtinendam quasi quoddam praemium et quasi possessionem quandam: ad huiusmodi enim homines conscribi consueverunt. Illud autem proprie dicitur haberi ut possessio quod habetur ad nutum, et hoc est illud in quo nullum defectum patitur: unde Philosophus dicit in principio Metaphysicae quod scientia quae est de Deo « non est humana possessio » sed divina quia solus Deus perfecte se ipsum cognoscit, homo autem ad cognoscendum ipsum deficiens invenitur; et ideo tunc vita habetur ut possessio quando per vitam omnis defectus vitae oppositus excluditur. Hoc autem facit vita gloriae in qua mors omnis et corporalis et spiritualis penitus absorbebitur ut nec etiam remaneat potentia moriendi, non autem vita gratiae; et ideo liber vitae non respicit simpliciter vitam gratiae sed vitam gloriae tantum.

1. Ad primum ergo dicendum quod quaedam causae sunt nobiliores his quorum sunt causae, sicut efficiens, forma et finis; et ideo quod est in talibus causis, nobilius est in eis quam in his quorum sunt causae. Sed materia est imperfectior eo cuius est causa; et ideo aliquid est in materia minus nobiliter quam in materiato: in materia enim est incomplete et in potentia sed in materiato est actu. Omnis autem dispositio quae praeparat subiectum ad aliquam perfectionem recipiendam, reducitur ad causam materialem, et hoc modo gratia est causa gloriae, et ideo vita est in gloria nobilius quam in gratia.

2. Ad secundum dicendum quod praedestinatio non respicit gratiam nisi secundum quod ordinatur ad gloriam; unde esse praedestinatum non convenit nisi his qui habent finalem gratiam quam sequitur gloria.

3. Ad tertium dicendum quod, quamvis illi qui habent vitam gratiae sint cives | Ecclesiae 78rb

A 9 liber (*ex* iliber pA) *em.* A 30 non *sup. lin.* A] *om.* pA 34 est *sup. lin.* A] *om.* pA 43 nutum] *idem conf. praem.* pA 54 non...et ideo liber vitae non respicit] et ideo liber vite respicit *praem.* pA 55 non *sup. lin.* A] *om.* pA (*cf. nota superior* pA) 57 quaedam (*e* quendam pA) *em.* A 61 his] hiis *conf.* (*et rep. in marg.*) A Sed] ea (*ut videtur*) *add.* pA 73 esse...non] non *praem.* pA

Φ 23 quam *om.* Σ 29 scilicet] id est Φ 35-36 et ita...gloriae *hom. om.* Φ 59 sicut] scilicet Φ forma et finis] formalis et finalis Φ 63 quam] sit *add.* Φ 67 aliquam] formam vel *add.* Φ recipiendam] -dum Φ 69-70 in gloria...gratia] nobilius (non *praem.* γ δ) in gratia quam in gloria Φ

1 Parall.: *I Pars* q. 24 a. 2; *Super Sent. III* q. 1 a. 2 qc. 2. 5 Cap. 2 § 8 (PG 3, 645 C; Dion. 99). 10 supra: a. 4. 11 praedestinatio...gloriae: cf. supra q. 6 a. 1 41 in nota. 29 secundum...iustitiam: cf. Petrus Lomb. *Lib. Sent.* III d. 31 c. 1. 45 Cap. 2 (982 b 28) sec. transl. mediam (ed. Geyer, p. 25,86).

militantis, tamen status Ecclesiae militantis non est status in quo vita plene habeatur cum adhuc remaneat potentia ad mortem; et ideo respectu huius non dicitur liber vitae.

4. Ad quartum dicendum quod, quamvis vita gratiae sit prior in via generationis quam vita gloriae, tamen vita gloriae est prior secundum viam perfectionis, ut finis his quae sunt ad finem.

Articulus octavus

Octavo quaeritur utrum possit dici liber mortis sicut dicitur liber vitae. Et videtur quod sic, Luc. x[20] super illud « Gaudete quia nomina vestra » etc., dicit glosa « Si quis caelestia sive terrestria opera gesserit, per haec quasi litteris adnotatus apud Dei memoriam aeternaliter est affixus »; sed sicut per opera caelestia, quae sunt opera iustitiae, aliquis ordinatur ad vitam, ita per opera terrestria, quae sunt opera peccati, aliquis ordinatur ad mortem; ergo sicut in Deo est conscriptio ordinata ad vitam, ita est ibi conscriptio ordinata ad mortem; ergo sicut in Deo dicitur liber vitae, ita debet ibi dici liber mortis.

2. Praeterea, liber vitae ideo ponitur in quantum ipse ⟨Deus⟩ apud se conscriptos habet quos ad aeterna praemia praeparavit, ad similitudinem eius quod princeps terrenus conscriptos habet illos quos ad aliquas dignitates determinavit; sed sicut princeps civitatis habet descriptas dignitates et praemia, ita etiam poenas et supplicia; ergo et similiter apud Deum debet poni liber mortis.

3. Praeterea, sicut Deus cognoscit praedestinationem suam qua aliquos praeparavit ad vitam, ita cognoscit reprobationem suam qua aliquos praeparat ad mortem; sed ipsa notitia quam Deus habet de sua praedestinatione dicitur liber vitae, ut dictum est; ergo et notitia reprobationis debet dici liber mortis.

SED CONTRA, secundum Dionysium in libro De divinis nominibus in principio, de divinis non est audendum aliquid dicere nisi quod est per auctoritatem sacrae Scripturae introductum; sed liber mortis non invenitur in Scriptura dici sicut liber vitae; ergo non debemus ponere librum mortis.

RESPONSIO. Dicendum quod de eo quod in libro scriptum habetur, habet quis aliquam notitiam prae aliis privilegiatam; unde et respectu illorum a Deo scitorum liber dici debet de quibus aliquam specialem notitiam habet prae aliis. Est autem in Deo duplex cognitio, scilicet scientia simplicis notitiae et scientia approbationis: scientia simplicis notitiae omnibus communis est et bonis et malis, scientia autem approbationis est bonorum tantum; et ideo bona habent in Deo aliquam privilegiatam cognitionem prae aliis ratione cuius in libro conscribi dicuntur, non autem mala. Et ideo non dicitur liber mortis sicut dicitur liber vitae.

1. Ad primum igitur dicendum quod quidam exponunt opera caelestia de operibus contemplativae vitae, opera autem terrestria de operibus vitae activae; per utraque autem aliquis conscribitur ad vitam non ad mortem, et ita utraque conscriptio ad librum vitae pertinet et neutra ad librum mortis. Quidam vero per opera terrestria intelligunt opera peccati per quae, quamvis aliquis per se loquendo simpliciter ordinetur ad mortem, tamen per accidens aliquis ordinatur ad vitam in quantum aliquis post peccatum resurgit cautior et humilior. —

A 3 sic] sit *praem.* pA 6 adnotatus *em.* A] *conf.* (*fort.* aduocatus) pA 16 ⟨Deus⟩ *suppl.*] *trans. ad lin. om.* A 17 habet *idem conf. praem.* pA 27 praeparat (*e* preparant pA) *em.* A 35 mortis] vite *praem.* pA 36 vitae (*e* vinte pA) *em.* A 48 privilegiatam *em.* A] *conf.* pA 58 neutra] me *conf. idem incip. praem.* pA

Φ 4 etc. *om.* Φ 5 haec] hoc Φ 6 adnotatus] advocatus Φ 14 debet ibi dici] et Φ (-δ) etiam δ 15 ideo] in deo Φ 15 ponitur] non *praem.* Σ 16 ipse ⟨Deus⟩ *om.* Φ (*cf. nota ad* ideo[15]) 25 aliquos] alios Φ 27 aliquos] alios Φ (*def.* δ) praeparat] -ravit Φ 31 in *om.* Φ (-δ[2]) 36 dici] de deo *add.* Φ 39 quis] aliquis Φ 55 vitae *om.* Φ 60 simpliciter *om.* Φ

1 Parall.: *I Pars* q. 24 a. 1 ad 3; *Super Sent. III* d. 31 q. 1 a. 2 qc. 2. 3 Luc. x[20] sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467). 4 *Ordin.* ibid. ex Bedae *In Luc. ev. expos.* III ibid. (PL 92, 466 B). 29 dictum est: supra a. 4. 32 Cap. 1 § 1 (PG 3, 588 A; Dion. 7). 44 scientia simplicis notitiae: cf. supra q. 2 a. 9 8 in nota; scientia approbationis: cf. supra q. 2 a. 13 58 in nota. 52 quidam: non invenimus, eandem opinionem profert Petrus de Tarantasia *Super Sent. III* d. 31 q. 1 a. 2 ad 2. 58 Quidam: *Summa fr. Alexandri* I pars n. 260 (p. 352).

Vel potest dici et melius quod, cum dicitur aliquid per alterum cognosci, hoc potest intelligi dupliciter: uno modo ut praepositio designet causam cognitionis ex parte cognoscentis; et sic non potest intelligi in proposito quia opera quae quis facit bona vel mala non sunt causa neque divinae praescientiae vel praedestinationis neque reprobationis aeternae. Alio modo ut designet causam ex parte cogniti; et sic intelligitur in proposito: dicitur enim aliquis esse adnotatus apud Dei memoriam per opera quae gessit, non quia huiusmodi opera sint causa quare Deus cognoscat, sed quia Deus cognoscit quod propter huiusmodi opera aliquis habiturus est mortem vel vitam. Unde patet quod glosa illa non loquitur de conscriptione quae pertinet ad librum vitae quae est ex parte Dei.

2. Ad secundum dicendum quod aliqua conscribuntur in libro ut perpetuo in notitia maneant; illi autem qui puniuntur, per poenas ipsas externantur a notitia hominum, et ideo non conscribuntur nisi forte ad tempus, quousque eis poena infligatur; sed illi qui deputantur ad dignitates et praemia, conscribuntur simpliciter, ut quasi in perpetua memoria habeantur.

3. Ad tertium dicendum quod de reprobis Deus non habet aliquam notitiam privilegiatam sicut de praedestinatis, et ideo non est simile.

⟨Articulus nonus⟩

Nono quaeritur utrum aliquid de libro vitae deleri possit. Et videtur quod non, quia super illud Apoc. III[5] « Non delebo nomen eius de libro vitae », dicit glosa « Liber vitae est Dei praescientia, in qua omnia sunt constantia »; non autem essent constantia si essent delebilia; ergo nihil de libro vitae deleri potest.

2. Praeterea, de libro non deletur aliquid nisi quia vel est superfluum vel corruptum; sed in libro vitae nihil est huiusmodi; ergo nihil potest inde deleri.

3. Praeterea, secundum Philosophum in III De anima, intellectus noster « antequam intelligat est sicut tabula in qua nihil est scriptum »; ex ea ergo metaphora aliquid dicitur in libro vitae scriptum quod Deus illud intelligit; sed intellectus Dei et eius scientia est invariabilis; cum igitur deletio variationem importet, videtur quod de libro vitae nullus deleri possit.

4. Sed dicebat quod aliqui sunt scripti in libro vitae simpliciter ad gloriam habendam, et isti de libro vitae deleri non possunt; alii vero sunt scripti secundum praesentem iustitiam et hi sunt scripti secundum quid et deleri possunt. — Sed contra, causa dignior est effectu: quanto autem aliquid est dignius, tanto est invariabilius; ⟨sed gloria est effectus gratiae⟩; si igitur illi qui sunt scripti ad gloriam habendam non possint deleri, videtur quod nec illi qui sunt scripti ad gratiam habendam, et sic videtur quod nullus inde possit deleri.

5. Praeterea, quod est in aliquo est in eo per modum eius in quo est; liber autem vitae est invariabilis; ergo quicumque sunt scripti in libro vitae sunt ibi scripti invariabiliter et ita nullus potest inde deleri.

6. Sed dicebat quod ratio procedit de illis qui sunt scripti in libro vitae simpliciter, non autem de illis

A 65 hoc] *litt. imp. praem.* pA 71 neque] ac (*ut videtur*) *praem.* pA 75 opera[1] quae] q *praem.* pA 91 reprobis] rel *praem.* pA 92 notitiam privilegiatam] determinatam *praem.* pA 94 simile: *postea ultima pars col.* 78[rb] (*scil.* 19 *lineae*) *vacat*

Φ 71 neque reprobationis] neque predestinationis α *om.* γ δ 74 adnotatus] advocatus β denotatus Σ 76 cognoscat] –scit Φ 85 externantur] exterminantur Φ 92 aliquam] *om.* α δ *post* notitiam β *post* privilegiatam γ

1 *Quia ille articulus deest in cod.* A *et in traditione* Φ *et inde in dubium venit, ab aliis secernitur. Cf. Préface,* § *L'article* 9 *de la question* 7, *ubi de genuitate illius textus disseritur.*

Testes: Valencia, Cabildo 142 = Va[2], Vat. Borghese lat. 327 = V[10]

1 Nono] Undecimo Va[2] 9 corruptum] incorruptum V[10] 10 est...nihil *hom. om.* V[10] potest inde *inv.* Va[2] 16 deletio] diletio pVa[2] delectatio V[10] 16 importet] importat V[10] 17 de] in V[10] 22 quid] quod V[10] 23 effectu] effectum V[10] 23 autem] ergo V[10] 24 ⟨sed...gratiae⟩ (*minor scil. argumenti*) *coni.*] *om.* V[10] Va[2] 27 inde possit *inv.* Va[2]

1 Parall.: *Super Sent. I* d. 40 q. 3 ad 3; *Super Sent. III* d. 31 q. 1 a. 2 qc. 3; *Super Phil.* cap. 4 lect. 1. 4 *Ordin.* ibid., ad verbum habetur in *Summa fr. Alexandri* I pars n. 263 (p. 357). 12 Cap. 4 (429 b 31) sec. transl. veterem (ed. Alonso, p. 305,1). 18 Sed...possunt: cf. *Summa fr. Alexandri* I pars n. 261 sol. (p. 354). 20 secundum...iustitiam: cf. supra a. 7 29 in nota. 29 quod...in quo est: cf. supra q. 1 a. 2 18 in nota.

qui sunt scripti secundum praesentem iustitiam. — Sed contra, liber vitae est divina « praedestinatio eorum quibus aeterna dabitur vita », ut Augustinus dicit XX De civitate Dei; sed praedestinationis causa non sunt merita praesentia nec etiam praescita; ergo nihil est dictu quod aliqui sint scripti in libro vitae secundum praesentem iustitiam.

7. Praeterea, non dicimus quod aliqui sint praedestinati secundum praesentem iustitiam: si igitur liber vitae est praedestinatio sicut etiam habetur Phil. IV[3] super illud ' quorum nomina sunt in libro vitae ', glosa « id est in praedestinatione Dei », videtur quod non debeant dici aliqui esse ibi scripti secundum praesentem iustitiam.

8. Praeterea, Deus non cognoscit res per modum rerum sed per modum sui ipsius, unde eodem modo cognoscit res antequam sint et postquam sunt, unde dicitur Eccli. XXIII[29] « Domino Deo nostro antequam crearentur nota sunt omnia, sic et post perfectum cognoscit omnia ». Quod autem dicitur secundum praesentem iustitiam, pertinet ad modum quo res est, cuius esse variatur per praesens, praeteritum et futurum; non debet ergo hic poni modus divinae cognitionis ut dicatur aliquis esse scriptus in libro vitae secundum praesentem iustitiam cum liber vitae ad divinam notitiam pertineat, ut dictum est.

9. Praeterea, cum dicitur aliquis esse scriptus in libro vitae secundum praesentem iustitiam, aut hoc dicitur secundum quod in Deo est notitia de praesenti iustitia eius absolute, vel in ordine ad vitam aeternam habendam: si absolute, sic nullo modo deletur, quia Deus numquam desinet habere notitiam de iustitia praesenti istius; si autem in ordine ad gloriam, numquam potest dici fuisse scriptus in libro vitae cum Deus praesciverit quod ille per praesentem iustitiam non esset habiturus vitam aeternam; ergo nullo modo potest dici quod qui est scriptus in libro vitae secundum praesentem iustitiam possit inde deleri.

10. Praeterea, ad hoc aliquid in libro scribitur quod memoriae commendetur; sed eos qui non sunt praedestinati ad vitam Deus non habet in memoria de qua dicitur « In memoria aeterna erit iustus », quae scilicet pertinet ad notitiam approbationis; ergo tales non sunt scripti in libro vitae et ita non potest dici quod inde deleantur.

11. Praeterea, sicut falli vel deficere pertinet ad mutationem praedestinationis vel praescientiae, ita deleri videtur pertinere ad mutationem libri vitae; sed nullo modo conceditur quod divina praescientia fallatur aut praedestinatio excidat sive deficiat, ergo nullo modo etiam concedi debet quod aliquid in libro vitae deleatur.

12. Sed dicebat quod ratio procedit de illis qui sunt scripti in libro vitae simpliciter, non autem de illis qui sunt scripti secundum quid. — Sed contra, liber vitae divina notitia est, ut supra dictum est; Deus autem nihil cognoscit secundum quid sed omnia cognoscit simpliciter; ergo non potest dici quod aliqui sint scripti in libro vitae secundum quid.

13. Praeterea, Gregorius dicit super illud Is. XXXVIII[1] ' Dispone domui tuae ' etc., quod « Deus etsi mutet sententiam numquam tamen mutat consilium »; hoc autem videtur ad consilium Dei pertinere quod aliquis in libro vitae scribatur; ergo nullo modo qui scribuntur possunt deleri.

14. Praeterea, eiusdem rationis esse videtur quod aliquis de novo in libro vitae scribatur et quod scriptus deleatur, quia sicut aliqui iusti a gratia excidunt, ita etiam aliqui peccatores ad iustitiam convertuntur. Sed non videtur convenienter posse dici quod aliquis de novo in libro vitae scribatur, quia nihil novum potest esse in Deo; ergo videtur quod nec aliquis ibi scriptus possit inde deleri.

15. Praeterea, gratia est signum vitae aeternae habendae, quod patet per illud quod dicitur II Ad Cor. I[21] « Qui signavit nos et unxit » etc.; hoc autem signum falsum esset si aliquis gratiam habens gloriam non esset habiturus. Cum igitur signa divinitus data falsa esse non possint, videtur quod quicumque habet gratiam sit habiturus gloriam, et ita etiam qui est scriptus in libro vitae secundum praesentem iustitiam deleri non possit.

1. SED CONTRA est quod dicitur in Psal. « Deleantur de libro viventium » etc.

2. Praeterea, Exodi XXXII[33] Dominus dicit « Qui peccaverit in me, delebo eum de libro meo »: sed multi peccant; ergo multi de libro viventium delentur.

3. Praeterea, illud cuius contrarium impossibile est esse, frustra alicui promittitur in praemium: non

36 contra] est *add.* Va[2] eorum *om.* Va[2] 38 De] et *praem.* V[10] 42 Praeterea...iustitiam] *hom. om.* pVa[2] *in marg.* sVa[2] 45 nomina *om.* V[10] sunt] scripta *praem.* pVa[2] libro] celis *praem.* pVa[2] 47 debeant] debant V[10] ibi scripti *inv.* V[10] 56 futurum *om.* V[10] 58 aliquis] aliquid V[10] scriptus] scripturis V[10] 60 notitiam] iustitiam Va[2] 62 hoc *om.* Va[2] 63 notitia] iustitia *praem.* pV[10] 69 ille] iste Va[2] 80 deficere] defficere pVa[2] decipere *in marg.* sVa[2] 81-82 praedestinationis...mutationem *hom. om.* V[10] 84 excidat] excidit *potius* V[10] 85 modo etiam *inv.* V[10] 88 sunt *in marg.* sVa[2]] *om.* pVa[2] 92 aliqui] aliquid *praem.* pVa[2] 93 sint] sunt V[10] 95 XXXVIII *scrips.*] xxviii V[10] Va[2] 97 hoc] hoc autem videtur consilium *praem.* pVa[2] 101 quod] con pVa[2] 106 nec] ut pVa[2] neque sVa[2] 111 gratiam] *om.* pVa[2] *post* habens sVa[2] 117 in *om.* V[10] 118 viventium *scrips.*] uite V[10] ui. Va[2] 119 XXXII] xxii Va[2] 120 multi] aliqui Va[2] 122 illud] id V[10] 123-126 non... in praemium] *hom. om.* pVa[2] *in marg.* sVa[2]

38 Cap. 15 (PL 41, 681), cf. supra a. 4 3 in nota. 46 *Glossa* Petri Lomb. ibid. (PL 192, 252 C). 52 Eccli. XXIII[29]: cf. supra q. 1 a. 5 95 in nota. 76 dicitur: Ps. CXI[7]. 77 notitiam approbationis: cf. supra q. 2 a. 13 58 in nota. 90 supra: a. 6 21. 94 *Moral.* XVI c. 10 (PL 75, 1127 B), cf. *Glossa ordin.* ibid. 117 Ps. LXVIII[29]. 119 Exodi XXXII[33]: Qui ' peccaverit mihi ' sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467), ' Si quis deliquerit ante me ' sec. recens. Veteris Latinae.

enim potest dici esse praemium hominis quod sit animal. Sed non deleri de libro vitae promittitur in praemium iustis; dicitur enim Apoc. III[5] « Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis et non delebo nomen eius de libro vitae »; ergo non est impossibile aliquem de libro vitae deleri.

4. Praeterea, Luc X[20] Dominus discipulis dixit « Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in caelis »: et tamen ex eis quidam retro abierunt, ut habetur Ioh. VI[67], et praecipue Iudas de quo dicitur Act. I[25] quod ' abiit in locum suum ', glosa « id est in infernum »; ergo aliqui scripti in libro vitae inde delentur.

5. Sed dicebat quod illos discipulos qui retro abierunt, Dominus dixit esse scriptos in caelis, non quia secundum rei veritatem essent scripti sed secundum eorum opinionem. — Sed contra, gaudium quod non est de veritate sed de eo quod est in opinione tantum est gaudium vanum; Dominus autem discipulos suos ad gaudium vanum non invitasset, et tamen dixit eis « Gaudete quia nomina vestra scripta » etc.; ergo non erant scripti solum secundum opinionem sed secundum rei veritatem.

6. Praeterea, Apoc. III[11] dicitur « Tene quod habes ne alius accipiat coronam tuam »: frustra autem hoc diceretur nisi aliquis coronam posset amittere. Haec autem corona est vita aeterna; ergo illi etiam qui sunt scripti ad habendam vitam aeternam possunt eam amittere.

7. Praeterea, oratio non fit de eo quod necesse est esse; non enim oramus pro illis quos iam impossibile est peccare, qui sunt in patria; sed Ecclesia orat pro aliquibus quod de libro vitae non deleantur, unde in quadam oratione dicitur « Omnium fidelium vivorum ac defunctorum nomina beatae praedestinationis liber adscripta retineat »; ergo possibile est aliquorum nomina ibi scripta deleri.

8. Praeterea, cum dicitur aliquem posse deleri vel scribi in libro vitae non est referendum ad humanam potentiam sed divinam: non enim hominis potentiae subiacet scriptura libri vitae sed solum divinae. Sed Deus potest delere de libro vitae etiam praedestinatos: potest enim eos non salvare cum ex sola gratia eos salvet; ergo videtur simpliciter concedendum quod aliquis possit deleri de libro vitae.

9. Praeterea, notitia libri vitae pertinet ad scientiam visionis. De hac autem scientia loquendo, Deus potest scire aliqua quae nescit: potest enim aliqua facere quae non est facturus; ergo pari ratione possunt scribi in libro vitae qui nondum sunt scripti, vel deleri qui sunt scripti.

10. Praeterea, ille qui est scriptus in libro vitae, cum liberum arbitrium habeat non confirmatum, potest mortaliter peccare et statim mori post peccatum cum sit mortalis; ergo potest damnari, et ita potest esse inscriptus in libro vitae quia, ut dicitur Apoc. XX[15], « Qui non est inventus in libro vitae scriptus missus est in stagnum ignis et sulphuris »; et sic videtur quod aliquis de libro vitae deleri possit.

Responsio. Dicendum quod huic quaestioni difficultatem affert quod ex una parte plures sacrae Scripturae auctoritates expresse dicunt aliquos de libro vitae deleri posse; ex alia vero parte talis deletio ad mutationem libri vitae pertinere videtur quod tamen necesse est ponere aliquid increatum, ut in superioribus est ostensum. Unde quidam dixerunt quod aliqui dicuntur de libro vitae deleri non quod primo fuerint ibi scripti et postea desinant esse scripti, sed quia secundum suam opinionem et aliorum hominum scripti erant licet non secundum veritatem; et tunc dicuntur deleri quando manifestum fit eos in libro vitae scriptos non fuisse: et habent pro se quandam glosam super illud Psal. « Deleantur de libro viventium », quae expresse hoc dicere videtur. Necesse est etiam hoc dicere si ponamus quod scribi in libro vitae nihil aliud sit quam esse praedestinatum ad vitam, qualiter scripturam libri vitae quaedam glosa et auctoritates sanctorum interpretantur. Sed quia auctoritates sacrae Scripturae expressam mentionem de deletione praedicta facere videntur et gaudium etiam vanum esset de hoc quod est scribi in libro vitae si solum ad opinionem hominum referretur, ut in obiciendo est tactum, ideo distinguitur communiter quod aliqui dicuntur esse scripti in libro vitae secundum divinam praedestinationem et isti simpliciter et indelebiliter sunt scripti; aliqui vero secundum praesentem iustitiam, et isti sunt scripti secundum quid et delebiliter. Hanc autem distinctionem ex qua tota

124 sit animal (*def. margine reciso: cf. nota anterior*) *om.* Va[2] 125 (promi)ttitur in praemium (*marg. reciso*) *om.* Va[2] 126 iustis *ante* in praemium V[10] 132 retro] postea V[10] 133 I] ii Va[2] 135 delentur] deleantur Va[2] 140 est[2]] non *praem.* pVa[2] 140 in] de V[10] 141 vanum] vacuum V[10] 142 discipulos suos *post* vanum V[10] 143 dixit] dicit *potius* Va[2] scripta *om.* Va[2] 144 solum] non *praem.* V[10] secundum *om.* V[10] 149 corona] posset[148]...corona *add. rep.* V[10] 150 possunt] autem *add.* Va[2] 153 enim] autem Va[2] 159 ibi scripta] inscripta V[10] 160 posse *om.* V[10] 169 autem *om.* V[10] 174 scriptus] inscriptus V[10] 174 in libro] libro *praem.* V[10] 179 XX] *non liquet* Va[2] inventus *om.* Va[2] 185 deletio] dilectio pVa[2] delectatio V[10] 190 et *scrips.*] sed V[10] Va[2] 193 dicuntur deleri *coni. cum* sVa[2]] dici delentur V[10] pVa[2] fit] est V[10] 194 non *om.* pVa[2] 194 pro] per V[10] 195 viventium *scrips.*] uite V[10] ui. Va[2] 197 si] sed V[10] 200 sanctorum...auctoritates] *hom. om.* pVa[2] interpretantur. sed quia auctoritates sacre scripture *post* Scripturae *in marg.* sVa[2] 202 praedicta *om.* Va[2] 203 scribi] scribri pVa[2] 204 opinionem hominum *inv.* Va[2] referretur] refertur V[10] 205 distinguitur communiter *inv.* Va[2] 207 et indelebiliter *in marg.* sVa[2]] *om.* pVa[2] et indebiliter V[10] 209 iustitiam] et *praem.* Va[2] et[2]] in pVa[2] 210 delebiliter] delebitur V[10]

130 Luc. X[20] sec. recens. Paris. (ms. Paris B. N. lat. 15467). 134 *Interlin.* 143 Luc. X[20]. 146 Apoc. III[11]: cf. q. 6 a. 3 9 in nota. 156 *Missale Rom.* Secreta 'pro vivis et defunctis'. 168 scientiam visionis: cf. q. 2 a. 9 8 in nota. 169 Deus...: Petrus Lomb. *Lib. Sent.* I d. 39 c. 3. 179 Apoc. XX[15]: conflatus ex Apoc. l. c. et XX[9]. 187 superioribus: a. 1. 188 quidam: Alex. Halensis *Quaest. disp.* q. 41 m. 7 n. 32. 195 *Glossa* Petri Lomb. super [Ps. LXVIII[29 (33)] (PL 191,639 A). 199 *Ordin.* super Apoc. XX[12]. 200 sanctorum: August. ut supra a. 2 49. 205 communiter: inde a Petri Lomb. *Lib. Sent.* III d. 31 c. 1.

pendet quaestionis difficultas, tribus modis intelligere possumus.

Primo quidem quia scribi in libro vitae dicitur respectu vitae aeternae, ut intelligatur ille esse scriptus in libro vitae quem Deus cognoscit habiturum vitam aeternam: vita autem aeterna habetur ab aliquo dupliciter, uno modo simpliciter et alio modo secundum quid. Simpliciter quidem habetur ab illis qui habent eam in re, sicut a beatis; secundum quid autem habetur ab illis qui habent eam in spe et in merito – unumquodque enim tunc simpliciter esse dicitur cum est in se ipso, secundum quid autem cum est solum in causa sua –. Cum igitur Deus scit aliquem habiturum vitam aeternam in re, scit eum habiturum vitam aeternam simpliciter: et quia liber vitae est notitia Dei de vita ⟨aeterna⟩ alicuius, sequitur quod talis sit scriptus in libro vitae simpliciter; et sicut notitia Dei falli non potest, ita nec aliquis sic scriptus in libro vitae deleri potest. Cum vero Deus scit aliquem habiturum vel habere vitam aeternam solum in spe et in merito, scit eum habiturum vitam aeternam secundum quid, unde et talis dicitur esse in libro vitae scriptus secundum quid sive secundum praesentem iustitiam, et quando decidet a iustitia praesenti in qua vitam aeternam habebat ut in causa, deficiet ab ordine quem habebat ad vitam aeternam, et ita deficiet a scriptura libri vitae non per mutationem illius sed sui.

Alio modo potest intelligi per quandam metaphoram, nam liber per suam scripturam est repraesentativus eorum quae in libro scripta esse dicuntur; unde in quantum vita hominis spiritualis repraesentatur in Deo, dicitur homo esse scriptus in libro vitae. Repraesentatio autem creaturarum in Deo sive similitudo est duplex: uno modo per modum scientiae, sicut etiam similitudo artificiati est in mente artificis apud nos, alio modo per modum naturae, sicut filius artificis assimilatur sibi in natura: Deus enim et creaturarum scientiam habet quae est similitudo rerum scitarum, et iterum omnes creaturae Deo similantur in quantum sunt et bonae sunt. Sic igitur in libro vitae potest dici aliquis esse scriptus dupliciter: uno modo quia Deus habet scientiam de vita ipsius aeterna, quod scilicet eam habiturus sit, et sic scriptus in libro vitae deleri non potest, sicut nec Dei praescientia falli; alio modo in quantum aliquis imitatur aeternam vitam Dei, quam quidem imitatur aliquis etiam per hoc quod gratiam habet cum per vitam gratiae aliquis divinae vitae configuretur, a qua quidem configuratione aliquis deficit per hoc quod a gratia cadit; unde potest sic scriptus de libro vitae deleri absque eo quod liber vitae mutetur, per solam sui mutationem, sicut et aliquis homo per sui mutationem desinit esse similis alteri absque eius mutatione.

Tertio modo potest intelligi ut consideremus quod Deus de rebus variabilibus invariabilem scientiam habet: res enim quae variantur per praesens, praeteritum et futurum, Deus uno et eodem modo scit; unde si in aliqua propositione ad divinam scientiam pertinente aliqua variatio importetur quae pertineat ad variationem scibilis et non ad variationem scientis, non est inconveniens: sicut si dicatur quod Deus praescivit aliqua quae nunc non praescit, et quod Deus scit hunc esse nasciturum quem postea nesciet esse nasciturum; haec enim dicuntur quia res scita a Deo quae prius erat futura postmodum non sit futura. Cum autem dicitur aliquis esse scriptus in libro vitae nihil aliud est dictu, ut ex supra determinatis patet, quam quod Deus scit istum esse ordinatum ad vitam aeternam habendam, ad similitudinem eius quod aliqui dicuntur adscribi ad militiam vel ad aliquam civilitatem. Est autem aliquis ordinatus ad vitam aeternam, quod est eum habiturum esse vitam aeternam, dupliciter: uno modo ex causa aeterna et immutabili, scilicet ex ipsa praedestinatione divina; alio modo ex causa temporali et variabili, scilicet ex praesenti iustitia. Dicitur igitur aliquis scriptus in libro vitae vel ex eo quod Deus scit eum esse habiturum vitam aeternam ex ordine praedestinationis, et hoc est esse simpliciter scriptum in libro vitae et talis scriptura non deletur; vel ex eo quod Deus scit aliquem esse habiturum vitam aeternam ex ordine praesentis iustitiae, qui ordo potest deficere, et secundum hoc aliquis potest esse nunc habiturus vitam aeternam qui postea non est habiturus, sicut aliquid modo est futurum quod postea non erit futurum. Unde sicut absque praeiudicio divinae immutabilitatis dicitur quod Deus scivit aliquid esse futurum quod modo nescit esse futurum, ita absque praeiudicio eiusdem dicitur quod scivit aliquem esse habiturum vitam aeternam quem modo nescit esse habiturum, et hoc est scriptum in libro vitae secundum praesentem iustitiam inde deleri.

Solutiones ad argumenta deficiunt.

216 vita autem aeterna] *om.* pVa² *in marg.* sVa² vitam autem eternam V¹⁰ ab aliquo] aliqui V¹⁰ 219 a *in marg.* sVa²] in pVa² 219 autem *om.* V¹⁰ 222 autem] habetur *add.* V¹⁰ 223 causa] causam *casu* Va² 224 aeternam² *conf.* pVa² 225-227 est notitia...vitae] *hom. om.* pVa² *in marg.* sVa² 225 de vita *tertius* Va²] respectu sVa² (*def.* pVa²) 226 ⟨aeterna⟩ *coni.*] *om.* V¹⁰ Va² 226 sit] est Va² 230 solum] et *add.* V¹⁰ 231 quid] quin V¹⁰ 232 scriptus] scriptum V¹⁰ 236 deficiet] et *add.* pVa² 237 sui] suis V¹⁰ 242 homo] autem esse *praem.* pVa² 247 enim] autem *praem.* pV¹⁰ 250 bonae] bona V¹⁰ 254 Dei] in *praem.* pVa² 256 Dei *delet* sVa² 262 et] si Va² 266 variantur] variatur V¹⁰ 268 in *om.* Va² 271 non] et *praem.* pVa² 273 quem...nasciturum *hom. om.* V¹⁰ 275 sit] fit V¹⁰ scit pVa² 277 aliud est] adest V¹⁰ 278 istum] iustum Va² 280 militiam] maliciam pVa² 284 immutabili *conf.* V¹⁰ 286 igitur] enim V¹⁰ 287 ex *om.* Va² 290 Deus *om.* Va² 291 aeternam] habere *add.* pVa² 294 modo est futurum] est habiturum modo pVa² est modo habiturum sVa² 298 esse *om.* V¹⁰ absque] a *in fine lin. praem.* pVa² 300 nescit] non scit *potius* Va² 302 inde deleri] indeleti V¹⁰

245 similitudo...artificis: Averroes ut supra q. 1 a. 2 92 in nota.